CIMELIA
F 8023

Przeparowano w r. 1953.

Egz. Archiwalny
N. P. S.

1445.

Cim. P. 100 =

Cim 8023
Unikat

L. F. 8

~~Hist. 4051~~ 8°

Fo.

1872. IV. 105.

12. 7

Różnica tego wydania redycyą z r. 1821 jest ta że od stronicy 347. wzwyż
1821 na nowo karty przedrukowano
nie rozszerzywszy tak, że wypadło stron 373.
Że edycya r. 1821 jest wiernem edycyi z r.
1819, dowodzi reperta do edycyi z r. 1821,
który jest rejestrem zgadzającym się w odsyłaczach
stronicach tylko z wydaniem z r. 1579. Sch.

Powtórzenie ustrone jest od stronicy 349. niewątpliwie
od r. 1797. Expedycya in Valachiam bić ma w
ogóle stanowiska kattimache, co jest w 25ciu punktach
po jego śmierci.

6 B 6/12

IV. c. 80.

CHRONICA POLONORV

ANDREAS CRICIVS POZNANIEñ ET SANCTI FLORIANI APVDGRACCOVIAM PREPOSITVS. SECRETARIVS REGIVS LECTORI.

Historiam regni, medium quod Vistula lambit
Germanum scindens, Sarmaticumq; solum.
Et quod utrumq; latus tenet ingens Marte Polonus
Vandalus aut Slauus seu fuit ante Gethes.
Vtcumq;, incerta est omnis sic gentis origo,
Auctor hic explicuit noster habunde tamen.
Verum non Crispus scripsit, non Liuius illud
Lector opus, medicus scripsit & Astrologus.
Quare age Graiorum ualeat sententia, ueri
Quod sermo est simplex, sic puto gratus erit.

INCLITISSIMO SIGISMVNDO PRINCIPE REGNANTE APVD GRACCOVIAM CVM GRATIA AC PRIVILEGIO.

Cim 8023

BIBLIOTH: UNIV: JAGELLONICAE

AD ILLVSTRISSIMVM INVICTISSIMVMQVE PRINCIPEM ET DOMINVM DOMINVM SIGISMVNDVM DEI NVTV POLONIAE REGEM MAGNVM LITHVANIAE DVCEM, RVSSIAE, PRVSSIAE, POMERANIAEQVE DOMINVM ET HEREDEM &c. IODOCI LVDOVICI DECII WISSENBVRGEñ SACRI LATERANEñ ET IMPERIALIS PALACII COMITIS IN QVATVOR LIBROS HISTORIARVM REGNI POLONIAE EXCELLENTISSIMI DOMINI MATHIAE DE MECHOVIA ARTIVM ET MEDICINAE DOCTORIS ET CANONICI GRACCOVIEñ NVNCVPATORIA EPISTOLA.

SVpra multas iam hominum ætates, Rex illustrissime, a ueteribus historiæ laudes atq; cõmoda litteris mandata, ad posteros transmissa, historiãq; memoriæ rerum gestarũ solam fidelem esse testem constat. Quod quom adeo clarũ est, ut iam omniũ mortalium assẽsu, unicum ferme domi forisq;, pace uel bello, historia hominum uitæ sit documentũ, non apparet quare hoc loco ingens onus assumendum, & singulæ historiæ dignæ laudes percẽsendæ forent. Quom uel ex paucissimis summa omnium, facili etiã negocio existimari queat. Taceo enim quod ueterum maiorumq; gesta absq; litterarum monumentis perpetua obliuione delitescendo interirent, animusq; simul cum corpore omnibus sæculis efferetur mortalis, sileo item quod ad pleraſq; uirtutes mortalium animi ueterũ exemplo (quod sola historia accipitur) ingenti desyderio euehuntur. At satis in uniuersum uidetur enarratum, si mortalibus persuadetur, omnem uiuendi normam a rerum inicio in hanc hominum ætatem ex longo temporũ interuallo susceptam esse, & ita illam humanis rebus semper fuisse necessariam, ut si unicum illius beneficium demeretur, omnium mox mortalium ordines, leges, atq; uiuendi usus interirẽt. Virtutes nullius exemplo traditæ, nec imitandæ, deperderẽtur. Contra, uicia uti libido & ad mala cupidus animus monerent, supremo humanæ uitæ malo inualescerent. Quid si historiam rerum gestarum solam memoriam & indicem ab omnibus mortalibus extinxerit aliquis, num protinus hominum uita ab ipsis brutis etiã (quibus nihil nisi præsens rerum natura commune est) uix secerni possit, & prorsus animi immortalitas auferetur, si neq; præterita recogitet, neq; futura consilio ac a maioribus accepto exemplo præueniat? Nam quis Aegyptioꝝ sapientiam, Hebreorum cultum & relligionem, Græcorum doctrinam, Romani imperii summam maiestatem, maximorum deniq; regnoꝝ gloriam & (ut uno cõcludam uerbo) res omnium gentium perhenni dignas laude, nisi historia fidelis ãtiquitatis testis ad posteros sũmisit. Neq; operæpreciũ erit Philosophorum omnium sapientiam, ea dempta extinctam adnumerare, quom & hoc facili apparet negocio neq; cœlitum uirtutes, neq; astrorum cognitionem, neq; etiã ea quæ ad ullum humanæ uitæ usum pertinẽt, nisi ex historia & litterarum

terārum uetustis dependere monumentis. Historia priscorum hominū usus uitamq; docet, omnium rerum exempla præbet, & quicquid in secundis, aduersisq; rebus agendum sit, ostendit. Nullius unq̄ imperii aut urbis respubli ca tot animorū concordiam, nisi sumptis ex historia exemplis permota, euocare potuisset, hinc mortaliū sapientiā, quantulacūq; existit, ortam cōstat, qua semper, post dei optimi maximi nutū, res omnium gētium consilio ac labore dirigūntur. Cæterum scio non deesse qui fortunæ casibus omnia subiecta putent, nihilq; fieri nec hominibus accidere, nisi quod fortuna mundi domina attulerit, perhibent. Totus ferme mūdus in eam sententiam apud Ethnicos accessit. Respondet huic sententiæ scitum Dionisii posterioris Tyranni ad Macedonem Philippū responsum. Philippus etenim quom ex Dionisio quæreret, qua esset ratione factum, quod ingens simul ac præclarum a patre acceptum imperium, tot opibus ipse pollens, tantaq; sapientia præditus, contra hostes nequisset asseruare. Scitum conuenienſq; Dionisii accepit responsum. Cætera ferme omnia sibi patrē, fortunā uero, qua hæc sibi quæsierat custodieratq;, nō utiq; reliquisse. Scitum quidem Dionisii dictum hoc est, post tantam acceptam cladem. Verum an magis ipse fortuna, quam malo consilio tanto imperio exutus est nō habeo dicere. Mihi quidē sublectum aliunde constat, deum sapientemq; astris dominari. Præterea non magis fortuna q̄ cōsilio & ultronea uoluntate res mortalium gubernari. Verumenimuero multis hominum ætatibus constat in omni rep. quantumuis paruis iniciis, concordia res creuisse, contra quom principum & patrum populiq; animi in diuersum abiere, mox odiis, dissensionibus res omnium gentium maxime collapsæ corruerūt. Hoc malum in multas respublicas primum silenter irrepsit, paulopostq̄ seminatū, in immēsum creuit, & omnem decorem & regnorū speciē euertit. Neq; hac hominum ætate ab eo tutum apparet, quom nunq̄ in rep. malarum rerum desint artifices, qui fraude, dolo, atq; astu quicquid uel saluum uel integrum est, tranquillitatis impacientissimi perturbare summis conatibus studeant. His autem malis nullo unq̄ consilio occurrendum erit, quā eo quod ex ueterum rerum gestarum historiis traditum accipitur, simulq; auctum ad posteros transmittitur. Iam non tam ex harum rerū breuissima assertione, quā ueterum modernorumq; traditione satis superq; historiæ fructus ac laudes apparent, quæ quom tantæ semper fuerint existimatæ, quod totius uitæ humanæ ordinem legesq; aseruarent, factum cōstat nullum imperium, nullum regnum, nullam deniq; remp. unq̄ fuisse, quibus non maiorū suorū res gestæ domi, foris, pace, ac bello litteris mādata essent quibus monumentis uel uetustatis suæ rationem redderent, uel rerum absse gestarum, gloriam & famā ad posteros trānsmitterent. Eaq; lege multarum gētium res bellicæ inaltum euectæ, quæ interceptis litteris obliuione sepultæ perisset. Igitur ita qcquid Asia, Aphrica, Europaq; clarum memoriaq; dignum habet, historiæ & litterarum beneficio habet. Id paulo ante paucis mortalibus cōmune, nimirum quom litteræ adeo essent præciosæ, ut non nisi maximis sumptibus a principibus, uel supremo labore ab his qui obscurioris sortis essent adipiscerentur, item Barbaroꝝ feritate & sæuicia multo maxima bonarum litterarū pars extincta perhibetur, litteræ in hominum usu raræ esse

raræ esse cœpere, & multis ætatibus propemodū extinctæ periclitabantur, non modo apud eos quos Barbaros uetustas appellauit, uerum etiā apud hos quibus litteraꝝ dogmata ex ipsis fontibus sumpta fuere, indeq; parum interfuit, quin & apud Italos latini sermonis cultus fuisset extinctus. Verū deus omnium rerum conditor, qui humanis rebus nunq̄ deest, & quæ ad uniuersam opulentiam pertinēt abunde præbet, paulo postq̄ historiæ litteræq; pene interire cœpissent, miram, necessariamq; mortalibus breui spacio characterum beneficio apud Mogūciam Germaniæ repertam tradidit artem, hac mox litteræ auctæ, & omnium ferme gentium res renatæ, in publicum prodiere, restituta est iam priscæ uetustatis memoria, & Philozophorū, diuinaq; sapientia, & quicquid apud pauciſſimos multis iam ætatibus delituit, multiplicatum. Factum est paulopost huius artis beneficio commune omnibus, iamq; eo uentum est, ut nihil unq̄ apud ueteres gestū, quod nō iam paulo āte quā hæc scriberem in apertum exierit, hinc imperatorum, regum, populoꝝ, nationum, rerūpub. urbiū ciuitatūq; res gestæ memoriæ cōmendatæ sunt. Verum uniuscuiusq; gentis & populi res tāto clariores, quanto magis forte eruditum nacti sunt scriptorem, ita igitur omnium gētium ferme chronisimi passim circūferuntur. Poloniæ uero in Europa amplissimi regni res gestæ in hanc ætatem in occulto fuere, haud ideo quod egregiis carerent factis, sed quod sero litterarum cognitio rebus bellicis iuncta atq; inuecta est. Traduntur quidem apud externarum rerū scriptores de Sarmatis & introclusis his finibus populis quædam. Sed multo maxima pars rerū gestarum aut illis incognita prorsus, aut ingrata ut ad posteros mitterētur, fuere. Itaq; Sarmatarum atq; Polonorum res, eousq; scriptorum penuria in occulto delituere, quousq; excellens ille uir præstantis ingenii dominus Mathias Mechouieñ, artium & medicinæ Doctor, Canonicus Graccouieñ &c. patriæ uices susceپit, maiorū res gestas, ex mutilis quidē fragmentis, a rerum initio ad tua Rex inclytissime tempora quattuor libris exposuit, opus sane necessarium atq; utile, quo mox uidere licebit, qua arte, quaue uirtute tantum regnum ab inicio creuit. Contra uiciis inualescentibus, qua iterū molestia affectum sæpius inclinatum fuerit. Postremo quam crebro (ut in cæteris humanæ uitæ rebus fieri assolet) fortunæ motibus actum, nūc secundis rebus euectum, nunc aduersa sorte depressum corruerit, in hoc opere quidē uidebitur a plerisq; dissentire, quod aliter originem gentis ponat, q̄ a multis probatū uidetur, præterea alia nō omnibus accepta inducat, sed ea ex parte uenia debetur, quod sua sponte neminē leserit, quod a maioribus tradita fideliter adscripsit, & quod sua quoq; tempora diligenter exequitur. Cæterum nihil in hoc opere tam affectate q̄ ueritatem narrationis sequutus est, uerborum fucum, sermonis cultum, & eloquentiæ florem non admodum requisiuit, tum quod sine quæstu patriæ scriberet, cum etiā quod res per se uel claræ, uel ueræ, his suffragiis minus egēt. Ea lege apud Germanos nuper Nauclerus tāto maiorem laudem adsequutus perhibetur, quanto maiori studio ipsam ueritatē nudis qdē uerbis (ueris tñ sententiis quantū ex humana habetur inbecillitate) descripsit, tanto plus etiā Marcus Anthonius Sabellicus in opere suo laudis ademit, quanto sæpius a ueritate in aliorū gratiā deuiasse cōprobatur.

batur. Sed quom plerumq; in opinionibus tempus absumitur, datur scriptoribus de rebus antiquis scribentibus uenia, & ut ubiq;, culpa ferme uacates, impune eorum quos sequuntur opiniones refer ant, admittitur. Mihi certo constat dominum Mechouien non paruum suscepisse laborem, & tanto maiorem, quo minus quos tute sequeretur copia daretur, perfecit tamen opus sine affectato tumore, maiorum res gestas domi, foris, pace, ac bello tradidit, idq; sedulo studio effecit, ut si non omnibus assumptus labor probaretur, argumentum saltem posteris pro patria laborandum præberet, & supra multas hominum ætates res gestas non omnino in occulto permitteret. Quumq; opus hoc multo labore absoluisset, mihi, quem ex affectu huic regno addictum iam antea cognouit, librum tradidit, eum ego prius censoribus oblatum lubens suscepi, tuæq; Maiestatis authoritate meo ære in hanc formam excudere iussi. Quicquid uero laboris aut impensæ absumptum est, cum ipso opere, tuæ Maiestati per me offertur, erit forte & hoc inter laudes tuas non ultimo loco cõnumerandum, ut qui inclinatã iam remp. ex integro restitueris, te quoq; regnante, Sarmatarum Polonorumq; uetustates, maiorum tuorum gesta egregiaq; facinora in lucem prodeant, utq; respublica per te restituta opibus, a litteris atq; rebus gestis te imperante quoq; clara fiat. Neminem etem plus merito, quã tibi Rex inuictiss: hoc opus uel ex labore uel sumptu dedicatur, uel ideo quod uti Sarmatarũ Polonorũq; rex & princeps es, omniũq; ex te salus dependeat, cunctas item uirtutes supra principes huius ætatis assequutus sis, ita omnium illorum laudes siue a consilio, siue a rebus gestis, sub tuo patrocinio conscriptæ exeant. Mos est scriptoribus, ut res etiam infimas summis uiris, summis orationibus dedicent, moxq; illos magna laudum copia in altum euehãt, ita sæpe ad flagicios̃imos tyrannos eruditissimi adulatores scripsere, tantoq; ornatu ac uirtutum cumulo extulere, ut uix restat quibus uirtutibus, quibusue studiis ac uerbis optimus quisq; ultra pessimum quemq; euehatur. Tua quidem Maiestas facere semper q̃ dici uoluit, & re ipsa scriptorũ omniũ calamos superare, ego a cunabulis nihil minus q̃ adulari didici. Quare fit, ut breuius mihi negocium absoluendum est, cum quod uanitatibus his aures nunq̃ præstare soles, tum etiam quod periculosa plurimum in republica sit adulatio. Nam si Q. Curcio creditur. Adulatio perpetuum regum malum est, quorũ opes sæpius assentatio, q̃ hostis euerterit. Cinicũ item Diogenẽ uere sciteq; dicere solitum perhibent, præstare ad coruos redigi, q̃ adulatoribus exponi, quoniam illi morticinia modo consectentur, hii etiãnum uiuos laniatu pestifero excarnificare non desinãt. Senecam item monuisse accepimus, adulatoribus latus non esse præbẽdum qui artifices sint ad captandos superiores, habere enim hoc in se blandicias naturale, ut quom reiciãtur etiam placeant, sæpeq; exclusas nouissime recipi, idemq; alibi asseuerat. Pro sua quemq; portione adulatiõ infatuat. Ego si adulatorum mala adferre cogerer, uix epistolæ modum seruarem, sed hæc missa faciens, receptui canam. Tibi inuictissimo regi, clarissimo principi, iustissimo (quod tibi cum paucis commune est) domino, domini Mechouien labore, meamq; factam operam & impensam offero, dedico, atq; nomino, quicquid boni reipublicæ ex eo opere accedet, id tuæ Maiestati merito debetur.

betur. Cuius uere maiores sunt uirtutes, quã quod exigua hac cartula a me describiqueant. Accedit quod in hac parte cõsulte calamũ retraxi, quod tpa tua Rex inclytissime tercio libro editionis propriæ fusius adscripturus sum, eo quantis naturæ dotibus refertus es, legenti mox apparebit, interea hoc absolutũ opus sub tuæ Maiestatis patrocinio excusum emitto. Tu Rex inuictissime hanc sedulam meam operam clementi animo suscipere dignare, & me sub tua Maiestatis tutela contra omnium morsus absconde, protege, auctisq; regni finibus fœliciter diuq; impera, & herede multo relicto perpetuũ accipe. VALE.

Excellentissimi domini Mathiæ de Mechow artium & medicinæ Doctoris Canonici Graccouiensis ad Andream Cricium epistola.

NAtale solum dulcedine cunctos allicit, & immemores non sinit esse sui. Proinde nemo sane mentis lacerat & deturpat patriam suam. Nec uelut immunda auis upupa, defedat nidum suũ, probris, calumniis, & ueritati inconsonis scriptis, sed pugnat pro ea & quod honestatis ac iustitiæ est, de ipsa exteris enodat & dilucidat, quod manifestũ tibi est mi Andrea Crici in quæstione super ortu & primeua origine Polonorum, quibus nouus aduentus & post Iustinianũ imperatorem calumnioſe, potius q̃ uere per quosdam inexpertos astruitur, qui errore suo nõ contenti, prædicant Lechitas & Vandalos, alios genere & lingua populos fuisse, antiquitate quoq; & tẽpore Polonos præcessisse, quod quom absurdũ sit & intollerabile, ex icotibus & signis psuaderi poterit plurimis. Imprimis itaq; Lechitas & Czechitas in terras incultas a nullis colonis unq̃ habitatas quæ nunc Polonia & Bohemia nũcupantur, intrasse, apparet ex ueteribus nostris scriptoribus & nouis, qui uno ore cõstanter affirmãt, Lech & Czech principes de castro & uilla Psari, in Slauonia sita, exisse, in prima propagatione hominũ, ãte ortum imperiorum occidentalium, & intrauisse in terras Morauiæ, Bohemiæ, Slesiæ, Poloniæ, Cassubiæ, & Pomeranas. Et sicut in topicis & probabilibus autenticũ autentico contrauenire cõtingit. Ita cuiq; experto de terra auita, plus credendum est, maxime quũ plurimi immo omnes hoc astruãt, q̃ exteris, & his qui talem patriã nunq̃ uiderunr, nisi ex audito incerto, fabuloſe & non probate aliquid protulerunt. Iterũ Iosephus Hebreorum ueteranus historiographus refert, ex Iaphet filio Noe processisse Ionios, quos Græcos uocat, a quibus & Ionium mare, quod & Aegeum dicitur, & post Græcos asserit Eolicos uersus occidentẽ sequi. Hi autẽ sunt Slaui, gens ppetua, in Macedonia, Dalmacia, Albania, Histria, Croacia, & cæteris Slauoq; terris. In urbibus siqdẽ Macedoniæ, Philippopoli, Scopia, Sophia, Ragusio, in uicis & uillis usq; uersus Tessaliam, lingua Slauorũ semp uiguit & uiget. Gloriãturq; Philippopoleñ, Philippũ regẽ fundatorẽ eorq;, & Alexãdrum Macedonẽ ipsius filium, origine Slauos fuisse, q̃ propter imperiũ in Græcos, Græcum expedite sonabant. Monstrãtq; in hodiernam diẽ, structuras, columnas, effigies præfati sui fundatoris, quas posuit Philippus, qui uoluerit cũ eisdem contendere cõtendat. Ad propositũ, si ante Ioseph scriptoris

phi ſcriptoris tẽpora & Veſpaſiani imperatoris, Eolici. i. Slaui fuerũt, cũ nouiter poſt Iuſtinianũ imperatorem (parce & modeſte loquendo) Procopius medicus & inſectatores eius Blondus & recens Antonius Sabellicus, in Dalmaciã, Macedoniam, & Hiſtriam &c. aduenisſe Slauos aſtruant, & poſterius ab eis Lech & Czech principes in terras eis connatas deſcendisſe ſcribãt, quom uerum uero conſonet, & falſum uero diſſonet. Itẽ non dicat aduerſarius Bohemos & Polonos ex Lech & Czech procedentes uenisſe a Tanai & Roxolania. i. Ruſſia, quẽadmodũ præfati ſcriptores ſonãt, quoniã omne deriuatum ſui deriuantis naturã ſectatur, cauſatum etem̃ eſt ſimilitudo ſuæ cauſæ. Sed prædictæ gentes Bohemorũ & Polonorum, plurimũ in ſermõe & moribus a Ruthenis diſſonãt, quom ſint regione & ſitu proximi, utiq; loqueretur Polonus & Bohemus Ruthenicũ ac Dalmaticum cum ex eis proceſſiſſent, uelut proxime intelligit & loquitur Slauonicũ, quod iuxta Pſari in Slauonia locum ipſis originarium incolæ dicunt, q̃q̃ ab eis aliquot milleriis annorum exceſſerunt. Etiam non ingerat aduerſarius ex Procopio, q; Sarmate & Rutheni, ſæpenumero Bulgariã, Dalmaciã, Hiſtriã & Pannoniam inuaſerint, & olim naues per montes in Hiſtriã traxerint. Quom hoc ſpoliatũ euntes fecerint, & pauci in Hiſtria, & Dalmacia inter alios Slauos ſederint, patriam ſuam Ruſſiam ut ſemper repedantes. Lingua quoq; & ſermo Dalmataꝝ, Seruiorum & iuxta eos commorantium, non eſt familiaris, nec idẽ cum Ruthenis, niſi Wladicis & Baytkonibus. i. epiſcopis & præſbiteris. Quia Rutheni, Beſſarabes, Bulgari, & Moſkouitæ, omnia officia eorũ in eccleſia lingua Seruia legũt, quã uulgus nõ intelligit, q̃nimo nec ſacerdotes eorum ad unguem intelligunt quæ legũt. Amplius q; fuerũt Slaui ante Iuſtinianũ imperatorem & Procopiũ ſcriptorem, & non in diebus eorum aduenerunt, ueraciſſime in ſancto Hieronymo & Martino cõprobatur, qui genere & lingua Slaui fuerũt. Sic namq; beatus Hieronymus de ſeipſo in fine libri de uiris illuſtribus ſcribit. Hieronymus præſbiter patre Euſebio natus, oppido Stridonis, quod a Gothis euerſum eſt, Dalmaciæ quondã Pannoniæq; confiniũ fuit, uſq; in præſẽtem diẽ. i. annũ Theodoſii principis quartumdecimũ, hæc Hieronymus. Poſtea autẽ Stridonis oppidum in eodem loco reedificatum, in noſtra tempora pmanet, ad confinia Aquilegiæ euntibus propinquũ. Fuit beatus Hieronymus tẽporibus Honorii & Archadii imperatorum uſq; ad 14 ãnum Theodoſii iunioris, ut ipſemet refert, ſed hi principes longe ante Iuſtinianum & Procopiũ fuerunt. Hieronymũ autẽ Slauum fore conſtat, ex litteratura in Slauonico Bukwicza nuncupata, quã ipſe ædidit, & officia eccleſiaſtica ſub illa litteratura Slauis ordinauit. A Damaſo papa indultum in lingua Slauoꝝ miſſandi expediendo, quod aliter aſtruere in Hiſtria, Dalmacia, & Croacia ſacrilegum eſt. Beatus uero Martinus Turonenſiũ Archiepiſcopus idẽtidem ex Pannonia ortus, de oppido Sabariæ, de Slauis, Slauus ex legenda ipſius manifeſtiſſime declaratur, nec aliter ſentire phas eſt in Pannonia. Conſtat autẽ ex legẽda hunc ſanctum Martinum, ſub Iuliano apoſtata imperatore Romanorũ militaſſe, qui longe ante Iuſtinianum imperatorẽ, & medicum Procopium regnauit. Itaq; Slaui præfuerunt Iuſtiniano imperatori, cuius oppoſitũ aduerſarius recalcitrans inepte dicit.

dicit. Prætẽrea Vandali & Poloni idẽ fuerẽ & ſunt, quõs ẽm Vendas appellant, in ſuis prouinciis circa Miſznam, Sleſiã, & Lubek degentes, a Vandalis originem & nominationẽ traxerunt, unde & Almani uicini eorum, Vindelicos quaſi Vandelicos a in i commutata uocant. Si ergo Vanda regina ãte Chriſtũ fuit, quõ & Vandali non fuerunt ãte Chriſtũ. Et ſi locuti ſunt ſermonem Polonorum, quod ex Vandis & Sarbis accipitur, quõ non idem fuerũt & ſunt Vãdali & Poloni. Et adhuc Graccus pater Vandæ reginæ, ſecundũ omnes noſtros hiſtoricos fuit ante Chriſtũ tricentis annis. Locauitq; caſtrum in monte Vanuel, & ciuitatẽ ſub eo conſtruxit, & de ſuo nomine Graccouiã appellauit. Filii autẽ eius ſarcofagum in altum tumefactũ in monte Laſſotino Rakawka appellarũt. Itẽ Lech primus princeps & parens, primam ſedem Gneznã conſtruxit, & hoc nomine Gnezna quaſi Gnyaſdo quod nidum ſonat, uocauit. Hæc autẽ nomina eadẽ in noſtram ætatem permanẽt, & ſunt nomina Polonica, eũdem populum Vandalos & Polonos fuiſſe & eſſe atteſtãtia. Quod ſi Vãdali deſerta Vandalia omnes trãſmigrarunt, omneſq; eradicati perierũt, prout aduerſarius tenet, quomodo præfata nomina non ſunt abolita, Graccouia, Gnezna, Mogyla, Rakawka Nogawka & cætera talia monumẽta antiqtatis. His accedit quod eccleſia de ſancto Adalberto cantat. Benedic regem cunctorũ, conuerſa gens Vandalorum &c. innuens Polonos, quos ſanctus Adalbertus baptiſauit & docuit, Vandalos olim appellatos fuiſſe. Nec aliter licet dicere. Legi & in chronicis Hiſpanorũ Vandalos fuiſſe Polonos, qui de Vandalia quæ nũc Polonia dicitur, exeũtes, Gallias, Hiſpanias, & Affricam perturbarũt, hæc ibi. Quũ ergo multis teſtimoniis huiuſcemodi ſentẽcia uallata ſit, Polonos & Vandalos affirmans eoſdem fore, & ex antiquiſſimis qui ante Chriſtum propagi/nem duxerũt. Erubeſcat inſulſus oppugnator, temerarie & nõ uere, ſuas cartas non probatas oſtentans. Tu autẽ mi Andrea Crici antiquitatum diligẽs perſcrutãtor, tales aggredere & confuta, atq; ſecũdum prophetam euellas & diſſipes. Vera autẽ prout conſueuiſti, tua ſolertia edifices & plantes. Vale & ad tutandum patriam aſſurge.

IDEM AD LECTOREM.

Sicut unius hominis, niſi apicibus ſcripturarũ & priuilegiorũ facta roborentur, non poſſunt perhennari. Sic nec alicuius regni prouinciæ aut gẽtis tanq̃ uniuerſalis patriæ ac policiæ, geſta & facta ac ꝓpagines, ultimiq; decurſus atq; fines, nõ poſſunt ſciri, nec imperpetuum rememorari, niſi origo gentis, propago, ac multiplicatio eius, geſtaq; ipſius in pace & bello, uariis quoq; omnibus euentibus, litteris ſcripturis, & chronicorum annotationibus poſteriorũ memoriæ demandentur. Itaq; operepræciũ eſt, ad habendum & ad poſteros demittendum geſta prædeceſſorum regni Poloniæ, uere aut ueriſimiliter colligere, cõportare & unum uolumen chronicorũ cõſtituere & redigere. Et quia pauci uſq; in hãc diem aliquicpiã de geſtis Polonicæ nationis in cõmune dederũt ad legendũ, ſæpenumero dolui, & talem negligentiã accuſaui. Verum grande onus ſcriptori

ptori incumbit & ad plurima respectus intendendus est. Siquidé inquit Strabo in principio primi libri, debet scire in quo orisonte, cui parti cœli, orientali, meridionali, septemtrionali, aut occidentali supponitur. In quo climate & paralello climatis situatur, non secundum uisum solis ortū cōprehendentem sed secūdum uniuersalem mundi situationem. Sæpe etenim aliquibus locis sol ex meridionali plaga ascendit & oritur, sic aliis ex septemtrione, & tamé in situ uniuersali nec meridionales sūt nec septētrionales. Ad quod negociū discernendum, Geometriam & Astronomiā idé Strabo necessariam asserit. Quod si Corrographiā, hoc est, in regno & tali ꝓuincia particularé situatio nē urbis aut uillæ cognouerit, puta circa quē mōtem, fluuiūue constiterit, excellentior & peritior scriptor diceretur. In quo casu exteri & ignari locorum alicuius patriæ, non possunt sufficientem noticiam regni exarare & scribere Amplius intendendum est, ut sermone lepido & ornato scribat ad iocunditatem legentium, persuasionesq; & confutationes aliquas ingerat, ad eruditionem, sequelam, aut fugam & uituperationem auditoribus inducendam Tametsi ego præfata effingere & scribere nesciui, aut ad amussim nolui. Ad habendum tamé qualecumq; rude fundamētum, hoc opus posteris exegi, ut ipsi quāto iuniores tanto perspicatiores, omni adhibita disciplina, diligentia, uirtute, mora, & assiduitate scribendi accuratius cōpleant, ac pro honore patriæ & utilitate Chronicam aut chronicas ex habitis incitamentis conscribant.

Vale mi lector.

INDEX OPERIS.

A

Aaron primus abbas Thinicensis 41
Abbacia Buszeñ in Vithow translata. 131
Abundantia rerum in Polonia 4
Actio super terra Pomeranię 207
Adamitarum secta hereticorum 296
Additio viginti canonicorum Graccouię. 78
Adleyda regina filia Lantgrauij Hassiæ. 225
Aduocati Graccouiensis in Wladislaum Lokiek resistentia. 205
Aduentus Iagellonis in Graccouiam 269
Aduentus Elizabeth reginę in Graccouiā. 315
Affinitas Boleslai & imperatoris 70.
Affinitas Kazimiri Polonię & Ladislai Hungarię regum. 314
Agaricon Poloniæ. 5
Albenses alias Bialagradenses expugnati. 66
Alberti vitæ descriptio. 353. sepultura. eodem
Albertus dux Bauarię 309
Alexandri regis Polonię prodigalitas 365
Alexander palatinus Valachien 289
Alexander palatinus Moldauię mortuus. 299.
Alexander Orator apostolicus 320
Alexandri furor in Lithuanos 362
Alienatio ecclesię Culmensis 196
Altare. s. Geruasij & Prothasij Graccouię 110
Altera Boleslai in Prussiam expeditio. 93
Altercatio ob castrum Gostinin 183
Altercationes ob ducatū Wratislauien 219
Altercatio pro terra Drohicien 310
Amurates Thurcarum imperator 305
Amadeus dux Sabaudię papa creatus 309
Andreas Hungarię rex coœus 43
Andreas Belę regis Hungarię filius 103
Andreę ducis Ladislai fratris submersio 188
Anna Wladislai regis Hungariæ filia 387
Anna ex Francia regina Hungarię 366
Anna Hungarię regina mortua 371
Annonę caristia. 308. 330
Anthonius pius 18
Anthonius Verus eodem
Appellationes ad Maydenburk prohibitę. 228
Apostolicus legatus Hungaria pulsus. 179
Apum in Polonia multitudo. 5
Aquarum inundatio 122. 170. 340
Aquila Poloniæ insignę 2
Archadius & Honorius imperatores 19
Archiepiscopatus Gracco: in Lamperto de
Argētea moneta poloniā venit. 197 (sist. 47
Arma familię cum cigno 77
Ascelinus legatus Graccouiam venit 142.
Ascelini reditus ad papam eodem
Astronomi Pragensis prognosticon 290
Astucia Vithowdi 272
Audacia Boleslai 65
Auricularum maxima copia 134
Aurum & argentum in Polonia 4
Austria oppressa 331
Auxiliū catholicorū principū in Thurcas. 304
Auxilium Wladislai regis poloniæ. 211
Auxilium imperatoris Thartarorum 278

B.

Balinsky medicus inexpertus captus 364
Baptisatio Wlodimiri cum prole 25
Baptisatio Iagellonis cum fratribus 269
Baptisatio plurium Lithuanorum 271
Baptista epus Camerinen vniuersitatis Graccouiensis hostis 328
Barbarorū Pruthenor; pessimum facinus. 179
Barwin dux Pomeranię 148
Baster in Russię populi 18
Batheryswan conflictus cum Thurca. 343
Bathy Thartarorum imperator 133
Beati Augustini mors 19
Beatricis reginę Hungariæ coronatio 342
Bella intestina Slesitarum. 335
Bellicositas & sobrietas ducis Moscorum 370
Belisarius Vandalorum victor 20.
Bellum fraternum 289
Bellum intestinum Mieczlai senis 108
Bellum 150 annorum 320
Bellum Lithuanicum Kazimiri 230.
Benegesta Kazimiri secundi 232
Besserabię vastatio 345.
Blondus scriptor. 20
Bodzantha episcopus Gracco: mortuus. 246.
Bogdan interemptus 313
Bohemia a Polonis subacta 27
Bohemi Poloniam vastant 37. 42
Bohemicum bellum 56.
Bohemia a rege Mathia Hunga: afflicta 335
Boleslaus Troideni filius a Ruthenis intoxicat.
Bolesl. pudicus cū matre captꝰ. 116 (tus. 225
Boleslaus Crispus 89
Boleslaus filius Wratislai 22
Boleslaus Chrabri in regem coronatus. 27
Boleslaus audax coronatus 42
Boleslaus Belam regno restituit 43
Boleslai victoria in Germanis & bohemis 43.
Boleslai liberalitas & munificentia 43
Boleslai tyrannis & reliquæ victorię 46
Boleslaus Krzywousty natus. 54. 64
Boleslaus caluus 136
Boristenes fluuius 3
Borzywoy filius Wladislai 70
Brachium sancti Adalberti 27
Brandenburgensis terre vastatio 156
Brādēburgen Marchio a Gedano repulsꝰ. 202
Brandenburgen cōmēdator in Lithuanos. 216
Brzemia castrum condi tum 32
Brzesczc translatum 213.
Brzetislaus filius Vdalrici bohemi 38
Bruno epus Olomur ce ī Rathisboriam expulsus
Brunsberk crucigerorū ciuitas 162. gnat. 157

C

Cadan princeps Tartarorum. 135
Caffa ciuitas a Mahumeto capta 340
Calamus aromaticus in Polonia. 5
Canonisatio. s. Stanislai Assisin 159
Canonisatio sanctę Hedwigis 167
Captiuitas Borzywoy 71
Captiuitas Mscislai, Roscislai ducum 115
Cardinalis in Poloniam legatus decimas imposuit. 106
Carpi Russię populi 18
Castellania Palatinatui prefecta 74
Cassubitę populus. 3
Castellania Louicen vastata 153

Castrū Marieburgk a Kazimiro adeptū. 316
Castrum Zarthauicza captum 139
Castrum Putterburgk erectum. 140
Castrum Copanicza erectum 143
Castrum Cristburgk edificatum. eodem
Castra Santhok, Drdzen demolita 153
Castrum Sulencz edificatum 154.
Castrum Karszowin erectum. 165
Castrum Czechanow exustum 169
Castrum Mariemburgk erectum 179
Castrū Mingede Lithuanię expugnatum. 190.
Castrum Kymel interceptum 195
Castrum Croczonow erectum 197
Castrum Dobrzyneñ captum. 208
Castra Nackel & Wissegrad exusta 209
Castrum Raczansz confractum. eodem
Castrum Gnyewkouiense exustum eodem.
Castrum Koszczan captum 213
Castrum Garthin depredatum 214
Castra Fridburgk, Beyer erecta eodem.
Castra Ingedin & Pistin expugnata 218.
Castrum Mielycz obsessum 234.
Castrum Lublin impugnatum. 235
Castrum Lobzow erectum 240.
Castrum Kowno expugnatum 243. 244
Castrum Angerborgk expugnatum. 245
Castrum Gortiswerder erectum 247
Castra Bartemburk & Denrin erecta 260
Castrum Drohiczin interceptum 267
Castrum Trokij obsessum 268
Castra Neuwerder, Ritterwerder, Metrem burgk 273
Castrum Mariemburgk vallatum 281.
Castrum Golubiecz inuasum 298
Castrum Smiderow obsessum. 302
Castrum Baiwald demolitum 324.
Castrum Smolensko obsessum. 360
Centum sexaginta Hungari cœsi 252
Cirullus Slauorū apostolus cū Methudio. 16
Clades fratrum cruciferorum 172
Clades Boleslai in Prussia 93
Clades Pomeranorum. 36. 55. 72. 73. 75.
Clades Slauorum a Karolo magno 20
Clades Ruthenorum. 28. 29. 44. 58. 81. 100.
Clades Pruthenorum. 29. 43. 55. 75. 212. 219
Clades Polonorum. 36. 119. 132
Clades Polowczonum: 51. 61. 83. 115. 120.
Clades Hungarorum 63. 119
Clades Dauid Russię ducis eodem
Clades Iaczwingorum, & qui sint. 84. 145
Clades Lithuanorum. 176. 189. 198. 156
Clades Polonorū a Valachis. 228. 229
Clades Thartarorum 306. 339
Clauus domini 27. 298
Claustrum monialium in Posnania 180
Cleri Wratislauiensis expulsio. 181
Collegij artistarum Graceo: conflagratio. 347
Colomānus rex Gallacię. 118. pulsio eius: 119
Colomannus rex Hungariæ 63
Colbek Pomeranię ciuitas expugnata. 65
Cometes. 190. 198. 217. 289. 290. 308. 322. 325. 336. 346
Concordia fratrum Henrici & Conradi 149
Concors bellum in Moskum. 357
Cōflagratio Graccouię. 77. 214. 319. 340. 347.
Cōradus Slauis & Hūgaris bellū intulit. 20
Conradus Romanorum rex terram sanctam petit 90
Conradus Mazouiæ dux belligerat 124
Cōsiliū in necem Swatopolconis: 64. Sbi-gnei. 74
Constantinus imperator 19
Constantia principum Polonorum 141.
Constantinopolis a Venetis & Francis capta 113 a Mahumeto vero 329
Consumatio monasterij Mogila 239
Controuersia Prælatorum spiritualium & secularium 368
Conuentus concordię in Cuyauia 201
Conuentus Lublinensis 363
Conuentus in Brzescze sup Pomerania. 204
Conuentus in Radomszke 254.
Conuentus in Luczko 287
Cōuentus Poloniæ & Bohemię regum 319
Conuentus regū & principū in Leutscha. 348.
Coronatio Ladislai regis Hungarię 329
Coronatio Ioannis Alberti 347
Coronatio filij Elizabeth hungar: insātuli. 302
Coro: Kazimiri ducis Lith: in regē polo: 311
Coronatio Alberti re: hung: in Bohemia. 301
Coronatio Wladislai filij Iagellonis. 300
Coronatio Sigismundi imperatoris. 300
Coro: Lodouici filij Karoli Hung: regis 236
Coronatio a Wladisl: Lokrek prorogata. 192
Coronatio eiusdem cum Hedwigi cōsorte. 206
Coronatio Kazimiri secundi 223
Coronę regni Polonię ablatę 37
Coronatio Alexandri in regē Polonię 360
Coronatio Maximiliani Romanor: regis. 346
Crebra incendia Polonię 337
Cristini Ploceñ palatini miser interitus 116
Cristophorus Szaffranieczc. 345
Chronica Vincencij Episcopi Graccouien' 118
Chronica Ioannis Dlugosz 343
Cruce signati Iudeos inuadunt 352
Cruce signati contra Boleslaum scuum 151
Crucifcrorum victoria. 198. 234. 238. 239 242. 243. 247. (pediunt 266
Cruciferi coronationē Wladislai Loktek fm-
Crudelitas Thartarorum in Hungaria. 134
Crupa Slauoniæ fluuius 1
Cuprum in Polonia. 4
Czarnkow oppidi expugnatio. 66
Czech Bohemorum princeps. 1
Czech bohemiā & Morauiam impetrat. 2

D

Dalemburgk erigitur 12.
Dalmacia & Croacia Hungaris adiecta 59
Damarathi capitanei & nobilium seditio 266
Dambrowka filia ducis Bohemię 21. 22.
Daniel Russię rex coronatus 142
Dauid Thurca Cōstātinopolim petit. 328
Dauid ducis Russiæ bellum 62
Decapitatio consulum Graccouiensium. 318
Decreta Kazimiri iusti 100
Decretum Wladislai contra Valachos 287
Defectio primatum Lancicię & Cuyauię. 154
Defectio Romani ducis & expeditio in Ruthe-
Defectio prouinciarū a Polonis. 36 (nos. 109
Defectio Vincencij palatini a rege 210
Defectio Ruthenorum, Pruthenorum & Pomeranorum a Polonis 54. 80
Defectio Pruthenorum a fide Christi 92
Defectio polonorū a Boleslao caluo 136
Defectio Ianussij palatini & Cristini Castellani Sandomiriensis 176
Delectus principū polonię p monarcha. 107.
Deliberatio de reassumēdo Wladisl. Lok. 192
Denarij sancti Petri institutio 39.
Depdatio poloniæ per Lithuanos 214.
Destructio monasterij Oliua 143
Detrimentum Vilneñ 358.
Diluuium Istulę 355
Dissensio Henrici cum barba & Conradi Mazouię. 123
Dissensio Polonorum & Hungarorum. 104
Dissensio diuidendę Pomeranię 155
Dissensio polonorū regię electionis. 200
Dissensio pro episcopatu Graccouieñ. 317
Diuisio regni in Boleslai filios 82
Diuisio terrarum maioris polonię: 142
Diuisio territorij Valachię 301
Doctores & magistri Graccouiā accersiti 276
Dolus Sbignei. 68
Dolus Petri Wloszczouicz 80
Dolus Conradi Mazouię ducis 137
Dolus Vincencij transfugæ 212
Dolus Mathię regis in Kazimirum 321.
Donata quę sint fratribus Cruciferis 125
Drahomicia Venceslai & Boleslai geminorū
Drzewianie populi 3. mater 22
Drewlianorum clades 17
Duces Crzirneouieñ regionē Camienecceñ va
Duces Polowczonū occisi 61 (stant 123
Duces Russię Borzysch, Zaslaus occisi 52
Ducum Slesię homagia 335
Duo gladij regi Polonię missi 279
Duo Cometes insignes 322
Duplex Pomeranorum clades & defectio. 55
Duplex Vitowdi expeditio in Thartaros. 274
Dux Bohemię excœcatus 28
Dux Oppolieñ heroum mediator. 255
Dux Austriæ competitor Iagellonis 269
Dux Vitowdus reuocatus. 272

E

Ecclesia. s. Aegidij Graccouiæ erecta 54
Ecclesia. s. Ioannē p Petrū de Skrzin 86
Ecclesia ad sanctum Andream. 86
Ecclesia in Zwierzyniecz eodem
Ecclesia ad Saluatorem eodem
Ecclesia ad sanctum Laurentium eodem
Ecclesia in Kelczo oppido extructa 95
Ecclesia sancti Floriani in Cleparz 102
Ecclesia. s. trinitatis parrochiarū mater. 121
Ecclesia sanctę Marię in circulo. eodem
Ecclesia. s. Marci Graccouię fundata 163
Ecclesia. s. Marię Magdalenę Posnaniæ 167
Ecclesia. s. Crucis Wratislauię fundata 184
Eccle: corpis Christi Kazimiriæ fundata 238.
Ecclesia sanctæ Katharinę ibidem. 239
Ecclesia in Leopoli fit metropolis 242
Ecclesia in Vnyeiow fundata 245
Ecclesia Bregeñ fit collegiata. 247
Ecclasia. s. crucis in Cleparz fundata 291
Eccle: Collegiata in Tarnow fundata 293
Ecclesia Collegiata in Warszouia 294
Ecclesiarum elenodia direpta 316
Eclipses notabiles solis. 94. 106. 215. 297. 346
Egidius Cardinalis a summo Pontifice legatus 23.
Egritudo Kazimiri secundi 231
Electio duodecim Palatinorum. 6
Electio consulum Graccouiensium Palatino data potestas. 205
Electio regis Bohemię 301
Electio Alexandri in regem Polonię. 359
Electores imperij bohemiam ingressi 298
Elizabeth filia Wladislai Loktek 218
Elizabeth regina Hungarię 251
Elizabeth virgo connubio postulata. 363
Elwigus Goltbach Prussię magister 198
Emporium seu pannicidium erectum 232
Episcopatus Wladislauieñ emersio 22
Episcopatus Wratislauiensis origo 23
Episcopatus Plocensis 23
Episcopatus Posnaniensis eodem.
Episcopatus Culmensis eodem
Episcopatus Camenensis eodem
Episcopatus Lubucensis eodem
Episcopatus Wratislauieñ prouisio. 236
Episcopatus in Miedniky fundatio 284
Epitaphium Simonis de Lipnicza 345
Equalitas casus Polonorū & Hispanorū 40
Erectio triū castrorū a Boles: Kalissieñ 154
Erectio vniuersitatis Graccouiensis 276
Erectio monasterij in Stradomia. 314
Erectio eccle. s. Petri & Pauli apostolorū. 357
Estas calida 221
Eufemia vxor Wladislai ducis Oppolieñ. 160
Excōicatio Hērici Wratisl. cū complicib⁹. 181.
Excommunicatio Wladislai 87
Excommunicatio Boleslai. 48
Exitus Alexandri in Lithuaniam 359
Ex monacho rex factus 40
Expeditio Hērici cū barba contra Ottonē. 125
Expeditio in Russiam 109
Expeditio in Pomeranos duplex 65. 67
Expeditio Henrici quarti in poloniā 68
Expeditio Boleslai in Prussiam 92
Expeditio Kazimiri in Prussiam 105
Expeditio pro canonisatione. b. Hedwigis. 166
Expeditio Lestkonis in Mazouiam 177
Expeditio Kazimiri secundi in Russiā 225.
Expeditio Wladislai in Thurcas 304. 305.
Expeditio in Walachiam 349
Expulsio Switrigal 289
Extructiones ciuitatum, castrorum, templorū hospitalium &c. per Kazimiru secundū. 233

F

Fabulę confutatio sup Alexandro magno. 10
Facinus pessimum 86
Facinus Grecorū & Thurcarū in Conradū. 90
Factiones electionis regis polonię 359
Falsa laus Mathiæ regis Hungarię 341
Fames valida 41. 122. 179. 205 215. 229.
Familia Gelytarū ab euentu rei orta 213
Fascinario Thartarici vexilleri. 133
Ferale alias teritrophium erectum 238

Festiuitas corpis xpi ab Vrbano institutā 168
Ficta victoria Mathię regis hungarię 321.
Fidū responsum procerum polonorum 312
Fides Glogouiensiū in principem. 69
Fides ciuiū Graccouieñ in Lestkonē nigrū 177
Filia Gedimini Lithuanorum principis 207
Filij Struſz bello extincti 371
Filij ducis Henrici quinti Wratislauieñ 217
Filius Mieskonis senis Boleslaus cœcus 108
Filius Swatopolci Austriam ductus 140. 182
Fœdus Hērici & Thomę episcopi Wratiſ
Fœdus cum Valacho 350
Fœdus cum Hungaris. 350
Fœdus Mathię hun: & Wladiſ: bohe: regū. 342
Fraternę insidiæ 265
Fraterna conspiratio ducū Sweidniceñ 185
Frater sancti Venceslai 22
Fratres sancti Polonię sex 33
Fratrū. ſ. Marię expeditio in Prutheños pri/
Fratres miores Gracco: inducti. 129 (ma. 125
Fratres Theutonicorū ex bohemia pulſi. 292
Fratrum concordia 273
Fraus Ruthenorum 144
Fraus promiſſionis ducis Kazimiri. 152
Frenesis Wladiſlai filij Henrici Wratiſi 217
Friderici Barbaruſſę postulatio 91 expeditio
eius in Poloniam eodem . (niæ. 91.
Friderici imperatoris affinitas cū ducibus Polo
Fridericus Kazimiri filius Cardinalis ꝓnunci/
Fridericus epus Graccouieñ 346 (atus 354
Fuga Ioannis de Huniad 307
Fuga hungarorum & Thurcarum 306
Fuga Wladiſlai Loktek in hungariam 194
Fuga Lestkonis nigri in hungariam 177
Fuga Boleſlai interfectosis ſ. Staniſlai in hun/
Fuga Swatopolconis. 60 (gariam. 50.
Fuga Dauid ducis Ruſſię in Poloniam 63
Fuga Wladiſlai in Almaniam. 88
Fuga Ioānis regis Bohemię a Posnania 213.
Fulconis Gneznen archiepiſi: interdictū. 151.
Fulminis templum & simulachrum 25
Fulminis ictus in eccleſia. ſ. Franciſci 341
Fundatio psalterij in arce 292
Fundatio Carthusianorum in Lignicz 298
Fundatio fratrum in Rupella 336
Fundatio vniuersitatis in Kazimiria 242
Fundatio eccleſiæ Vilneñ & epatus 271
Furor Cōradi in Prandothā epiſi: Gracco: 138

G

Gades Boleslai 29.
Gagates in polonia 5
Galli victi. 7
Gedanum obsessum 155. dolo captū. 202
Gedeon Graccouiensis Pontifex 99
Gediminus Lithuanię dux occisus. 214
Gedimini proles & bonorum diuisio. 264
Geminum malum in Boleslaum 68
Generosus Kazimiri interitus 200.
Genſericus Affricam vaſtauit 19
Georgij Ruſſię ducis obitus 98
Georgius de Posdziebrad huſſitarū pſes. 310
Giberith Gottorum rex 19
Gilimer Vandalorum rex. 20
Gilow castrum erectum 12
Glogouia obsessa 68
Glogouia obsidione soluta. 70
Gnezna prima ciuitas Polonię 2 & metro/
polis prima 22
Gneznensis Præpositus captus 262
Gneznensis primas Nicolaus archiepiſi: 297
Gnieuomirus captus & occisus 68
Gracianus imperator 19.
Graccouia a Thartaris capta 132
Graccouia metropolis poloniæ 4. 22
Graccouię origo 7
Graccouieñ a duce Oppolieñ spoliati 310
Gracci electio 7
Gracci proles 7
Graccus 400 annis ante Christi natiuitatem. 7
Gracci interitus a fratre 8
Grande bellum Lestkoni nigro indictū 176
Grande sacrilegium 211
Grandis conflictus Prutheno: & Polo. 280.
Grando notabilis 368
Greda a Swantoslao spoliata. 24
Greda a Wlodimiro turbata 25
Grassatores Polonię 327
Griffina in coniugio virgo 171.
Griffina ducatus suos alteri committit 187
Grzymislawa mater Boleſl. pudici morit. 164
Gundericus Vandalorum Prses 19.
Guntamundus Vandalorum rex. 20

H

Habdangk familię facetа origo. 69
Halicz occupatur. 103
Halicia capta 119
Heduigis Elizabeth reginę filia 256
Heduigis beatę mors 140. Canoniſatio. 167
Helena vxor Boleſlai Kaliſſiensis 156
Henricus secundus Windos vicit 20
Henricus tercius Vindelicos preſſit eodem
Henricus imperator hungarię inuasor. 67
Henricus dux Sandomirieñ Hierusalem pe
Henricus Ketlicz victus. 105 (tit. 95
Henricus pius beatę Heduigis filius 130. 135
Henricus dux Wratiſ: a fratre Cōra: captꝰ. 149
Henricus quartus alias ꝓbus captus 172. 184
Hēricus qntus Wratiſ: dux ī balneo captꝰ. 186
Henrici poloniæ & Glogouię ducis mors. 203.
Henricus de Pleczko magiſter Pruſſię. 214
Henricus Zeganensis dux mortuus 215
Henricus de Treuir Pruſſię magiſter 216
Henricus Duſemer Pruſſię magiſter 237
Henricus de Plawen magiſter Pruſſiæ. 335
Hermanni virtus 53.
Hierusalem a Soldano capta. 94
Hildericus Vandalorum rex 20
Hispanis fluuius 3
Hleb dux Reſzanensis occisus 107
Homagium Pruthenorum perpetuum 105
Homagium Semouiti Mazouię ducis 240
Homagium Valachorum. 296
Homagium ducum Mazouię 299
Homagium helię Valachieñ 301
Homagium Pruthenorum: 315
Homagia plura Kazimiro prestita. 342
Honoricus Vandalorum preſes 19
Honorifica Kazimiri exceptio 39
Hoſpitale infirmorum in Kaliſz 180
Hoſpitale ſanctiſpiritus prius in Prand
nik 122
Hoſpitale in Posnania 95
Hoſpitalitas polonorum 180.
Hoſpites poloniæ celebrium nuptiarum 229.
Hoſpites coronationis Sophię reginę 286
Hoſtes astucia victi 9
Hungari a Mſciſlao victi 96.
Hungarorum vitio ex Wlodimirkone 96
Huſza caſſen imperator thartarorum 336

I

Iactura eccleſię Gneznen 196
Iaczko merquartus relligionē ingreſſus 121
Mors eius 163
Iaczwingi populi 40
Iactura polonorum exigne 55
Iagello magnus dux Lithuaniæ captus 265
Iaropolcus Ruſſię dux. 25. 84. mors 89
Ingreſſus Iagellonis in poloniam 270
Ianczarus populus 305
Ianuſſius dux Gliuicensis captus 339
Iaszko Kmitha Capitaneus Siradienſis 256
Iaroslaus Ruſſię dux. 28. 41. Mors 77
Iaroslai principatus diuiſio 42
Iaroslaus in Ruſſiam reductus 76
Iaroſlai de Skotniky mors 159.
Idola polonię confracta 22
Idola Lithuanorum delecta 271
Idolatria Samagittarum. 283
Ignis Graccouię. 214. 319. 77. 336. 340. 348
Ignis numen Samagittarum 283
Ignominia Canonico Graccouieñ illata 317
Inor dux Ruſſię filius Rurkonis 17
Ihor captiuitas 96. 114
Ilkusz & Slawkow spoliata 316
Imbrifera tempora poloniæ 161
Immutatio institutionis denarij. ſ. Petri 218
Imperatori thartarorū legatus a papa 142
Impetratio iuris patronatus 367.
Inabilitatio Girzik cum prole 333
Incendium Graccouię 214
Indignatio ex loco 86
Indulgentię Sandomiriæ datę 144
Infortunium Boleſlai Calui 148
Ingreſſus Iagellonis in poloniam 270
Innouatio monasterij Czanstochouieñ 292
Inopinus thartarorum aduentus 356
Insignis uastatio minoris poloniæ 266
Insignis conflictus Prutheno: & polonor. 212
Insignia coronationis Graccouiā relata 282
Instantia bellica Kaliſſiensis ducis 152
Inscriptiōes pro terris Lithuanię & polo 312.
Intensio brumę, peſtis, & caristię 309
Interdictum per Opizonē. 149. Aliud 330
Interdictum polonię sublatum 53
Interdictū ob captiuitatē ducis Oppolieñ. 196
Interitus Sbignei 74
Interitus Vladiſlai 92
Interitus Henrici ducis Sandomirienſis 93
Interitus Iſaslai 97
Interitus Kazimiri 105
Interitus Romani Ruſſię ducis 110
Inteſtinum bellum Mieszkonis secundi 101
Introxicatio Cōradi ducis Glogouiensis 197
Introductio fratrū in monasteriū Lubeus. 94
Inuentio theſauri in artiſtarum collegio 355
Inunctus Girzik & Ioāna vxor in reg: Bo: 331
Ioānes Querin archiepiſi: Rigeñ captus. 198
Ioānes Muscata epus Graccouieñ captus. 205
Ioannis Bohemiæ regis inscriptiō 209
Ioānes Grotkonis epus Gracco: legatus 224
Ioannes cœcus Bohemię rex 226
Ioannes Lodza episco: Posnaniē: mortuꝰ. 237
Ioannes rex bohemię mortuus 238
Ioannes episco: Posnanieñ mortuus. 257
Ioan: Thurzo coadiutor Wratiſ factus. 358
Ioannes Radlicza episcopus Graccouieñ. 262.
Ioānis Husz cōbustio cū suo discipu. 284. 297
Ioannes Iſkra capitaneus creatus 303. 328
Ioannes Capiſtranus Gracco: venit 314. 330.
Ioānis Alberti de thartaris victoria 324
Ioannes dux Oſwanczimieñ victus 329
Ioannes Lascz eodem
Ioannes Albertus rex electus 347
Ioānes Laszky Secretarius creatus 361
Ioan: Thurzo epiſco: Wratiſ: consecratus 371
Iſaac ab Huſzacaſſen legatus 340
Iſaslaus Ruſſię dux 61. captus 96
Iſaslaus Dauidouicz dux Kiouiensis. 98
Iſidorus archiepiſcopus Kiouiensis 309
Iſtula Viſla fluuius polonię 3
Iubileus cum peſte 382
Iubileus Romę insignis 339. 357.
Iudei Graccouia pulſi 349
Iudith Wladiſlao nupta 53
Iulianus de Cesarinis Cardinalis 303
Iura & sanctiones Kazimiri secundi 226
Iuridica actio 99
Iuriſpatronatus permutatio 365
Iusta sceleris vindicta 95
Ius germanicum Graccouię institutum 228
Iuſpatronatus vniuerſitatis Graccouieñ. 356
Iuſticia Kazimiri iuſti 100
Iwan Czartorzyczky 309.
Iwo de Konſke cancella: epus Graccouiē. 121.

K

Karolus Pruſſię magiſter 220.
Karolus rex Hungarię mortuus 236
Kazimirię exustio 368
Kazimirus Mieczlai filius. 36
Kazimirus Parisius miſſus 37
Kazimirus in Cluniaco monachus. 37
Kazimirus primus coronatus 40
Kazimirus e relligione egreſſus 39
Kazimiri ducis Sādomirieñ surrogatio 93
Kazimirus iuſtus 99
Kazimiri exercitus meticuloſitas. 152
Kazimirus secundus Vladiſlai filius. 222
Kazimirus Stetineñ iactu lapidis leſus 251
Kazi: dux Lithuanię in regē polo: electus. 311.
Kazimiri regis polo: statura & gesta 326
Keyſtuth Lithuanię dux 227.
Keyſtuth bis captus. 243. iterum 266
Keyſtuth castrum Wladimirieñ obsider. 248
Keyſtuth cum filio Pruſſiam vaſtat 259
Kyg Ruſſię dux 6
Kilia alias Lykoſtomos oppidū captum 333

Kymelcastrum captum 195
Kinga vxor Boleslai pudici 137
Kinga & Helena mundo abrenunciant 147
Kiow a Boleslao expugnatũ 28.46
Kyow a Georgio duce Russię capta 96
Konigsbergk ciuitas Cruciferorũ erecta. 162
Korew Russię dux 6
Korigal dux frater Vladislai occisus 272
Kunegundis miraculis claret 189.
Kunegundis pietas 130.178

L

Lacus pipini 125
Ladislai regis Hungarię obitus 59
Ladislaus rex Hungarię a Cumanis occisus 189
Ladislaus infans Austriam ductus 302.
Lancea sancti Mauricij 27.
Largitas Alexandri 370
Laus Vitowdi 288
Laus Boleslai Chrabri 30
Laus Henrici cũ barba. 127 mors ibidem
Lazari miser interitus 62
Lech primus polonorum princeps 1.5
Legatio arege persarũ ad Kazimirum 338
Legatio a rege Cipri 299
Legatio imperatoris græcorũ & patriarchę. 296
Legati Venetorum item Thurcarum 348
Legatus a latere poloniam venit 113.
Legati po canonisatione. s. Stanislai. 157.
Legati pro Kazimiro monacho 38
Legati Romã duplices a Kazimiro iusto 101
Legati a Benedicto pontifice poloniam 224.
Legatus papę ad Kazimirum polo: 322
Legatus summi pontificis Caspar Episcopus Calliensis 351
Legio Domiciani a Russitis victa 18
Lesko primus 9. 10
Lesko secundus ioco regnum adeptus 11
Lesko tercius 11
Leskonis tercij viginti filij naturales 11
Lesko quartus 16
Lesko Albus 107
Lesko niger 174
Liberalitas Boleslai 75
Liberalitas Kazimiri secundi. 229
Libertas polonorum ab imperatore 27
Libertas theutonum a Leskone data 177
Limburg castrum erectum 12
Lithuani a Ruthenis cœsi 123
Lithuani Poloniam vastant 190
Lithuanorum distrectus duo capti 190
Lithuanorum excursio in Dobrzin 220
Lithuanorum ingressus in Mazouiam 235.
Lithuania vnde dicta 271
Lithuani fidem suscipiunt eodem
Locustarum copia Russię 61
Locus coronationis regum Poloniæ 206
Locustarum copia Polonię 233
Locustarum prodigium. 340
Loquelà pręter cõmunem cursum 86
Lotharius rex Romanorũ in Bambergk 79
Lubek condita 12
Lubeus castri expugnatio 68.123.
Luczko castrum obsessum 96
Luderus de Brunsweigk Prussię magister 211.
Ludolfus Konig Prussię magister 236
Ludomilla. s. Wenceslai nutrix & auia 21
Ludomillę interitus eodem.
Lodouicus Hungarię in Polonię regem designatus 224.248
Lukerdis cõiũx Przemislai ducis maioris po/lonię 180
Lutherus Prussię magister 222.

M

Maczko Borkouicz fame extinctus 241
Magistri Prus: conditiones Wladis: oblatę. 204
Magna sanguinis effusio 144
Magna fides militis in principem 118
Magnificentia Boleslai 26.
Mahumeti vulneratio & profligatio 330
Mahumeti conflictus cõtra Huszacassen 337
Mansionaria Gneznensis instituta 298
Mansionarij in Sweidnicz instituti. 366
Manifestatio Sbignei in bello. 68
Marchia a Lithuanis grassata 208
Marchionatus Brandenburgen emersio 36
Marchio Morauię Boleslaus occisus. 134
Maria regina Hungarię mortua 292
Maria Lodouici filia 257
Marianus Suffragane⁹ Gracco: mortuus. 366
Marcomanni 18
Marsalcus Prussię Lithuanię vastator 219.
Martyriũ. s. Adalberti & corpis redẽptio. 32
Martyrium diui Stanislai 49
Maslaus tyrannus victus 40
Maxima clades theutonum & polo. a tharta/ris 133.
Maxima clades intestina. 108.
Mazouia a Maslao dicta. 40. vastata. 122
Mazouię clades 153
Meydburgk conditum 12
Meinhardus & Ptaczko Bohe: guberna: 310
Mendolphus rex Lithuanorum alias Men/dog. 153. 161. 165
Michael Kochmeister Prussię magister 296
Michalko dux Hallicienſis 120
Myckelburgk castrum conditum. 12
Miechow oppidum exustum. 371
Migratio Vencesl: regis polonię in Bohe: 194
Milites ordinis Crucifer orum victi. 219
Minæ Graccouiensium in Elisabeth 256
Miraculosum certamen in nubibus 170
Miraculosa vinctorum liberatio 137
Miracula mortem. s. Stanis. concomitãtia. 49.
Miraculum. s. Stanislai in canonisatione. 158
Miraculum in Crucifero factum 178
Miraculum in ligno crucis 248
Miser interitus Leskonis Albi 117.
Miser Bolesl: interfectoris. s. Stanis: interitus. 50
Modigissilus Vandalorum rex 19
Modon insula 352
Monasterium in Trebnicz fundatum. 114
Monasterium in Caluo monte fundatum. 30
Monas. in Szeczechow funda: 30. dotatũ. 82.
Monasterium Brunuilceñ fundatum 37
Monasterium Thinicense fundatur 41
Monasterium. s. Kiliani fundatum 37
Monasterium in Mogila. 44
Monasterium Lubeus extructum 41.
Monasterium in Strzelno fundatur 77
Monasterium. s. Vincencij wratis. eodem
Monasterium Andrzeouien. 88
Monasterium Landa fundatur. 89
Monasterium in Miechow fundatur. 94
Monasterium in Szuleyow fundatur. 106
Monasterium in Oliua 106. destructio 143.
Mona: in in Wanchoczko fundatum. 106
Mona: in Ploczko, Vitow, Buszko eodem.
Monasterium in Coprziwnicza. 106
Monasterium sancti Iacobi Sandomirię. 113
Monasterium in Coscz ol ante kalis. 120
Monasterium in zcarnouansz erectum. 121
Monasterium Olobokdiocesis Gneznen. 121
Monaste in kaczycze Mogilam translatũ. 12
Monaste in Henrichow fundatum. eodem
Mo. Oliua a barbaris prutenis vastatũ. 122.
Monast: ordi: prędicator in Gedano fun: 123
Monasteriũ in Srodka fundatum. 128
Monasteriũ in Sczyrzycz erectum. 128
Monasterium in Goscz ykow, 128
Monasterium in Ploczko. 129
Monasterium in Halicz 129
Monasterium in Thorun. 135
Monasterium in Vratis. s. Iacobi. 135
Monasterium in Zauichost. 164
Monast. s. Clarę Gneznę fund: 164
Monasterium in Tschow 188
Monasterium in Blonye 190
Monast in Brega 233 In Rathibor eodem.
Monasterium in Calis 235
Monast Czanstochouię funda: 263.
Mo: Carthusianor dioce: Vladislauien 261
Monasteriũ in arena extra Gracco: 275 291
Monast: in noua Sandecz funda. 278
Monast ante Tessin fundatum 341.
Monstri productio 355
Montana Thatri culta. 367
Morauia a polonis victa 28
Morauia vehementer afflicta 56.
Mores & statura Alexandri regis 364.
Morimundus minor qui dicatur 89
Mors Dambrowcze 23
Mors Olhe 25
Mors Iaropolci 52
Mors Boleslai Chrabri 30
Mors Vladimiri Russię ducis 34
Mors Suantopelci 35
Mors Mieczlai 36.
Mors Maslai Mazouitæ 41
Mors kazimiri primi 41
Mors Iudithę vxoris Vladislai 54
Mors Vladislai 58
Mors Vasilkonis Russię ducis. 62
Mors Dauid Russię ducis 64
Mors Suatopelconis 69
Mors Boleslai cum laudibus 88
Mors Mieczlai senis 112
Mors Boleslai alti 113
Mors Colomanni ducis Halicien 120.
Mors Henrici cum barba. 127
Mors Iwonis episcopi Graccouien 127.
M: kazimiri ducis Oppo: & Rathtiborie: 129
M. Bolef. pudici & vnde pudicus dictus. 147
Mors Bolef. Calissien ducis 156
Mors Przemislai Posnanienſis 163
Mors Iaczkonis fratris prędicatorum 163
Mors Danielis Russiæ regis 168
Mors Prandothę episcopi Graccouien 168.
Mors Boleslai Calui 173
Mors Lestkonis nigri 178
Mors Henrici quarti alias probi 185
M. Griffine vxoris Lestkonis nigri 187
M: kunegundis Belę regis filiæ. 189
Mors kazimiri Lancicien virilis 190
Mors Przemislai ducis Rathiborien 195
Mors Boleslai Sweidnicensis 198
Mors Conradi Steinauien 199.
Mors Vladislai Loktek 214
M. Bolef. Mazouię ducis Semouiti filij 216
M. Vincencij palatini posnanienſis 222
Mors kazimiri secundi 232
Mors Nankeri episcopi Vratislauiensis 236.
Mors Theodrici de Aldẽburg ma. Pruss 236
Mors Lodouici regis hunga: & polo. 253
Mors Przeczslai episcopi Vratislauiẽsis 258.
Mors Karoli Romanorum imperatoris 260.
Mors Floriani Episcopi Graccouiensis 261
Mors keystuth Lithuanorum ducis 266
Mors Skirgellonis ducis Lithuanorum 273
Mors Elisabeth reginę polonię 285
Mors Iagellonis alias Vladislai 290.
Mors Petri Vish Episcopi posnanien. 296
Mors Sigismundi imperatoris 301
Mors Alberti Romanor & hunga: regis 302
Mors Georgij regis Bohemię 320
Mors Mathię regis Hungarię 325
Mors kazimiri regis poloniæ 326
Mors Sbignei Cardinalis Episcopi Grac: 329
Mors Ioãnis de Huniad & Capistrani 330
Mors Ladislai hungarię & bohe. regis 331
Mors Sophię reginæ polonię 332
M. Lodouici de Erlichausen prussię magi. 334
Mors Sriborij Episcopi Plocensis 336
Mors Alberti regis polonię 352.
Mors Friderici imperatoris Romanorum: 353
Mors Ianussij Mazouiæ ducis 355.
Mors Callimachi poetę Florentini 355
Mors Ioannis Tiffen magistri prussiæ 356.
Mors Nicolai ducis Oppolensis. 356.
Mors Ioannis welss eodem
M. Alexandri regis polonię Vilnę 364
Mors Friderici Cardinalis 366.
Mors Cresłai Lubelczik Episcopi Vladis. 366
Mors Conradi ducis Mazouię 367
Mors Elisabeth reginę polonię 368
Mors Iwan Vasilouicz ducis Moskouię 370
Mors Annę reginę Hungarię 371
Mors Nicolai & Ioannis ducis Rathibo 371
Mors Ioannis de kanthi theolo. doctoris. 337
Mors Przemislai ducis Tessinensis 342
M. Ioannis Dlugoss Canonici Graccoui: 343.
Mors Mahumeti imperatoris Thurcarũ. 344
Mors Mathię regis Hungariæ 346
Morsus in spirituales 363
Motus terrę insignis 310
Mscislai ducis kiouiensis mors 85
Mscislaus dux wladimirienſis 93
Mulieris Agasię vxoris Gõra: crudelitas. 130

Mulierís periculoſum conſilium. 85
Munitiones Cõradi Mazouiæ expugnatę 126
Mures ex cadaueribus nati. 13
Myechow oppidum exuſtum. 95.
Mieczlaus monarcha relligionis auctor. 22
Myeczlaus monarcha quintus. 98.
Mieſko primus fidem Chriſti ſuſcepit, 21. 22.
Mieſko fecũdus filius Boleſi Chrabri rex, 35.
Mieſko ſenex reſtitutionẽ petit & potitus: 102.
Mieſko dux Mazouię a murib⁹ deuorat⁹ 129

N

Nackel caſtrum vallatũ 55. oppugnatũ. 76
Nactaga Pruthenorum regio, 157
Nankerus Epiſcopus Graccouienſis 219.
Nankerus Epiſcopus Wratiſlauienſis, 234
Narimunth dux ſuſpenſus: 272
Nauſamundus Vandalorum rex: 19.
Natiuitas Henrici cum barba: 113
Natiuitas Kazimiri filij Loktek: 215
Natiuitas Ioãnis Alberti & Alexandri. 332
Natiuitas Lodouici regis Hungarię: 371.
Naualis expeditio in Datiam, 77
Nauigatio monachi ſuper cappa: 163
Nicolaus Pienazek Capitaneus, 317
Nicolaus Komorowſzky: 331
Nicopolis Bulgarię metropolis: 305.
Niemen fluuius poloniæ: 4
Niſſa epiſcopatui Wratiſlauienſi data: 113,
Nix in vigilia penthecoſtes. 240
Noctagẽ diſtrictus a Lithuanis vaſtatus: 197
Noua Sandecz erecta: 198.
Nouem duces Ruſſię, 98
Nouem facci auricularum: 134
Notarij Wratiſlauienſi cum ſacerdote capti 368
Nuncij proteruitas: 279
Nuptię inſignes Graccouiæ: 229
Nuptię Boguſlai ducis Stetinenſis: 237

O

Obſeſſio Pragę 298
Obſides dati nominatim 150
Occiſio Helię Valachi 352.
Occiſio Ioannis Kmithe 252
Occiſio Spitkonis de Melſtein 308
Occiſio Andreę Tanczinſky 318
Occiſio celebrium polonorum 361.
Occiſio ſancti Venceſlai. 22.
Occiſio ſancti Staniſlai 49
Occiſio Hẽrici ducis Sleſię. b. Hedui. filij 134
Occiſio Przemiſlai ſecundi 191
Occiſio Vẽceſlai tercij i Olomuncz 195
Occupatio Epiſcopatus Wratiſlauienſis 235
Occupatio inſignium caſtrorum 166
Occupatio caſtri Swyecze 293.
Odra fluuius Sleſię 4
Olech Ruſſię dux 61 62
Ollę naturales in polonia 5
Olgerdus pater Iagellonis 227,
Olha coniunx Iior. 17
Olha baptiſata 17
Olobok caſtrum erectum 181
Olofagus Graccouiam affligit. 7
Omen futuri mali 172
Omen malum 353
Oppauienſis terrę duplex inuaſio 144.
Opera pietatis Doctoris Kanthi 338.
Opiniões ſup morte Boleſlai interfectoris 50
Opinio de morte Iuliani Cardinalis 307
Oppidum Crzepicze erectum 244
Opizo legatus papę. 142.
Oppolien terra a Boleſ. pudico vaſtata. 147
Oppolienſis dux ad Bohemos defecit 188
Optima dos in captiuorum reſtitutione 207
Ordo Ciſtercienſis in Lubeus introductus. 105.
Ordo. ſ. Dominici in polonia plantatus 121
Ordo Cruciferorum Cuyauiã vaſtat 213
Oratores ducis Moſkouię 351
Oratores Baiſſeti imperatoris Thurcarũ 351
Orebitarum ſecta 296
Originale pro cruce ſignatis 151
Origo polonorum 1. linea 1
Origo ſectę Ioannis Huſz 295
Origo Picardorum 296
Origo morbi Gallici 354
Oſzkald Ruſſiæ dux 17
Oſtrow caſtrum cum cęteris erectum 12
Otto Romanorum imperator 26 112

P

Pabianicze comitatus Capitulo Graccouienſi donatus 54.
Patienti a Kazimiri regis 326.
Pactum pacis neglectum 210
Paraliſis Ioannis Rokiczan 333
Paſtow diſtrictus Lithuanicus vaſtatus. 218.
Patrui Pompilij veneno extincti 13
Paulinus Nolanus Epiſcopus. 19
Paulus Epiſcopus Cracco: captus. 171 176
Paulus Ruſzdorff pruſſiæ magiſter 289
Pax Lithuanorum & Polonorum. 221
Pax Kazimiri ſecũdi cũ ordine Crucifero. 225
Pax plurium heroum ſuſcepta 229
Pax facta inter Damarathũ & nobiles 267
Pax Alexandri & ducis Moſkouię 361
Peluſza dux Lithuanię 183
Penæ auctorum defectionis. 176
Pœnitẽtia Boleſlai. 74. peregrinationes. 75
Pœnitentia Kazimiri ſecundi 228.
Pera Ianuenſium ciuitas 329
Periurium Kazimiri ducis 152
Perrarum prodigium in canibus 175
Peſtis increduleſcentia. 106. 239. 257 268 344 346
Pera princeps Thartarorum 135
Peticio primatum Lithuaniæ a polo. 311
Petrus Comes de Skrzin 77
Petrus a diuo Staniſlao reſuſcitatus. 47
Petri teſtimonium. 48
Petri reditus in ſepulchrum 48.
Petri de Skrzin obitus 86
Petrus de Swãcza cancel: Pomera: captus. 200
Petrus Dreſnẽſis multiplicator hereſis. 295.
Petrus Comorowſky 323
Pia opera Iwonis Epiſcopi Graccouienſis. 128
Pia opera Heduigis reginę polonię 275
Pia opera Iagellonis 291
Pia opera Eliſabeth reginæ polonię 369
Piaſt in regem electus 14 15
Piaſt obitus 15
Pietas Epiſcopi Nolani 19
Pipinus pruthenus 125
Plauſus Graccouienſi ex patroni adeptu. 159
Pluuia ſanguinis 170
Polonia ſub thauro 2
Polonia a planicie dicta. 3
Polonię longitudo & latitudo 3
Poloniæ ſitus eodem
Polonia vino & oleo carens 4
Podolię fertilitas. 5
Polonia ſyluoſa. 5
Polonię vaſtatio 9
Poloni fidem Chriſti ſuſcipiunt 22
Poloni euangelium gladijs exertis tuentur. 23
Polonis corona negata 23
Polonorum idola plurima 24
Polonorum & Pruthenorũ conflictus. 319
Polowczy Ruthenorum victores 51 60
Polowczy qui ſint. 120
Poltowſko oppidum Epiſcopi Ploceñ 221
Pomerania victa 29
Pomerania vlterior & citerior 100
Pomorzanię populi 3
Pompilius Leſkonis filius 11
Pompilius primus 12
Pompilius ſecundus 13
Pompilius cum ſuis a muribus deuoratus. 14.
Pompo magiſter pruſſię occiſus. 134
Poponis ſententia concordię 150
Poſnania obſeſſa 213.
Potentia Kazimiri regis in pruthenos 327
Portentum Graccouię genitum. 357
Pragenſis vniuerſitatis ruina 295
Prandotha Epiſcopus Graccouienſis 128
Pręda ex Gneznen eccleſia. 38
Pręda ex Bohemia 79.
Prelatorum Canonica electio 233.
Przemiſlaus dux Poſnanienſis captus. 172
Przemiſlaus in regem electus 9. 10
Przemiſlia expugnata. 45
Przemiſlaus ſecũdus in regẽ polo. vnctus 191
Præſentia hoim i canoniſatiõe. ſ. Staniſ 160
Prima ſciſſio regni polonię. 58
Primus rex Bohemię coronatus 58
Primus Cruciferorũ in pruſſiã ingreſſus. 116
Principes Sleſię ex Piaſt nati 15
Priuilegia vniuerſitatis Graccouienſis 242
Priuilegium Colonienſium. 89
Proci Iagellonis ad reginam polonię. 268
Procopius Taboritha 300
Proculi infamia 18
Proditio caſtri. Cruſzwicza & oppidi Brzeſcze 267
Proles Wladimiri duodenaria 26
Proles vtriuſq; ſexus Boleſlai Caluí 173
Proles Henrici ducis Wratiſlauienſis 196
Proles Olgerdi & Keyſtuthij 264
Proles Kazimiri regis polonię 327
Proles Eliſabeth 369
Proles ducis Moſkouię. 370
Pruſſię origo & denominatio. 32
Prutheni Ruſſię uaſtatores. 61
Pruthenorũ ad fidẽ Chriſti conuerſiõ 92. 128
Prutheni idolatriam reaſſumunt. 137
Pſari caſtrum Slauonię. 1
Puer nouennis belligerat. 56
Puerorũ inſueta parturitio & copioſa. 176
Pueri ſemeſtris mirus ſermo. 172.
Pugna inter patrem & filium duplex. 57.
Pugna polonorum & Morauorum. 64
Pugna Bohemorum circa Thabor. 301

Q

Quadruplex monarchię adeptus per ſenem Mieczlaum 112.
Quater Leſkoni albo principatus datus: 113
Quattuor nobiles prędicatorum ordinem ingreſſi Ceſlaus, Iaczko, Henricus Morauus
Hermannus Theutonicus. 121
Qwyedzin caſtrum in terra Culmeñ 125
Quinq; fratrum martyrium 33

R

Radwilo Roſtikouicz legatus. 313
Ragnetha caſtrum celebre. 217
Rainoldus. ſ. Staniſlai aduerſarius ſanat. 158
Rathibor caſtrum conditum. 12.
Rathiborieñ dux Myeczlaus mortuus 121
Receſſus Gwilhelmi Auſtrię ducis 269
Recuperatio Pomeranię. 203
Redemptio Henrici quinti Wratiſlauiẽſis. 186
Redit⁹ Sigiſmũdi Koributh in bohemiã. 286
Reedificatio caſtri Drdzene 154
Regis Stephani pax. 96
Regni partitio in filios Leſkonis tercij. 12
Regnum polonię corona priuatum. 50.
Regnum Bohemię ab aliis dirigitur. 195
Relligioſa & ſancta puellę integritas. 208
Relliquiarũ ſancti Staniſlai diſtributio. 160
Relliquię ex bohemia Hungariam delatę. 298
Remuneratio ciuiũ Gracco: a Leſzkone. 177
Repulſio Wladiſlai Loktek electi. 193
Reſignatio caſtri Sobotha. 196
Reſiſtentia Ruthenorum prohibita. 36
Reſiſtẽ Cardina: in canoniſa. ſ. Staniſlai. 158
Reſiſtentia bellica Wladiſ. polonię regis. 209
Reſiſteñ Kazimiri in Ioannẽ de Huniad. 312
Reſtitutio boleſlao bregenſi facta. 218
Rex Boleſlaus anathematiſatus. 50.
Rex Boſnę a Mahumeto captus. 332.
Richſza Mieczlai ſponſa 35
Richſa Vnceſ: cõſors in reginã coronatã. 199
Rithogarus Theutonum princeps: 8
Rhodis a Thurcis obſeſſa. 344
Rogow caſtrũ a pruthenis erectum: 125
Romanus Ruſſię dux 108
Romanus Hallicienſis prefectus 109,
Romanus palatinus Moldauię mortuus 312.
Roſtok caſtrum conditum 12
Rudolphus legatus apoſtolicus 320
Ruina teſtudinis eccleſię. ſ. Katharinę 310
Ruina partiũ eccleſię ſancti Franciſci. 333
Rurko Ruſſię dux 17
Rurik dux Kiouieñ caſtro potitus 114:
Ruſſia Grecam fidem ſuſtipit 26
Ruſſia a Kazimiro ſecũdo ſubiugata 226
Ruſſ nepos Lech 2
Ruſſię primi duces. 6
Ruſſię principes Sandomiriam irruunt 198

Ruthenica clades intestina 129
Rutheni poloniam hostiliter ingressi 58
Rutheni in polonia victi 115

S

Sabel capitaneus castri Sulencz captus 154
Sacerdotum ignominia 317
Sacramentum eucharistię consputum 216.
Szachmetczar captus 362
Sacrilega Pomeranorum prꝛda 66.
Szachmet imperator Thartarorꝫ 313.
Sal in Bochnya repertum 160
Salomea Halicien sis regina 169
Samagittię descriptio 283
Samagittarum conuersio 284
Sancti Adalberti vita 30
Sanctus Adalbertus poloniā allatus 33
Sancti Floriani aduentus in poloniā 101
Sandiuogius de Subino 250
Sarmathę populi 18.
Sbigneus archiepisco Gnezneñ coronat. 315
Sbigneus a patre victus 57 67.
Scarbimirus palatinus Graccouien sis 74
Scepusium Hungaris datum 67
Scisma decem annorum ruptum 328
Scithæ a Gotthis pulsi 19
Sczyek russię dux 6
Scripta Callimachi poetę Florentini 355
Sdzislaus Gneznen sis archiepiscopus 101
Secta flagellatorum rusticorum 166
Sedicio Sbignei aduersus Boleslaum 64
Sedicio Hungarorum & polonorum 252
Semouitus filius Piast rex 15.
Semouiti in te itus 15
Semouitus cum vxore captus 147
Semouit us rex pronunciatus 255
Sentencia a simili lata 99
Sentencia & mens Hunga. & bohe. regū 223.
Sentencia legatorum sedis apostolicę 224
Septem flumina polonię 3
Sethegii exilium 57
Seuicia Vladislai in fratres 87
Seuicia Mscżugij ducis pome. i Gedaneñ. 156
Seuicia Prutenorum in christianos 165
Seuicia regis bohemię in clerum wratis. 261
Seuicia Cruciferorum in iudeos 332
Seuicia bellica Thurcarum 337
Sibilia q̄ & Hispalis Auicennæ patria 19.
Sigiberti scripta confutantur 19.
Sigismundus marchio brandenburgeñ 253
Sigismundus koributh bohemiā missus. 285
Sigismundus rex hun: Graceo: hospes 293
Sigismundus dux Lithuanię 307
Sigismundus dux Glogouię fit 358.
Sigismū: magnus dux Lithuanię electus 365
Sigismundus rex Ploniæ 334
Signa mortis Alexandri futuræ 364
Sinistra fortuna exercitus polonorum 323
Simon de Lipnicza minorum frater 344
Slesia a bohemis vastata 298.
Slesia in filios Vladislai diuisa 92
Slesianorum bella intestina 172
Slesię principes ad boh: regem deficiunt. 221
Smolensko expugnatum 294
Sobeslaus dux bohemię 71 78 79 89
Sodomię crimen in boleslao 46
Soldin oppidum Cuyauię captum 154
Sanct: Sophię ecclesia in kiow erecta 36
Sophia in reginā polonię coronatur 286
Spes Lestkonis in Teuthones clues 177
Spes Semouiti de Heduigi 255.
Spitko de Melstin predo 308.
Spolia ex polonis lecta 60
Spolia mutua māzouitarum ex Ruthenis. 188
Spolium Moskouię ducis 343
Squadi populi 18
Sancti Stanislai miraculum 195
Stephanus rex Hungarię filius Belę Graccouis am venit 170
Stephanus Comes Scepusiensis 325
Stephanus Moldauię palatinus 339
Stephani Valachię palatini interitus 367
Steinauię expugnatio 226
Stogneus Reñ captus 313.
Strages Swatopolci plidis pomeranię 139.
Strages terrę Cuyauiensis 140.
Strages Lithuanorum 176
Strages Thartarorum insignis 274
Strages Vitowdi 275
Strages Prutenorum 280
Strages Thurcarum maxima 304
Strages Ioānis Alberti in Hungaria 328
Strages bohemorum a Maximiliano 368
Strages Thartarorum 339
Stratagema 150
Strennuorum militum casus 165
Studij Graccouiensis confirmatio 242.
Subita mors cōtaminatoris cōcep. bea. V 241
Submersio Martini Bariczka 227
Succensio trium castrorum 273
Sulfur in polonia. 5
Suantoslaus russię dux 24
Suantoslai interitus 25
Suatopolk fratres occidit 34 Ducatum kio-uiensem rehabet: 60 Pomeranię prꝛfectus 115
Suanow castrum conditum 12
Swarno dux russię 145
Swerin castrum erectum 12
Sueui populi 18
Superstitio idolatrię Samagittarum 283
Superstitiones Iagellonis connatæ 291
Susceptio a Prandotha Acesłini legati 142
Susceptio koributh in bohemia 285
Suspectio mortis Lukerdis vxoris Przemislai 180
Switrigello dux Lithuanię 288 289
Switrigal captus 297. Mors 328
Szonka virgo filia Andreę 285

T

Tabor ciuitas erecta 297
Thartarorum prima cognitio 120
Thartarorum nuncij a russis occisi 120
Thartari Polowczos & ruthenos vicerūt. 120
Thartarorum magna potentia. 129. 131. 133
Thartarorum ingressus vsq; ad Lignicz. 144
Thartari Hungarię & Grecię inuasores 182
Thartarorum incursio 226
Thartarorum bellum intestinum 297
Thartarorum enormis clades 335
Theodricus Prussię magister 214
Theodricus de Aldemburgk Prussiæ magister 233
Temerlanes imperator thartarorū captus. 293
Tempestatum incru descentia 279
Templarij ex Oppathow excluſi 127.
Templorum multitudo per Petrum de Skrzin erecta 87
Templum. s. Pauli in Kalisz erectum. 94
Temporis qualitas insueta 353
Testamentum & mors Boleslai Crispi. 94
Testamentum Kazimiri secundi 231
Testamenti confirmatio 249.
Tyrannis Romani ducis 109
Tyras fluuius 3
Thomę episcopi Wratis: captiuitas 182
Tonsura Polonorum. 39
Translatio sancti Stanislai 59
Trasamundus Vandalorum miser 20
Trawanię populi 3
Trebiczow arx Mathię cœdit 334
Tres fratres Cruciferorum ordi: assumunt. 180
Tres soles 95
Tres lunę 95. 217
Tres pstantes peregrini Gracco: exeunt. 345.
Tria edicta papę Polonis data. 39
Tria castra vna die occupata 250
Triennales treugę 79
Trifarius Lithuanorum exercitus 260
Triplex legatio pro canonisatione sancti Stanislai. 158
Triplex expeditio in Lithuanos. 241
Triplex congressus cum Pruthenis 281
Triumphus Wladislai regis. 282
Trocenses obsessi & victi. 265
Thronus Boles: pudici monarchę firmat. 143
Tumultus Craccouię in iudeos 294
Thurcarum Thartarorumq; incursio 350

V

Valentinianus imperator 18
Vanda filia Graci regina electa. 7. 8.
Vandę interitus 9
Vandalus Polonię fluuius 3. 9
Vandali populi. 18
Vandali Gallias & Hispanias depopulati. 19.
Varcislai filij Swatopolci obitus. 155
Variæ nuncupationes morbi gallici 354
Varta Polonię fluuius 4
Vaszilo dux Smolneñ moritur. 294
Vastatio Croatiæ 354.
Vastatio Valachię 341
Vastatio Liuonię 294
Vastatio Mazouię 116
Vastatio Pomeranię 140. 289
Vastatio terrarū Culmeñ Pomesaniē: 155. 174
Vastatio terrę Lancicien 173.
Vastatio Lithuanię. 215. 234. 235. 238. 239.
Vastatio Prussię. 237. 239. 240. 246
Vastatio Pruthenorum & Ruthenorum. 258
Vastatio Nouę Marchię. 289
Vaticinium Capistrani 348
Velen castrum obsessum 68
Venditio Pomeranię illegittima 204
Verla castrum conditum. 12
Vermium prodigiosa multiplicatio: 182
Vernerus episco: Ploceñ miraculis claret. 95
Vernerus de Orzela Prussiæ magister. 220
Verneri obitus. 222
Viadus Guttalus Polonię fluuius 4
Vicia Wladislai Loktek 193
Vicissitudo spoliorum 237
Victenen Lith uanię dux Prussiam vastat. 218
Victoriæ quadraginta septē Boleslai 82
Victoriæ Polo: in Ruthenis. 30. 58. 100. 146
Victorię in Pruthenis. 43. 55. 75. 208. 212.
Victorię in Pomeranis. 55. 73. 75. 207
Victoria in Hungaris. 78
Victoria in Morauis. 96
Victoria in Bohemis 79
Victoria in Polowczis 107
Victoria in Thartaris 146.
Victoria in Mazouitis 177. 108
Victoria Pruthenorum in Polonis 93
Victo: thartarorꝫ in Polowczis & Ruth: 120
Victoria thartarorum in Polonis 131. 177
Victoria Ruthenorum in Polonis 81
Victoria Ruthenorum in Polowczis. 83. 114.
Victoria Pruthenorū in Lithua. 214. 216. 218
Victoria Lithuanorum in Cruciferis 219
Victoria Valachorum in Polonis 228
Victorinus Georgij Bohemiæ regis filius: 334
Vierzynek Germanus cōsul Graccouieñ. 230
Viginti milia virginū p tharta: abducta. 178.
Vilna Lithuanię metropolis. 4. exustio 260
Vilna ab Italis condita 270
Vincentius palatinus 210. 212
Vincenčij scriptoris reprobatio 19
Vincentius Kadlubkonis episco: Gracco: 118.
Vinczow oppidū Morauię expugnatū 288
Vindelici pro Slauis 20
Vindica nobilis thartaris resistit 310
Vinricus Prussię magister 259
Virtus bellica in puero 56
Virtutes & vicia Boleslai 50.
Visio Leskoni nigro diuinitus facta, 176
Vissimiria castrum & ciuitas erecta. 12
Vislicia capta. 81. 187
Vita sancti Floriani 102
Vita Iagellonis alias Wladislai 290
Vitowdus Lithuanię dux rex fieri cupit 287
Vitulus duorum capitum 170.
Vocatio Sigismundi in Lithuaniam. 368
Vltio diuina ob ieiuij preuaricationē 55.
Vltio regis Wladis: in Cruciferis 213.
Vlricus Comes Ciliæ 303.
Vltima Russię subiugatio 225
Vnio Lithuanię cum regno poloniæ 287
Vratislaus bohemię princeps 22

W

Waczko baro trucidatur, 71
Wanko dux Mazouię 208
Wasilko dux excœcatus 62.
Wenceslaus dux bohemię sanctus 22
Wenceslaus rex bohemię in Poloniæ regem coronatus 193.

Wenceslaus ex Gutta genitus 194
Wencesl. Boleslai Mazouiæ ducis filius moritur 222
Wencesl. Romanorum rex mediator. 277
Wladimirus dux Kiouieñ morit. 84
Wladisl. Hermannus primus monarcha 53
Wladislaus ab obsidione pulsus 88
Wladislaus monarcha tercius. 85
Wladisl. Bohemię rex coronatus. 94
Wladislaus magnus peritus dimicator. 112
Wladislai Ottonis bellum. 116. 127
Wladislaus altus pulsus, mortuus. 124
Wladisl. Ottonis in relligionē liberalitas. 124
Wladislaus Loktek dux Kiouiensis. 185
Wla: Loktek aduocatiā Gracco: confiscat. 205
Wladislaus Loktek cōronari cupit. 206
Wladislaus altus monasterium egressus. 250.
Wladislaus dux Oppolienſis 253. 273
Wladisl. primogenitus ex Sophia regi. 286
Wladisl. Bohemiæ rex Viennam venit. 342
Wladus princeps Moldauię captus. 333
Wladimirus Russię dux 25
Wlodimirko dux Halicieñ mortuus 97
Wlodimiri ducis Hallicienſis interitus. 109
Wolodorus Przemislię dux 76
Wolodor a Boleslao victus. 78
Woysalk monachus Russiæ occisus 153
Wratislauiensis sedis translatio. 41
Wratislauia a Thartaris capta. 132
Wratislauiensis Episcopatus occupatus. 181
Wratislauia ad Bohemos cessit 219
Wratislauię conflagratio 236. 242. 323
Wratisl. Episcopatus resignatio. 358
Wratisl. frustra vniuersitatē erigere nituñ. 369
Wseuoldi obitus 60. 96
Wseuoldi victoria 107

X

Xasnicze monasterio Thinieceñ donata 54

Z.

Zauissij Capitanei Scepusieñ mors 299
Zauissius Episcopus Graccouiensis. 261
Zauissij mors. 262
Zathor oppidum comprehensum 308
Zelislaus militię dux 64
Zemomislaus rex 16. 17
Zemomisl dux Vladislauieñ mortuus 183
Zemomisl. dux Gniewkouieñ mortuus. 245
Ziffridus Cōmendator polonis infestus 201.
Ziffridi mors turpissima 203
Zyska hussita 297

TELOS

IN CHRONICAM REG. POL. PRAEFATIO.

IN omni republica summopere intendendū est, uirtutes incitare & prætia rudimenta locare, per quæ animus subditorum assurgat, & tanq̄ confricatus incalescat, ex notis ad incognita heroū insignia facinora progrediendo. Quale incitamētum est, ueterū gesta & historias relegere & audire, præcipue suæ patriæ. Quoniā natale solum magis allicit & incitat sui dulcedine, nec immemores cūctos esse sinit, ut iuuentus quasi cera mollis, dum tener est animus, dum mobilis ætas, flectatur & formetur, ac impressionē figuræ bonorū morum, & illustriū factorum suscipiat. Obliquitates & tortuositates deprauatorū ex eorum uituperio abigendo ac procul repellendo. Quod in hac patria & republica, usq̄ in hæc tempora heu minus custoditum est. Nam historia gestorū uera aut uerisimilis in publico pro suscitādis exercitandisq̄ animis fortissimorum adolescentum (quorum pmaxima copia est in hoc regno) apparet nulla. Quæ in diebus nostris floreat & resplendeat, sub cōpendio, prolixitatē perinde ac nimiam accurtationem uitando, proponitur, ut sub numine & protectione sancti Stanislai patroni nostri glorioſi in publicum prodeat. Quæ etsi in se tenuis est, ac sterilis auenæ calamo scripta, sequētibus tamen scriptoribus altū scribendi non præripit stilum, sed materiam ornandam porrigit & præbet. Vt quispiā totū genus ac prouincias Slauorū scribat, continuet, cōplectaturq̄ & posteris tradat, ne relliquiæ Slauorum per errores execrandos deprauentur. Quis em̄ non nouit Pannoniā terram Slauorum connatā, per Hugnos Scithici generis homines euersam, occupatam, & in hanc diem possessam? Quis non uidet Rascios, Seruios, Bulgaros, Philippenses & Bosnenses græco ritui deditos, Thurcis Mahumeticis substratos? Quis non cernit Dalmatas, Croatas, & Carnos per Thurcos & exteras nationes deprædatos, & fere ad desertationē deductos? Quis insuper nō cognoscit Bohemos uariis heresibus contaminatos & cōmaculatos, hos Viclephistica & Hussitana labe pollutos, sub utraq̄ specie Iacobelli doctrina cōmunicantes. Alios Adamitas & lasciuiam sectātes, luxu tabefactos. Nonnullos Valdenses & fratres nūcupatos, de corpore Christi, de beata uirgine, & de sanctis dei, nihil secūdum ecclesiam orthodoxam credentes, reliquos eorū æque redarguendos, qui sanctam ecclesiam Catholicā non recognoscentes, obedientiam sedi apostolicæ subtrahunt. Quis Ruthenos & Moscos in latissimis terris Septentrionis habitantes, ritu græco ab ecclesia sancta scissos, scismaticos non iudicat, & a Thartaris Thurcisue quottannis afflictos, captiuatos, atq̄ misere uenundatos non experitur? Et si alius rem ordiri placet. Quis nō legit principes Slauorū Lechitas & Vindos nuncupatos, iuxta mare Balteum, quod est germanicū, commoratos, per imperatores Romanorū præcipue per Hēricos primum & tercium imperatores expugnatos, pro eisq̄ Theutonicos substituendo atq̄ introducendo, de Slauis non superremāsisse, nisi admodū paucos in pagis & uillis, in sede eorum primæua inter Almanos, præsertim circa Lubek & Rostok cis marinas ciuitates degentes, una & sola Poloniæ diuina propiciatione, & sācti Stanislai meritis ac protectione, alienigenis et erroribus non substrata, sæpenumero tamen ab eis afflicta & uastata, Legi

diuinæ, ac obediẽtiæ ẽcclesiæ Romanæ ab exordiò susceptæ christianæ rel ligionis, in hanc diem deuote subiecta permanet gloriosa, utq; æuiterne per/ maneat, a Barbaris & uicinis nunq̃ superata, præcepta domini relligiose ac diligenter colat & conseruet. Si namq; (inquit psalmus cxxxi) custodierint filii tui testamentum meũ, & testimonia mea quæ docebo eos, & filii eorum usq; in seculum sedebũt super sedem tuam. Et ex aduerso. Si derelinquerint filii eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint. Si iusticias pro/ phanauerint, & mandata mea nõ custodierint. Visitabo in uirga iniqui/ tates eorum, & in uerberibus peccata eorum, psalmo 88. Quæ om/ nia Polonos impleturos & regnum eorum cũ fide recta & ope/ ribus prosequuturos & custodituros credo, dum opera & solers prouidentia regentiũ eis affuerit. Glorioſiſſimæ dei genitricis Mariæ conseruatione, & beatiſſimi Staniſlai patroni nostri protectione, quib⁹ me & mea supplex commendo.

LIBER PRIMVS CHRONICORVM REGNI POLONIAE I

LECH

CZECH

CAPVT PRIMVM

RIGO POLONORVM EST EX SLA uis, Slauorũ ex Iauan filio Iaphet per Heliſam Noe ſiquidem genuit Sem. Cham & Iaphet. Noe. Sem. Iaphet uero Iauan quarto genitum & fratres ei/ us. Iauan iuxta mare Ionium & Aeœum, græ/ cos ædidit & multiplicauit, ſimul & Heladicos, ſeu Aeolios, Slauoq; per filium ſuũ Heliſam propagauit. a Iauan ſiquidem Ionium mare di/ ctũ eſt. Hebræi quoq; Onios & Græcos lingua eorũ Iauan uocitant. Slauis mox poſt Græcos ad occidentem terras ocupantibus ac poſſidentibus, Seruiam, Dalmaciam, Meſſiã, Bulgariã, Boſnam, Croaciã, Slauoniã, & Pannoniã. Fuere autem principes Lech & Czech, nepotes Iauan de ſo more Heliſæ deſcẽdẽtes. Cro aciã ac Slauoniã per Crupam fluuiũ rapidum & uelocẽ diſterminatas, ſor te cum cognatione & familis eorũ inhabitantes. Regiã locumq; principalẽ ſuæ reſidentiæ in Pſari caſtro ac uillagio eius nominis tenentes, uilla u q; in

Cham. Iapher. Iauan. Heliſa Heladiñ.

Lech. Czech. Crupa fluuius Pſari.

a hodiernum

hodiernū diē cū ſuo nomine Pſari permanet ad fluēta Crupæ, plures iubaiones & colonos, noſtro æuo linguagii ſlauonici habens, caſtrū uero demolitū, ſolas ruinas & fundamēta arcis demonſtrat. Tū aūt ex multiplicatione hominū & geneologiarū Dalmacia, Croacia, & Slauonia eas non comprehendentiū, ſæpenumero iurgia & cedes inter fratres principes & cognatos pullulabāt. Quapropter præfati duces Lech & Czech uitando peſſima facinora, parricidia, & mortes hominum, animo concordi & conſilio ſalubri, collectis rebus & gētibus eorū, per familias & colonias cū tota ſuppellectili quātulacūq; tunc habebatur, relictis ſedibus natiuis, ad occidētales diuerterūt regiones, exploratū ire & percontari nouas ſedes. Sciebāt nāq; orientales meridionaleſq; regiones, colonis & habitatoribus occupatas atq; refertas, & iccirco fruſtra eas aggrediendas & querendas. Profecti itaq; peruenere in Morauiā & Bohemiā, & luſtrata uniuerſa illa regiōe, uaſta quidē & nōdū culta perſpecta & aura eius ſalubri & gleba fertili, fixerunt tentoria in monte qui Rzip dicitur. Caput q; Czech frater iunior loci amenitate delectatus, a maiori natu germano ſuo Lech plurimis inſtātiis petere terras Morauiæ & Bohemiæ in hereditatem ſuā, poſterūq; ſuorū perpetuādas & populādas. Lech aūt ad obeūdā & nutriendā beneuolentiā fraternā, condeſcēdit uotis peticionibuſq; Czech, & ualedicēs, proceſſit cū ſuis uerſus orientē & ſeptētrionē, deueniēsq; in terras incultas, a nemine unq̄ habitatas, Sleſiæ & maioris Poloniæ. Oberrabat cū ſuis principibus, ſpeculando ſitū & qualitatē locorum donec in eū applicuit locū, q Gnezna dicitur, ubi ſuos ſuaq; omnia expoſuit & firmauit, quoniā is locus iuxta lacū uiſus eſt ei ad cōmanendū aptior, ibiq; firmata & extructa arce, appellauit eā Gneznā, quod ſonat nidū, quoniā circa illā in altis arboribus plures nidos repererat aquilarū, omine ex his feliciore auſpicato, nedū tutam ſempiternāq; habitationē ratus, uerū & ſpem regni nactus ex aquilis. Quapropter aquilam pro armis & inſigniis aſſumpſit. Aiūt mathematici & experimētatores aſcēdiſſe ſignū Thauri hora ingreſſionis Lech in maiorem Poloniam, & poſteri practici exinde terram maioris Poloniæ ſubeſſe thauro affirmant.

Dalmacia. Croacia. Slauonia.

Morauia. Bohemia.

Boemia Czech ceſſit. Lech in Poloniam venit.

Gnezna prima Poloniæ ciuitas.

Aquila pro armis regni Poloniæ.

Polonia ſub Thauro.

CAPVT SECVNDVM.

STabilita ſede dominii ipſius Lech. Principes eius per tribus & cognationes partiti, māſiones & domicilia per circuitū edificarūt, rude tamē & groſſe ex lignis, argilla, & tegmine culminū ſtruxerūt. Coaluerūtq; & deo fauēte creuerūt in maximo numero. Implentes ac hereditate poſſidētes Poloniā, Sleſiā, Pomeraniā, & totā regionē iuxta mare germanicum Marchiā, Lubek, & Roſtok. Ruſſ aūt nepos uel ut nonnulli aiūt germanus Lech, terras Ruſſiæ latiſſimas populauit, & de ſuo nomine appellationē toti ruſſiæ reliquit. Quēadmodū a Lech toti poloniæ titulatio obuenit & dicebatur regnū lechitarū. Quod uſq; in hāc diē orientales ſeruāt. Græci enim, Tartari, Beſſerabes, & Rutheni polonos uocāt lechitas. Hūgari quoq; a Lech polonos uocāt lengel. Tādem proceſſu temporis qui uerſus occaſum ſolis terras poſſederūt, ut circa Lubek, quæ in polonico

Russ nepos Lech. ab eo Ruſſia. A Lech regnū Lechitarum.

Bukouiecz

Bukouiecz dicitur, & circa Roſtok, nominauerūt ſe Drzeūyanie, q̄ſi lignoſi ab abūdātia lignorū. Alii trauianie, hoc eſt graminoſi a copia feni & abūdatia graminis. Alii kaſſubianie a plicis ueſtiū, kaſz enim ualet plica uerbaliter hub, ruga. Alii pomorzanyep inde ac ſi dicerēt ſeſe pomeranos & penes mare, qa iuxta mare habitarūt. Cæteri uero ſleſite, & qui in plana terra māſionē ſortiti ſunt, a iugis montiū remoti, polonorū nūcupationē acceperūt a pole, quod eſt planura ſeu cāpus, & nō a polo arctico quoniā non ſubſunt ei. Verūenimuero quoniā prima arx & ſedes lech quæ eſt gnezna, fuit in terra plana, eoq; qbus nomē polonoq; inditū erat, ideo oīes præfate ꝓuinciæ Polonia dicte ſūt, tanq̄ mēbra a capite & ſui principis primeua arce. Lōgiſſima itaq; latiſſimaq; polonorū fuit patria. Ab occaſu ſecundū cœli lōgitudinem incipiēs a gradu 32. protēſa in tanaim habētē in lōgitudine gradus 60. quod perrarū eſt ut tantā longitudinē regni inuenires, noſtris aūt temporibus longitudinē habet a 43 gra. in eā quā prius 60 graduū lōgitudinē, latitudinē uero habuit, nūc quoq; deo ꝓpicio habet, A mōtibus ſarmaticis eleuatiōis poli 49 graduū uſq; ad mare balhteū, quod eſt ſinus maris germanici 55 gra. & ubi mare nō alluit, eleuatur polus 57 gra. & plus. Habet inſuper polonia ab oriēte ruſſiā, ruſſia aūt ſarmaciā aſiæ ſeu tartariā. A meridie pannoniam ab hūgaris inuaſā atq; occupatā, & daciā nūc ualachiā & multauiā uocatā. Ab occaſu Morauiam, Bohemiā, & Theutoniam. Ante noſtra ſiquidē tēpora (puta in diebus regis Vladiſlai loketek) Sleſia culpa ſua, & abſq; cauſa defecit a polonis. Marchia uero & ꝓuinciæ littorales, occidētales, Lubek Roſtok expugnate, ceſſerunt in ius & ditionem Theutonum. Itaq; polonia ab occaſu noſtris diebus habet Sleſiam, & Marchiam. A ſeptētrioē uero habet mare balteū, Liuoniā & Moſkouiam, Lithuania etenim in ſortē polonorū ceſſit. Flumina famoſiora polonia habet ſeptē. Primum dniepr, quod græci boriſtenē, tartari erzeſze dicūt, decurrit per terras ruſſiæ ſeptimo climati, nō ſexto denominationē tribuēs poſitiōe Ptolomei, ab hoc nempe Boriſtene ſeptimū clima diaboriſtenes nūcupatur, fons eius ex ſiluis & paludibus moſkouiæ Viaſznia, longitudinis 52 gra. latitudi. 56. Oſtia primū in lacu prope Daſſow, lacus aūt mari ponti ſeſe immiſcet, longitudine 57 gra. latitudine 48. Aliud flumen Bug, græce hipanis etiā in terris ruſſiæ, origo eius ex palude prope oleſko. Oſtia in lacu prope Daſſow, tandē in mari pontico longitudine 58 gra. latitudine 48 gra. Terciū eſt Dnieſter, grece tyras, tartarice turlo appellatum. Caput ipſius ex mōte ſarmatico Bieſzked in terra premiſlieñ. Ex quo mōte fluunt alia bina flumina. Szan in poloniā, Cziſſa olim tibiſcus uel Ticia per pannoniā in danubiū, diuidit tiras, & ſequeſtrat daciā quā uocamus beſſerabiā & ualachiā, a terris ruſſiæ lon. eius 46 gra. latitu. 48. Oſtia in mari pōtico prope albū caſtrū, lon. 53 gra. lati. 48. Quartū flumen eſt Viſla, a ſcriptoribus uſitate iſtula, a ueteribus noſtris Vandalus dictum, a quo poloni olim Vandali nūcupati, ex mōtibus ſarmaticis in ducatū teſchnē ſi iniciū ſumens, lon. 44 gra. lati. 49. de alto in baſſum, cū fragore & ſonitu labēs, per mediū poloniæ, decurrit, & in mare balteum tribus oſtiis ingreditur

Dzeuyani a lignorum copia. Trauiani a gramine. Caſſubitę a plicis. Pomorzani a vicinitate maris. Polonia a planicia dicta.

Poloniæ longitudo & latitudo.

Poloniæ ſitus.

Septem flumina Polonię.
1 Boriſtenis. Dniepr.

2 Hipanis. bug.

3 Tyras. Dnieſter.

4 Iſtula. Viſla. i. Vandalus.

5 Varta.

Vnũ oſtiũ iuxta Gedanũ, aliud iuxta Helbieng, terciũ apũd uillam Thefft, omniũ lon. 45 gra. latitu. 55. Quintũ flumen Varta, oritur circa oppidũ Cromelow, in lon. 44. gra. la. 50 gra. oſtia eius in flumine Odra circa oppidũ Coſtzin, ex quo nõ ingreditur mare eſt deminus principalibus, tamen propter eius famoſitatem apud polonos, ipſum inter ſeptem flumina principalia annumeraui. Sextũ flumẽ Odra a coſmographis & Ptolomeo Viadus, a Martino in ſua chronica Guttalus nũcupatũ, oritur prope oppidũ Odri, & ingreditur quattuor oſtiis quẽdã lacũ prope mare, tandẽ e lacu ſeſe euoluẽs in mare balteũ, labitur ſtricto alueo circa oppidũ Stralſunt, lõ. 41 gra. la. 56. Septimũ flumẽ Niemien, græce Chronõ nominatũ, ex palude oppidi Kopiclow ſinuoſe & recurue fluẽs, diuiditur in binos alueos & ingreditur in lacũ maris baltei ſeu prutenici, in lõ. 50 gra. lati. 56. Metropoles in hac regiõe, ſunt Graccouia famatiſſima urbs in polonia, lon. habẽs 44 gra. lati. 50, in ruſſia metropolis & caput eſt Leopolis, lon. 47 gra. latitu. 49. In Lithuania metropolis eſt Vilna, lon. ut eſtimo (nõ enim uidi Lithuaniã) 50 gra, lati. uero ſecundũ experimẽtatores & qui inſtrumẽtis aſtronomicis uiderunt 57 gra.

6 Viadus. Guttalus. Odra.

7 Chronon. i. Nymien.

Graccouia famoſior Polonię metropolis

Leopolis in Ruſſia.

Vilna in Lithuania.

CAPVT III.

POlonia ſecundũ partem ſuperiorẽ ad mõtes ſarmaticos eſt in ſeptimo climate. Diſtinctione climatũ ex doctrina Claudii Ptolomei melioris zonarũ & climatũ mundi ſcriptoris ſumpta. A medio uero regni, hoc eſt poſt eleuationẽ poli 51 gra. & medii in ſeptemtrionẽ eſt extra & ultra ſeptimũ clima, itaq; frigida & glacialis, indigauini & olei. Tametſi ſit frigida, ſrumẽto tamẽ locuples eſt & leguminibus, abundat gente feroci, pecoribus & gregibus, carnibus, melle, butiro, lacte, cera, auibus, piſcibus & fructibus, habet alleca ex portu Gedanẽſi, & res uenales quæ illac inuehuntur, habet uros, biſontes, thauros, & equos ſiluaticos, onagros quoq; & pelles præcioſas ſabellionũ, & mardurũ, ex ſolitudinibus ſeptẽtrionalibus delatas, habet grana tinctorũ copioſe in maiori polonia, copioſius aũt in ruſſia, quæ adminiſtrat & porrigit regionibus & emporiis meridionalibus, mittit & uendit occidentalibus, præcipue germaniæ, almaniæ baſſe, & angliæ, boues, ſrumẽta, cutes, maiores & minores, cerã, ligna quercina, & taxina picẽ uarii generis, cineres & pelles delicioſas, habet plumbum in ſuo genere optimum, & ſalis maximã copiã, eſt nãq; in ea ſal minerale, ſal panis, & ſal gẽmæ, quorum unũquodq; ex terra eruitur & exciditur grãdis molis & ponderis, ſal quoq; per decoctionẽ collectũ & factũ, tã in Polonia, q̃ in ruſſia habet, lazuriũ ex montanis Chaczini, ſupra alias regiões præcioſe bonitatis, habet ferrũ in pleriſq; locis, & cuprum in peciis iuxta territoria Premiſliæ & Szanok quod negligitur Sub excelſiſſimorũ uero mõtiũ ſarmaticorũ iugis Tatri ab incolis uſuali nominatiõe uocatis exciditur cuprum ex lapidibus in magna quãtitate, habẽtis plurimũ argenti, quod ſecernitur per ſeparationẽ, aurũ in certis montibus & fluuiis reperitur, ſed per incuriã non colligitur, habet ſuccinũ, ſeu karabe de genere electri ex ripis maris ſarmatici, dũ atteritur & calefit trahẽtis paleas & feſtucas. Ex eiſdem ripariis maris habet

Polonia frigida vino oleoq; carer.

Abũdat cereris frumento, carnib⁹, melle, butiro, cera, piſcibus, uris, biſontibus thauris, equis ſiluaticis onagris.

pellibus prẽcioſis, granis tinctorũ, plũbo, ſale, lazurio.

Cuprum, argẽtum aurum habet.

habet lapidẽ gagatẽ nigri coloris ſed in pauca quãtitate, habet ollas natura nõ arte formatas, dũ e terra extrahũtur & deſiccantur, ſimiles ſunt ollis arte figuli factis, & ſunt in maiori polonia circa opidũ Srem in campis uillæ Nochow & in Paluky prope opidum Leknoin uilla Koſielſko, habet in terris Ruſſiæ tantã exuberãtiã examinũ apũ ſpõte proueniẽtiũ, nõ ſolũ in alueariis, ſed etiã in terra paſſim mellificãtiũ, ut incole pre multitudine, certa agmina earũ obruãt & ſubmergãt, habet terra Podoliæ mirã fertilitatẽ, ut frumẽta ſemel ſata, & poſt bonã maturationẽ a meſſoribus cũ aliq̃ granorũ excidẽtia collecta, in ſequẽti ãno abſq; cultura agri & abſq; granorũ ſeminatiõe, libere e tellure fertiliſſima, ceres & frumẽta prodeãt, & manu larga metuntur atq; colliguntur, habet ſiluas & nemora plurima, inter cætera, arbores pini, & piceæ in diſtrictu Belzẽſi & Chelmenſi, hæ ſucciſe & ſuper terrã dimiſſe, poſt aliquot ãnos cõmutantur & uertũtur in ſilicem, ita ut ex eis ignis uelut ex ſilice excutiatur, habet calamum aromaticũ Tatarſke zele abũdanter circa flumẽ Tanais, quẽ ruſſite uocãt Don, tartari uero Edil, habet Agaricũ & Caſtorea ſatis, fodinas autem ſulfuris in aliquibus locis, balnea tamẽ naturalia nuſquam habentur in Polonia.

Gagates

Ollæ natura formatæ.

Apum multitudo.

Podolia fertilis.

Polonia ſiluoſa.

Calamus aromaticus.

Sulfur.

Agaricon.

Balnea naturalia nuſq̃ in Polonia.

Duodecim Palatini.

CAPVT QVARTVM.

SVb regimine Lech primi parẽtis & principis lechitarum, tellus uomere olim nõ uiolata & aratro intacta, cœpit p colonos eradicatis arbuſtis & uepribus, aſſiduis raſtris & diligenti cultura excoli. Cœperũt inſuper propagari greges, & poſſeſſiones lõge lateq; diſtẽte, de quibus reſpondebãt Lech tributa ei ſoluendo, & principatũ eius donatiõibus recognoſcẽdo, ſingula quæq; in pace, parſimonia & modeſtia, ut omnibus in rebus primũ fieri ſolet, agentes. Ex humanis aũt Lech abſumpto, filii eius & nepotes (quorum quilibet nomine auito Lech nomi-

na batur) secundū seniū principabātur. Sic enim parēs eorū cū suis satrapis & dignitariis constituerat, ut maior natu dominaretur, prout dominati sunt per plures geneologias & successiones, quorū tamē gesta, & egregia facinora scriptorū penuria uel temporū iniuria perierunt: nec quot sæculis dominati sunt, certo habetur. His aūt & tota stirpe Lech radicitus sublata, proceres ac nobiles apud Gneznā de substituēdo futuro principe alterius generis deliberātes, in eā sententiā pari uoto conuenerunt, ut reiecto iugo subiectiōis, absq; principe dulcē libertatē sectarētur, & pro administrāda unicuiq; iustitia ac obeūdis reip. officiis prout illa tēpestate sat uidebatur, elegerūt duodecim dignitarios quos Woyewodas. i. palatinos uocauerunt, ut essent totiūs reip. specimē & tutamentum. Is modus deligēdi, hi quoq; dignitarii usq; in nostram ætatem permanent, & semel electi, toto æuo sine quauis innouatiōe perseuerāt. Quod satis absurdū est & apud exteras nationes alienū. Solent nāq; huiusmodi officiales, nunq̄ permutati, cōmuni bono postposito, priuatis comodis inhiare, suos maiores spernere, subiectos uero loco administrande iusticiæ opprimere, utinam Poloni non ad mortem, sed ad annū, ueluti est in aliis nationibus, officia Palatinorū, Castellanorū, Capitaneorq;, Iudicū, & reliquarū dignitatū designarēt, & his qui reip. utilitatiq; eius sufficerēt, pro ipsa toto conatu laborādo cōmitterēt. profecto creseeret regnū eorū inimmē sum, sed hæc expeditiori oratiōe, & prolixiori tēpore idigerēt, ideo nūc hæc missa faciens sequentia tango, Quo tēpore & quotto āno post diluuiū princeps Lech ingressus sit poloniam, & quot lustris immo sæculis ipse, prolesq; eius Polenis præsidebat, sic & Palatini quanto tempore iura populis reddebant, incertum est nec ullis traditum litteris, quoniam gentes septemtrionis proniores sunt (cœlo frigido inclinante) iurgia excitare, mores siluestres tenere, cererē & bachum supra mensuram colere, leues capillos et prolixos intorquere, q̄ castam mineruam amare, & litteris operam dare, iccirco gesta eorū dēsa caligine præssa, in æternam clauduntur obliuionis nōctem, Non solum autem lechitarū uerum & russorum priscæ uetustatis res sepultæ iacent, ino pia scriptorū usq; ad tēpora Kyg, Scziek, & korew ducū, ab his nāq; primū facinora eorum litteris mandata sunt, fuerunt autem uterini kig, Scziek, korew & quarta soror Libed, hi principando russitis loca munitiora construxerunt, kig castrā supra boristenē seu dniepr, quod usq; in hāc diē kyow dicitur, olim famosa & lata metropolis russorq;, alii duo nō lōge a kiow etiam sua erexerunt castra Scziek sczekwicza, & korew korewicza, erāt & alii duces eorum Radzim a quo radzimczanie supra fluuium Szaszu, Viatko a quo uiathczanie supra fluuium Olka, Dulieba a quo doliebienie ad fluenta Bug, hi postea Volhanie, & nūc luczanie appellātur, familie ex dulieba, radzim, & uiathko, more ferarum in siluis habitabāt, & consanguineas passim prout uoluptas ferebat, sine discretiōe cognoscebāt: demum extinctis & ab hac luce sublatis tribus germanis kig, scziek & korew, filii eorum & nepotes longo æuo dominabātur, quilibet in sorte sua donec successerūt Osykalt & Dir, duo germani apud kyouiam principantes.

Palatini duodecim electi

Duces primi Russiç.
kyg.
Sczyek.
korew.

Graccus.

POst annos plurimos gens Lechitarum perosam habens gubernationem palatinorum (mala enim uisa est pluralitas principum, tū quia lacessentes inimicos, & rem eorum turbātes, auertere minime potuerunt, tum etiam quia singuli quæ sua sunt & non regni curabāt) requirebant unum principem & rectorem, scrutinioq; facto, elegerunt uirum idoneum, solertem & strennuū nomine Graccum, ad radices montium sarmaticorum iuxta Istulam commorātem in rectorem rerumq; suarum tutorem. Qui fasces regiminis assumēdo, inuasores quosdā per pacta, quosdam per bella exturbauit. Gallos ea tēpestate regna Pannoniæ demolientes, Lechiam ingredi uolentes, forti marte repressit & ex eis uictoriā reportauit. Exinde pace confecta, Lechitis indies charior erat, Bohemisq; ob secundam fortunam amabilis imperabat. Erexit arcem habitationis suæ in expedito colle Vauel, supra fluuiū Istulæ sito, & ei ciuitatē adiecit atq; fundauit de suo nomine Graccouiam appellādo, fœlicem agris & rebus secūdis, nisi olofagus quædam bestia (ut aiunt draco) plurima impedimenta intulisset. Rapiebat siquidē e specu de sub mōte Vauel egressa, iumenta & homines incaute oberrātes, rictibus horridis uoracissime deglutiēdo. Quo malo afflicte Graccouiæ, Graccus anxius condolens tria corpora iussit quottidie olofago exponi. Nam his contentando, cætera nō requirebat. Sed & hoc graue onerosūq; erat, propterea suapte industria persuasit exponendis corporibus, sulfur & cauma ignitum, cera piceq; inclusa, admiscere & occultare, belua enim tū naturali rabie, tū uoraci esurie exagitata, sine delectiōe oblatam prædam rapiebat atq; uorabat, sensimq; debilitata extincta est. Graccus uero letatus, longos annos in seniū deduxit, mortuus, plenus dierum. Reliquit duos filios Graccum, Lechonem, & terciam filiam Vandam. Ex commisso patris dum uiueret, filii cōstruxerūt sarcofagū in monte Lassotno (q nunc dicitur mons sancti Benedicti) tumorē terræ supraponendo in altū, in hūc diē celebrem & a longinquo uisibilem. Ex hoc asserunt quidam hunc Graccum fuisse romanum (de familia graccorum ob leges agrarias superbius q̄ fas erat dictatas romæ interfectorū) quoniā instar sepulcri Romuli sibi dum uiueret, simile de terra (romuli enim de lapidibus est) erigi præcepit, undecūq; autē fuit, assertio eorum instātiam habet, quia Gracci prope natiuitatem christi, circiter centum annis occisi iacent inulti, is autem Graccus lechitarum princeps ut prodūt eorum historiæ quadringētis annis uatiuitatem Christu præcessit.

Graccus eligit

Galli uicti.

Graccouię origo.

Olofagus Graccouiā affligit & interimitur.

Graccí filij. Graccus. Lecho. Vanda filia.

Graccus 400. ānis ante xpm.

COgitantibus lechitis Graccum natu maiorem ipso Gracco patre uita functo in legittimũ ſucceſſorẽ & regẽ ſurrogare, Lech minor natu nacta occaſione oportunitatis interfecit eũ, & lacerũ zabulo texit, dicens illũ dũ uenatioi operã daret, & profuſius q̃ decuit feras impeteret, a beſtiis mortem opetii ſſe, & hæc ficta dicẽs lachrymabatur. Lechite uero ita fore credentes, eum in tronum paternum euexerunt, & regẽ ſupra ſe ſtatuerũt, uerum quia nullum malum impunitũ, crebreſcẽte fama q̃ germanum ſuum inuidia ductus clam necaſſet, expulerũt & a regno exulare ipſum coegerunt, tanq̃ prophanũ parricidam. Quamq̃ alia quædam hiſtoria narret non fuiſſe exulem nec a regno alienatũ, ſed ob fratricidiũ ab omnibus ſpretũ, & inuiſum mero re & cogitationibus contabuiſſe, uitamq̃ ſimul cũ regno cito finiuiſſe. Qua propter Vandam filiam Gracci nulla amplius prole maſculina ſuperſtite, pro domina & regina ex unanimi uoto omnium deputarunt, inueneruntq̃ in ſexu fœmineo animum & robur uiri le in regendis ſubditis & inimicis regni abigendis, nã ea tẽpeſtate Rithogarus princeps theutonorũ regno Lechitarum uicinus, audita Vandæ mira ſpecie, pulchritudine, gloria, moribus, & regno, miſit procatum iri ſeu eam in ſpõſam depoſcere. Vanda autẽ deſponſationẽ Rithogari, una cum ipſius ambaſiata ſeu legatione renuit. Mittit iterum amoris impatiens Rithogarus, ut ſibi nuberet, aut arma & deuaſtationem regni ſentiret, putabat nãq̃ fœminam metu belli ad coniugia poſſe impellere, quam ſponte matrimoniũ refutaſſe didicerat. Moxq̃ aciebus inſtructis, regnum Lechitarum ingreditur, iuſſit & Vanda celeriter ſuos arma capere, & copiam reſiſtendi Rithogaro præſtare uidentes autem purpurati principes Rithogari potẽtem exercitum, Vandæ pulchritudinẽ dictu mirabilem, qua tanq̃ hamus (Vanda enim hamũ ſonat) corda inſpicientiũ allici ebat, induſtriam, audaciam, & cauſam ſine noxa, receſſerunt in caſtra ſua, denũciantes principi eorum, ut uiraginem iuſte pugnaturam, et exercitum potentiorem inſtructioremq̃ habentem, ſuo damno non inuaderet, quos cũ nec perſuaſionibus nec minis ad pugnãdum reuocare potuit uehementi afflictione conſternatus, bello ceſſit, & in conſpectu eorum gladio ſeſe confodit. Ac

Graceus interfi citur a Lech.

Vanda

Vanda eligit.

Rithogarus princeps theutonum.

Vanda pacẽ

Vanda pace cum magnatibus theutonorũ compoſita, Græccouiam rediit, & pro tanta uictoria diis uota (plurimas uictimas immolando) perſoluit, ſe ductaq̃ illius temporis errore, ne celebs uita eius quoquõ defloreſceret, diis ſeipſam uictimam, pro uictoria aſſecuta, expoſuit. de ponte enim in Viſlam ſaluit & ab aquis ſuffocata circa Mogilã, uno miliari a Graccouia, reperta eſt, illic ſupra fluuium Dlubnia ſepulta, aggere & mole terræ in altum, quẽ admodum Gracco genitori eius ſuprapoſitis, diciturq̃ locus ille uſq̃ in noſtram ætatem Mogila: quod ſonat ſepulchrum: dictus eſt & fluuius in quo merſa eſt Vandalus, & gens circa flunium cohabitans Vandalite.

Vandę interit.

Fluuius a Vanda.

CAPVT VII.

EXtincta Vanda cum qua & tota Gracci familia interiit. Abrogarunt iterum Lechite regem: & loco unius regentis duodecim Woyewodas id eſt exercituũ ductores ſeu regẽtes: pro numero prouinciarũ conſtituentes. Sub quibus longo tẽpore (ut aliquæ chronice narant centũ annis) in libertate uixerunt, donec exorti graſſatores & bonorum expilatores non mediocriter eos afflixerunt, ad ultimũ uero exercitus ualidi Pannonierum & Morauorũ Poloniã inuadẽtes, prædam agebãt impune, agros depopulãtes, & res diripientes ut libertate ablata, ſub iugũ ſeruitutis miſeros Lechitas mitterent & cogerent. Woyewodis nequitq̃ repugnãtibus, quoniã aduerſam fortunã experti, de ſũma rerũ deſperabãt. Erat ſub hoc turbine quidam polonus nomine Przemiſl, diſciplinæ militaris peritus, uiribus ſtrẽnuus, ingenio aſtutus, qui circa Caluũ montẽ, hoſtes omnia negligentius agentes, aſtu terruit & oportunitate deuicit. Nam galeas formatas pictas & coloratas, ex aduerſo hoſtium ſole oriente in arbotibus montis locauit, quibus uiſis, repente radiorum ſolis reuerberatioe hoſtes perculſi arma corripiũt, ad debellandumq̃ aciem polonorum uiſam procedũt, quo cũ peruenſſent, neminẽ inuenerũt. Mox etenim Przemiſlãus, ut uidit hoſtes arma capeſſere, ſimulacra galeaq̃ remouit. Reuertũtur itaq̃ in ſua caſtra aduerſarii, putãtes Polonos auerſos fugiſſe. Przemiſlaus uero rẽ benegerendi belli conciꝑiẽs, animauit commilitones qui ad ipſum confluxerãt, certã uictoriã eis ꝑmittẽs, dũ mõ conſiliũ eius ſequendo, animũ & arma uiriliter in hoſtẽ cõuerterẽt. In tempeſte ergo noctis aduentu, hoſtibus ſomno deditis, & ſecure cubantibus, Przemiſlaus manũ polonorũ, iã de uictoria certificatã & animatã adduxit, a tergo & a lateribus medios in hoſtes irrupit, quoſq̃ & dormientes, & repugnare uolentes proſternẽdo, cæteros e ſomno excitatos, trepidos & agendorũ immemores diſpergẽdo, Przemiſlaus ergo caſtra deſertata diripuit & inimicorũ opulentias, ſuis in prædã dedit

Polonia uaſtat

Przemiſlaus.

Hoſtes aſtu, victi.

dedit, quo comperto, poloni amore in Przemislaũ flagrãtes tãnq̃ in patriæ liberatorẽ spẽ collocarũt, & unanimi acclamatione & consensu, eũ in monarchã & regẽ creauerũt, imponentes ei nomẽ Leschczeck, aut a primo Lechitarum principe, aut ab astu (lescek enim uafrũ & callidum sonat) eum sic appellantes. Is regnauit fœlix & tranquillus, nemo enim amplius: perdomitis Pannoniis & Morauis, ausus fuit regnum eius inuadere. Ferunt plures, exercitũ astute ut præmissum est fusum & disiectũ, fuisse Alexandri macedonis, sed tu hãc relationem scito esse fabulã, nunq̃ siquidem Alexãder uel gentes ipsius, ad septemtrionalia Europæ diuerterũt, prout ex omnibus historiis de Alexãdro acceptis cognoscis, q̃uis Sophirionẽ inter Scithas occubuisse legas, magisq̃ absurdum dinosce, quoniã Alexãder macedo ãte hunc Lesko nem multis sæculis antecessit. Galliq̃ quibuscũ Graccus in parte conflixit, longe post Alexãdrũ in græciam uenerũt, & duce Belgio Ptolomeũ cerauni cũ macedoniæ regẽ occiderũt. Brennus uero alter dux. regẽ Antiochum superãdo in Bithinia consedit, & gente gallorũ cũ græcis commixta, gallogræcos constituit, uide Trogũ Pompeiũ, Iustinũ abbreuiatorẽ eius. & cæteros. Lesko ergo posterior Gracco, multũ posterior fuit & Alexandro & Sophirione duce eius, nisi ad coloran dam fabulam Alexandrum principem Morauiæ affirmares, sic utiq̃ uerum sermonem proferres, nam Morauos Lesko astu debellauit & dispersit.

Przemislaus in regem eligitur & Lascek nominatur.

Fabula quorũ dam conuellit de Alexandro magno.

CAPVT VIII.

Lesko secundus

QVoniã post mortẽ Przemislai q & Lesko primꝰ dicitur, nulli posteri, nullaq̃ proles superstes relicta est, inter polonos orta est dissensio, quis regnare deberet & ne deteriora sequerentur (multis regnare cupientibus) per edictum statuerunt ut quisquis ambiret, & optaret regnum poloniæ assequi, idibus octobris in equo maculis respersо, seu colorato, q̃ uelociter curreret ad statuam pro meta ponendam. Erat autẽ huiusmodi cursus in planura inter Graccouiã & fluuium Prądnik designatus. Multis ergo tempore constituto, in equis ut præmissum est maculis distinctis, dato signo tanq̃ pro grandi brauio apprime anhelantibus, & properãter currentibus ungulis & pedibus equorũ, oxigonis, seu clauis ferreis acriter lesis aut subsiterũt

aut subsiterũt, aut cũ eqs cuoluti deciderũt, solus Leschczek quidã uir plenus uafriciæ & dolo, iuxta stratã per quã cucurrerũt, ubi claui ferrei nõ fuerunt infixi, equũ suum agiliter impellens ad columnã peruenit, eamq̃ complexus est, & rex salutatus. Adolescens autẽ quidam obscure sortis, qui cũ sodali causa solacii ante aliquot dies per eandem stratã ad columnam currẽs, & pedes una cũ sodali leserat, & oxigonos inuenerat, oblique & extra uiam pedes currẽs, secundus ad columnam peruenit, & eam cõplexus est. Insurrexerũt ergo singuli cõpetitores, per oxigonos remorati, in & aduersũ Leschczek, & re coram iudicibus agitata deprehensũ est regni cupiditate nocte sub obscura, p totã stratã usq̃ ad columnã eũ sparsisse & in terrã fixisse clauos ferri acutos, & zabulo contexisse, præter semitã iuxta stratã, q̃ ipsemet currẽdum sibi credidit, cõdemnatum ergo, discerpserũt, & laceraruntAdolescentẽ uero illum qui oblique currẽs, causa ioci ad columnam secũdus ad uenerat, uoto omnium & concordi approbatione, in regem sublimarunt, & Leschko uocauerũt, hoc em̃ nomen apud priscos polonos regium fuit, & q̃q̃ humilis cõditiõis & tenuis sortis erat, clarissimus tamẽ regnando euasit perinde acsi in regia nutritus, & decentissimis moribus a cunabulis imbutus fuisset. Fuit namq̃ tẽperatus, & semper sobrius, iustus, masuetus, liberalis, & fortis, cunctos inimicos fortiter debellans, & de suo regno repellens uicinosq̃ inuadens, semper uicit & de eis triũphauit. Et ne fastus ex honore regio assequuto eũ insolẽtiorẽ redderet, uestes suas priuatæ cõditiõis, uiles & hirsutas, quotiẽs in throno regio purpura indutus sedit, supra se extẽdi iussit ut his inspectis, reminisceretur sese ex inope dominũ, & humili regẽ factum esse, senuit longeuo senio, & e uita excedens, unicum filium leschkonẽ tercium in heredem Polonis reliquit.

Lesko secũdus loco regnũ adeptus.

Lesko tercius.

CAPVT NONVM

LEschko tercius genitori succedens, adeo creuit optimis moribus & heroicis uirtutibus, ut singula quæq̃ tam in regno suo poloniæ, q̃ in exteris prouinciis, summa prudẽtia regeret, & nomẽ ac gloriã suã suæq̃ gẽtis nobilitaret, præbuit auxilia pannoniis contra legiones italicorũ et græcorũ, & equidem cũ frequenti uictoria. Genuit unicũ filiũ ex legittima coniuge Pompiliũ nomine, ex pellicibus uero pluribus genuit uiginti filios naturales, hos, Boleslaũ, Kazimirũ, Wladislaũ, Wratislaum, Oddonem, Baruinũ, Przibislaũ, Przemislaum, Iaxam, Semianũ, Semouitũ, Semomislaũ, Bogdalũ, Spiczigutũ, Spiczmerũ, Sbigneũ, Sobeslaũ, Vissimirũ, Czesimirũ, & Vislaũ: ueritus aũt ne eo ex humanis absũpto cõtentiones & bella inter fratres orirẽtur: partitus est regnũ, Pompilio dedit monarchiã regni: cæteris maritimam orã Slauorũ: Rugianorũ: & Cassubitarũ

Pompilius unus Leschonis filius.

Leschonis filij naturales.

Prima diuisio cum iactura.

subitarũ: usq; ad Misnã & Vestfaliã distribuit Boleslao primo genito naturali Baruino, et Bogdalo Pomeraniã inferiorẽ, Kazimiro & Wladislao Cassubiam: laxæ & Semiano Serbiam: Wratislao Ramam: Przibislao-Czesemiro & Oddoni Ditwoniã q̃ nũc Olsacia seu Lusacia: Przemislao Semouito & Semomislao: Sgorzelciã: quæ nũc Brãdeburg appellatur, aliis uero fratribus residuis, quasdam sortes, in huiusmodi prouinciis: adiectis quibusdam desertis siluis & nemoribus attignauit: Vislaus aũt cõdidit castrũ Miedziboze: quod nũc Meydburg dicitur: Sobeslaus castrum Daley quod Dalemburg uocatur: Vissimirus castrũ & ciuitatẽ in ripa maris sitam Vissimiriã, quæ in hanc diẽ eodem nomine nũcupatur: Cæteri fratres alia castra erexerũt, Brzemye castrũ in cõfinus Vestfalor & Frisonum sitũ: sic dictum, ut susciperet hostile Brzemia. i. pondus. Castrũ lyma quod nũc Limburg uocitatur in petra latissima a longinquo uisibili & lucente: Slaui enim nocturnã splendorẽ limam uocãt. Castrũ itẽ & ciuitatẽ: Bukouiecz quã theutones uocãt Lubeck: slaui uero in circuitu cõmorãtes Bukouiecz: similiter castr Rathibor: castrũ Swerin: castrum Lukow a quodam Miclone conditum: unde theutonici illud Mickelburg uocãt. Item castrũ Gilow a crassitudine terræ: castrũ Rostoki a dissolutiõe aquarũ: castrũ Verla a credulitate: castrũ Swanow a uocãdo: uocatus enim slauice swani dicitur. Item castra Ostrow a loco insulæ in qua stat Teszin, Marlow, Bolel Trzebiessow, Vologost, Czasni Wolyniecz. Pluraq; alia castra & municipia, præfati filii Leskonis & eorũ nepotes iuxta mare germanicũ condiderunt, quæ natio theutonica occupauit: & usq; in præsens occupat paucis populis slauis & zerbis in rure & uicis etiam in hanc diem permanentibus & linguam slauicam confuse & corruptæ propter commixtionem sonantibus.

Meydburg. Dalemburg. Vissimiria. Brzeinia. Limburg Lubeg Rathibor. Suerin. Myckelburg. Gilow. Rostok. Verla. Swanow. Ostrow &c.

CAPVT X.

Pompilius primus

Pompilius primus.

POmpilius, quẽ poloni Popiel, theutones offerich uocant, suscepto regno polonor, coles & montiũ radices, in qbus urbs Graccouia est sita pertesus, trãstulit sedem regni Gneznã in planicie sitã, ubi prisci polenorum morabãtur principes. Hanc quoq; spernẽs, nouas sedes inter lacr posuit ac extruxit Crusuiczam noians & in ea principalẽ sedẽ regni cõstituẽs. Mortuus est in ætate uirili, morbo correptus ex uitatorpente & uoluptuosa. Nihil egregiũ ædidit quod posteris dictu factuue celebre foret, nisi q; in omni execratione solitus erat dicere, utinã me mures uorarent, utiq; omine mali, quoniam filium eius, alterum Pompilium, quem in ætate puerili reliquerat: regn. nem mures deuorarun-.

ADolescentia Pompilii secundi minime expectata, ipsum in regem poloniæ extulerunt, & ei obedientiam homagialem patrui una cum proceribus regni præstiterũt. Causas & decisiões questionum quæ ad eũ perferebantur, patrui donec adolescceret determinabãt. Sed cum Pompilius annos adolescentiæ supergressus, suæ potestati est relictus, in teterrimos incidit mores, in petulantiã, choreas, plausus, ebrietates, flagicios issimus ruebat, remp. postergando, & ab incursu hostiũ deprauatus & meticulosus, non defendẽdo. Desponsata est ei ex theutonia, elegãtis pulchritudinis de genere principum fœmina, quæ blandiciis & cassiditatib9 eũ sic irretiuit atq; captiuauit, ut totius regni, potestas & expeditio circa eam cõsisteret. Ad peior esq; illecebras maritum intrusit patrandas. Videns eñ maritum suum ab omnib9 subiectis sprætũ, & ad ignominiam ipsius cum ludibrio koschysko (quod sonat attritam scopam) uocatum, propter raros capillos, timensq; ne succederet ei quispiam patruorum, ob scelera suapte ipso expulso, lubet dolos & egritudinem mortalẽ fingere, patruos & proceres regni aduocare. Coram eis exponit Pompilius in lecto decumbẽs & lachrymãs se in breui moriturũ, rogat obtestaturq; ut filios quos binos ex legittimo matrimonio suscepit Lechonẽ & Pompilium successores ipso mortuo surrogarẽt, & iamiã migraturo exequias more gentilium in præsentia ipsius celebrarent. Luget & cõiunx lamentando, & fictas lachrymas aborciendo. Exhibita tãdem refectiõe: irerũ ad aulam regis introducũtur patrui cum primoribus regni, & potus exicialis per reginã compositus. Post oscula regis ualedicentis iã prope morituri in poculo aureo administratur, quo hausto singuli discedunt. Nox eñ instabat, rexq; se dormiturũ sopore ingruente simulabat, expauescẽs ne aliquis eorũ coram moreretur. Correpti ergo toxico tẽpore noctis, uersi in sunam excruciabantur, donec spiritũ & animam exalauerunt. Exhilaratus itaq; Pompilius cũ coniuge, contulit se ad tripudia patruos calumniose criminando. Asserẽs illos ob facinus in regem & filios eius cogitatum, cœlesti plaga miraculose percussos interiisse. Accumulansq; peccata peccatis, inhibet a quoquã cadauera extinctorũ sepelire. Sed deus uindex iustus, grauitate supplicii scelera cõpensans. Pompiliũ cõuiuia celebrãtem, mero madentẽ sertis coronatũ, unguẽtis delibutũ, crapula & luxu resolutum, ultione condigna punit. De cadaueribus siqdem patruorum & procerũ, multitudo murũ ingentis magnitudinis ebuliuit, & in conuiuantẽ tyrannũ, consortem eius, & filios, rabidis morsibus insiliit, militum caterua nequitẽq; abigente, quoniam humano suffragio fatigato, mures infatigati perseuerabant noctu dieq;. Extruuntur ardentes foci, & in medio eorum locatur Pompilius, cõiunx & filii illic autẽ & mures per flãmas transeuntes parricidam rodere nõ cessabant.

Nota uide

Pompilius secundus.

Põpilii uiginti patrui ueneno extincti.

Ex cadaueribꝰ extinctorũ copia murium nascitur.

Ad aliud tandem elementū uentum eſt. In nauibus abducitur occiſor patru orum Pompilius cū ſuis in ſtagni altitudinem, mures tamen inceſſanter ſecu ti, abductos, & naues rodebāt, intantum ut aqua perforatis rimis ingreſſa ſubmerſionem minaretur, ideo nautæ timētes præfocationē ab aquis, dedu xerunt nauem in littus, unde alia caterua murū occurrens, iuncta prioribus acrius infeſtabat. His uiſis defenſores, diuinam ultionē cognoſcētes, omnes fugierunt. Pompilius autem protectoribus nudatus, recepit ſe in turrim altū orē in Cruſuicza, ubi mures rapido curſu aſcendentes conſumpſerūt & uora uerunt. duos filios, uxorem, & facinoroſum Pompiliū cū ſingulis artubus, ita ut nerui, oſſa aut aliud ueſtigiū nō relinqueretur. Ecce nō eſt poteſtas nec conſiliū contra dominum, non proſunt ſceptra, nec opes in cōſpectu eius, mi nuta animalia & imbelles mures Pompilium miſerabiliter conſumpſerunt, quemadmodū pediculi, uermes minutiores muribus Arnulphū regem fran corum, & imperatorem Romanorum, pulpa, carnibus, ac uiſceribus exeſis medicis nequitq; proficientibus ad internitionem uſq; perduxerunt, ſolis car tilaginibus, & oſſibus relictis, ut in deſcriptiōe Romanorum imperatorum & regum Franciæ legis.

Horridus Pōpilii conſortiſq; & filiorum interitus.

Pyaſt

Rzepycza.

CAPVT XII.

POſt miſerum & horridum interitū Popiel, indicta conuētione pro nō ui regis electione, conuenerunt ma iores ac nobiles regni in Cruſuiczā factaq; diſtenſione, pluribus regnare cupienti bus: ſoluerunt cōuentionem abſq; regis electio ne, ortis tandem multis difficultatibus, belliſq; externis & domeſticis, quottidianis etiā ſimul tatibus & damnis inter regnicolas. Indicta eſt altera conuentio in præfatam Cruſuiczā. Erat ea tempeſtate quidam agricola & mellarius in ciuitate Cruſuiczieñ nomine Pyaſt, eo q; ſtatu ra erat nō alta ſed robuſta, habuit uxorē Rze picza nuncupatam, & filium unicum nondum nominatum, homo multe hoſpitalitatis, pere grinorum & miſerorum fotor, aduenerunt autem in diebus regis Pompilii, duo hoſpites uultu & habitu uenerandi, & cum uoluiſſent ingredi regiam, pulſi ſunt a ianua & prohibiti ab ingreſſu. Diſcedentes ergo declinauerunt ad tugurium Pyaſt, parentis aduenarum & peregrinorum, qui ſumma ala critate una cum uxore excepit eos in domum ſuam, occidens porcum ſagina tum, quem ſeruabat pro tondēda ceſariæ, & nominatione filii ſui prout mos gentilium fuit, obtulit & uas medonis eadem intentione reſeruati uidelicet pro tonſura filii eius, dumq; potus medonis ducillaretur (mirabile dictu) au gebatur, & in altū effluebat. Conſilio itaq;, ac iuſſu duoꝝ hoſpitū, ut credi tur duoꝝ angelorum, in ſpecie humana hoſpitatorū (q̄uis alii credant fuiſſe Ioannem & Paulum martyres romanos) uaſa quot & quantacumq; habere potui

Pyeſt.

Ioānes & Paulus martyres.

potuit a uicinis mutuauit, & ea impleuit, ſed & carnes porci intārum auctę creuerūt, ut decem linteres implerēt, iubent tandem prælibati hoſpites ſup plicatū ire inuitareq; regem Pompilium & miliciā eius ad tondendum & no minandum filium, & in præſentia eorum, iā dicti bini hoſpites totonderūt fi liū Pyaſt, nomenq; nouū ei adaptātes, nominauerūt Semouitū, refectio tan dem copioſa appoſita eſt opipare, deo cūcta augente per miniſterium hoſpi tum, ſtatimq; poſt refectionem diſparuerunt ſapius nominati duo hoſpites Donec ſecunda cōuentio Cruſſuicieñ collecta, ob diſparitatem uotorū fere in omnibus uictualibus ex diurnitate tēporis defecit, tūc denuo gratioſi duo aduenæ ad Pyaſt redierūt hoſpitatū, qui humaniter ab eo & ſua cōſorte col lecti ac honorati, prædixerūt eum poſt triduū in regem poloniæ eligendum uas ergo medonis paruum ante tugurio perſuaſerūt exponendū, & cunctis confluentibus nobilibus ac ignobilibus (ſinguli em caruerūt uictualibus) bi berunt de illo uaſe, nedum ad ſaturitatē ſed etiam abundantius, deo optimo medonem uaſis augmentante. Et ideo non deficiente, quemadmodū mulieri in ſarepta lecytus olei nō defecit. Altero die conſilio inito cūctis proceribus regni & populis quaſi quadam relligione cōcorditer in animo inſedit, Pyaſt eligendum in regem, poſtpoſitis filiis & nepotibus patruoꝝ per Pompiliū necatoꝝ, poſtpolitis & quibuſuis magnificis regni, proclamatione deinde fa cta tota nobilitas una cū plebe ad oſtium tugurii Semouitus.

Semouitus.

Pyaſt eligitur.

Pyaſt cū regnum ſuſcipere coegit. Illo uero territo ac repugnante propter inſufficientiā & rem monſtroſam, eulogium hoſpitū dum in memoriā rediit, eum poſt tri duum regnaturꝝ, cōſenſit, & in aulam regiā de tugurio tranſiuit. Hic fuit ho mo ſimplex, ſed rex iuſtus: unicuiq; quod ſuum erat ſecundū merita admini ſtrās, deo in cūctis eum proſperāte. Hic fuit prima ſtirps regum uſq; prope ætatē noſtram in polonia dominantiū: terminata in Kazimiro ſecūdo & Lo douigo. Eiuſdem ſtirpis rami ſunt moderni principes Sleſiæ, & filii Cōradi Maſouiæ. Quantæ fœlicitatis fuit hoſpitalitas & iuſticia Pyaſt, propago principū uſq; in noſtrā ætatē permanēs demōſtrat. Non uidi, inquit Dauid, iuſtū derelictū, nec ſemen eius mendicare panē. Electus eſt rex in ætate uirili mortuus ſenio cōfectus, ut ferūt anno ætatis ſuæ ceteſimo uigeſimo. In pace regnauit: regiāq; ex Cruſſuicza in Gneznā locū originarium tranſtulit.

Ex Pyaſt principes Sleſiæ.

Pyaſt plenus dierū moritur

CAPVT XIII

SEmouitus filius Pyaſt, princeps militiæ ſub patre creatus, poſt mortē uero eius rex factus: multum uigilantiæ: temperātiæ, mi litiæ, munificentiæ, & uirtutū heroicarum ante electionē habēs Multo āplius rex factus omnibus uirtutibus redimitus floruit: Dilatauit regnum, de finibus eius pannonios adhuc Pompilii tempore occu pantes uictorioſe expellens. Kaſſubitas & principes iuxta mare Balteū cō morantes, olim de fœmore patruorum Pompilii toxicatorū homagia dene gātes aggreſſus, dum in parte expugnauit, morte immatura abſumptus eſt Cunctis regnicolis tanq̄ parentem patriæ deflentibus. Reliquit unicum fi liū minorennē nomine Leſchko. Circa hæc tempora ſub imperatore Roma norum Arnulpho Græcorum uero imperatore Michaele, aduenerunt Ci

Semouitus in regem.

Semouiti mors.

Cirillus apls Slauorum. Methudius.

rillus doctor & apostolus omniū slauorum, & Metudius, lingua græca & slauonica prompti missi a præfato imperatore Michaele græco: ad postulationem principum, Slauorum in Morauiam, & iacientes fundamēta christianæ fidei, erexerunt ecclesiam cathedralem in Vielagrad Morauiæ. Euocati tandem Romā & inquisiti, quare in lingua slauica diuina celebrarent & non in latina. Responderunt eo q; scriptum esset. Omnis spiritus laudet dominū. post altercationes ergo Romanus pontifex permisit ut lingua slauica celebrando laudaretur deus, perinde atq; latina & græca. Qui mos ad tēpora mea circa Graccouiam in ecclesia sanctæ crucis in Clepardia obseruatus, sed iam extinctus est.

Lescko quartus.

CAPVT XIIII.

LEsko ætatis nondum debite, de procerū & nobiliū cōi assensu in principem assumitur, certis baronibus p; curatoribus donec adolesceret illi deputatis. In ætate uero adulta cœpit imitari paternas uirtutes, probitatē, prudētiā, liberalitatē & iusticiā, militiæ tamē munera nō æque ut pater coluit, quinimo bellum contra principes Pomeranorum & cismarinorū per patrem iniciatū intermisit, mortuus est relicto filio perfecte ætatis Zemomisl, quod interpretatur terram recogitans, uel de terra cogitans.

CAPVT XV.

Zemomislaus.

LEskoni successit Zemomislaus in regno, uirtutes paternas & auitas enixe sibi uendicans, non armis sed toga & prudentia regno profitiens, uehementer autem angebatur q; sine prole coniugem sterilem longo tempore habuit, maiori deinde molestia affligebatur, q; effuso unico filio dudū optato, cœcutientē uidebat & penitus nihil uidentem, ampliusq; doluit quia uxor sua iterum sterilis ut ante, absq; spe ulterioris prolis p; mansit. Adueniente anno tonsuræ utcūq; ualuit Zemomislaus conuocat maiores regni Gneznam ad tondendum & nominandū filium. Deuoluntate omnium imponens ei nomē Myeslka quod sonat confusionem seu commotionē, quoniā cuncti suspicabantur metuentes, post mortem patris oriri cōmotionē. In diebus uero patris confusione ex cœcitate nati, appositis deniq; epulis conuiuabant, & ecce subito nūcciūs accurrit referēs ipsi Zemomislao, Myeslkā p; spexisse, clareq; uidere. Obstupuete omnes, statimq; mater exiliens de triclinio reperit filium habentē orbes oculorū clarissimos, & acceptum in ulnas, inter conuiuas

inter conuiuas detulit, singulis gaudentibus & mirantibus. Super quo genitor eius Zemomislaus, sæpenumero percōtatus, quidnā cœcitas nati, eiusq; diuina clementia, illuminatio portenderet, ab ariolis & phitonibus accepit. In diebus regiminis eius regnum poloniæ plurimum illuminatū iri & claresscere, quod ille putabat de gloria humana uerificari. Impletū autē est de spirituali unctione & illuminatione eius, & regni per eū, quæ est renascētia in christo, per fidē & baptismū extūc susceptā, & dono dei usq; in hanc diem absq; hesitatione & erroribus tenta atq; defensa. Mortuus est autē Zemomislaus plenus dierum, in ætate protaui eius Pyast, & more gentilium appositus suis patribus in castro Gneznensi.

Zemomislai mors.

CAPVT XVI.

Oskalt. Dir.

IN Russia principantibus apud Kyowiam Oskald & Dir. Nationes ruthenorū multiplicate, nouas sedes ad septemtrionē dilatauerūt, & duces super se constituerūt ex alienigenis, quoniā ex propriis propter parilitatē non placuerunt. Primus dux Rurko q; in Nouegrod, alter Szmiew qui in Byaleyezoro, terci9 Trubor, qui in Sborsk sedes suas posuerūt. Processu aūt tēporis, mortu9 Szmiew & Trubor absq; prole, Rurko utriusq; possedit ducatū, & ipse moriens reliqt filiū adolescentem Iior nomine, is dolose occidit Oskaldū & Dir principes Kiouiēn, nil hostilita is ab eo suspicatos & possedit terras eorum. Inuadit deinde Drewlianos populos ruthenici generis & Nyszkinā ducē eorū, coegitq; eos tributa soluere, & non contētus unica contributione eodem anno alterā exigebat, propter quod insurgētib9 Drewlianis, occisus per eos interiit. Miserūt depost nūcios primos & secundos præfati Drewliani ad Olham uxorem Iior, ut acciperet in matrimoniū principem eorum Nyskinam. Ipsa uero opportunitatē & astuciam concipiēs simulabat se nupturā Nyszkine, dūmodo ueniret cum suis matrimonium celebraturus. Quo procedente cū suis, dudum retētos apud se nuncios, clam uariis affectos tormentis interfecit. In occursum deinde procedit, & locato suo forti exercitu, in angustiis & locis malignis, Drewlianos eum duce aduenientes insperate occidit in numero quasi quinq; milia, occisioni mariti sui Iior parentādo. Insup. Suātoslaus filius Iior & Olhæ, ætatē pertingēs adultam, Drewlianos graui cæde domuit, & sub iugum mittens tributa eis imposuit, Olhaq; matre sua monente, fidem christi suscipere noluit. Trāsfretauerat etem Olha in Cōstatinopolim & de fide christiana per patriarchā edocta, spurcitiis gentilitatis abiectis, in baptismo nomen Helena, pro Olha suscepit, in recessuq; benedixit ei patriarcha Cōstantinopolitanus dicēs. Benedicta tu inter mulieres Ruthenorū.

Iior interitus.

Olha uxor Iior.

Drewliani per Olham uicti. Suantoslaus.

Olha fidē christi accepit Helena nominata.

CAPVT XVII.

QVæ in historiis polonorū reperiūtur, iā sub breuitate tacta sunt Deinceps quæ exteri de Vandalis & Sarmatis hoc est de polonis & russitis annotarunt, haud absre in fine huius primi libri etiam sub breuitate inducam. Refert Suetonius Tranquillus, & meminit Eutropius, q; imperator Domicianus de Dacis Catisq; duplicē triumphū ægit. De Sarmatis solam laureā usurpauit, multas quidē calamitates iisdem

Suetonius. Eutropius.

Legio domiciani a Russis interfecta.

tes iisdem bellis passus est. Nam in Sarmathia (quæ nūc russia dicitur) legio eius cū duce interfecta est, & a Dacis (ubi nūc sūt Valachi) Appius Sabinus consularis, & Cornelius Fuscus præfectus prætori cum magnis exercitibus occisi sunt. Narrat Iulius Capitolinus imperatorē Antoniū pium Germanos & Dacos (ubi sunt Besserabes & Valachi) rebellantes contudisse per

Anthoni⁹ pi⁹

Iulius Capitolinus. Anthonius Verus. Marcomanni. Squadi. Vandali. Sarmate. Sueui.

præsides ac legatos. Alanos uero (q fuere rutheni circa Tanaym fluuiū) bella molientes, sæpe refrenauit. Idem Iulius Capitolinus refert, & meminit Eutropius imperatorē romanum Antoniū Verū, multa milia hominū interfecisse. De Marcomānis, Squadis, Vandalis, Sarmatis & Sueuis, & liberasse Pannonias a seruitio eorū, Romæ rursus cū Comodo Antonio filio suo, quē iā cesarem fecerat de eis triumphasse. Hæ sunt gētes ut nunc est dicere Moraui, Poloni, Rutheni & q circa fluuiū Sueuū cōmorati sunt Slaui, ubi nūc Marchia est, & eā occupant theutoni. De his sueuis iuxta Sueuū fluuiū extra septimū clima ad mare germanicū olim habitantibus. Et non de illis qui nūc Sueui in sexto climate habitant. Dixit Martinus in sua martiniana in secunda parte sub Octauiano, q⁹ Drusus priuignus Octauiani, trās albulam fluuium q in barbarico solo longe ultra rhenum est (labia uulgari flauonico dictus) fortissimas natiōes, quibus & natura uires, & consuetudo experientiam uirium dabat, pariter uno bello, sed suis aspero superauit, id est Sueuos & Sicābros ubi & Drusus occisus mortuus est & sepultus in Magūtia, hæc

Pannonia a sarmatis populata. Aurelianus.

Martinus. Itē Eutropius. Sūb imperio Galieni Pannonia a Sarmatis Squadisq; populata est. Itē Flauius Vopiscus scribit. Erūpentes Sarmatas in Illirico cum tricentis præsidiariis, solus imperator Aurelianus attriuit. Refert Theoclius cesareorū temporū scriptor, Aurelianū manu sua bello sarmatico, una die quadraginta & octo interfeciſſe, plurimis autē & diuersis diebus ultra noningētos quinquaginta. Et Flauius Vopiscus qui prius in descriptione triumphi Aureliani dicit, præter captiuos gentiū barbararū, Gothi, Alani, Roxolani, Sarmathe, Frāci, Sueui, Vādali, Germani religati manibus captiui præcesserūt, Idē Vopiscus de Probo in Illirico Sarmatas cæteraſq; gentes ita confudit, ut prope sine bello cūcta reciperet, quæ illi diripuerant.

Flauius vopiscus.

Proculi de vicio gloria creditа: Caro: imperator.

Idem de Proculo, Centū ex sarmathia uirgines cœpi, ex his decem una nocte iniui, omnes tamen q⁹ in me erat mulieres intra 15 dies reddidi. Gloriatur ut uides Proculus rē ineptam, & satis libidinōsam, atq; inter fortes se credit haberi, si criminū densitate calescat. Item Vopiscus de imperatore Caro: & idē inducit Eutropius Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut inuasuros se, non solum illiricū, sed Traciā, Italiam quoq; minarentur, ita se inter bella parendi contulit, ut pauciſſimis diebus pannonias securitate donauerit, occisis Sarmatarum sedecim milibus, captis diuersi sexus uiginti milibus. Eutropius

Diocletianus. Galerius. Carpi. Basterni. Paulus diaconus. Valentinianus

uaria deinceps simul & uiritim Diocletianus & Galerius Maximianus bella gesserunt Carpis & Basternis subactis (& sunt populi Russiæ sub montibus Sarmaticis) Sarmatis uictis (& sunt ruteni in cōmuni) quarū nationū ingentes captiuorū copias in romanis finibus locauerūt. Paulus Diaconus de gestis Romanorū. Valentinianus anno imperii sui undecimo cū Sarmathe sese per Pannonias diffudiſſent, eosq; uastarēt, bellum in eos parās, dū apud Brigionem

gionem oppidū Squadorū legationi responderet, anno eius quinto & quinquagesimo subita effusione sanguinis, quæ græce apoplexis uocatur, uoce amissa, sensu integer, expirauit.

CAPVT XVIII.

Sigibertus. Vincencius

Vandali a Sigiberto in chronica, a Vincēcio in speculo historiali & plerisq; aliis scriptoribus ex Scithia perhibētur oriundi. Incō cinne quidem quoniam regionum septemtrionalium distinctam nō habētes cognitionem, prout & antiquissimi historici, omnem orā septētrionalem Scithiam dixerūt. Isidorus uero & posteri magis proprie Vandalos a Vandalo flumine dixit, quē ut ante retuli nūc Vislam dicimus, quia circa eum habitabant. Hi ergo a Gothis pulsi (ut referūt præfati Sigibertus in sua chronica & Vincēncius in speculo historiali uolumine tercio li. 17. ca. octauo) alienas terras inuadere cœperūt, qui suas retinere non potuerūt. Hos circa Danubium cōmorantes rursum post multū tēporis Giberith Gotthorum rex bello uictos inde exturbauit, & ad hoc coegit, ut Romano imperio se subicientes, a Constantino magno locū habitandi sibi dari postularēt, & pannonias ab eo sibi delegatas, per 40. ānos pacifice inhabitarūt. Anno uero 13 Archadii & Honorii, qui imperare cœperunt anno domini tricentesimo nonagesimo octauo) instinctu Stiliconis euocati, meditātis rebellionem cōtra remp. infuderūt se per Gallias iunctis secum Alanis easq; aliq̄diu miserrime dilacerauerūt, & inde eos expellebāt Gotthi nō quidem prospicientes Galliarū quieti sed uacue faciētes patriā sue rapacitati, Vandali Hispanias aggressi, nunc Hispanias, nunc gallias, multo tempore depopulati sunt. Honorius autem deliberato consilio Hispanias et gallias, quas sibi a Vandalis præreptas dolebat, Gotthis donauit Cum ergo Gotthi Vandalos effugare maturarēt grata eis fœlicitate occurrente, per Bonifaciū ducem romanum, ad occupandum Libiam et Affricam euocati trāsiuerūt, ubi regnum suū multo tempore confirmarūt. Primo igitur anno Graciani, puta anno domini 381. & deinceps, Super Vandalos de regno Poloniæ exeūtes regnauit Modigisilus annis 30. Post hunc filius eius Gundericus in Hispaniis annis 16. Hic capta Hispali, quæ nūc Sibilia dicitur, cū manus in ecclesiā ipsius ciuitatis extēdisset a demone correptus, interiit. Cui Gēsericus frater succeſſit, ut refert Paulus Diaconus, ab Hispaniis ad Affricā trāsiēs, cūctā pene Affricam ferro, flamma, rapinis, crudeliſſime deuastauit. Fidem Catholicā impietate Arriana infectus, subuertit, Episcopos exulauit. Sub hoc turbine, teste eodem Paulo Diacono & Possidonio. Bea: Aug. Epūs Hipponensis. Ne suæ ciuitatis ruinam cerneret, expletis annis uitæ suæ septuagintasex migrauit ad Christū. Deinde Gensericus Carthaginē inuadit atq; capit. Cum ualidiſſimo exercitu ex Affrica aduectus, Romā spoliat. Multa milia captiuorū cū regina Eudoxia, & duabus filiabus in Carthaginem duxit, quā Nansamundo filio suo in matrimoniū copulauit, Campaniā & Apuliā flammis consumpsit, Capuam & Nolam pari ruina strauit. Inter has procellas, uir piiſſimus Paulinus Nolanæ urbis episcopus, pro cuiusdā uiduæ filio, sese in seruitutem tradidit regnauit Gensericus annis 48. eoq; mortuo succeſſit Honoricus filius eius,

Gracianus. Modigisilus. Gundericus. Sibilia Auicēne patria. Gensericus.

Diuus Augustinus moritur

Nansamūdus

Paulinus epūs

Honoricus.

Vandali galli as & hispanias depopulati.

Gotthis donata.

Giberith gotorum rex.

Constantinus. Archadius. Honorius.

Scithe a gothis pulsi.

Isidorus

qui effugatis amplius q̄ 354 catholicis Episcopis, & ecclesiis eorum clausis, plebem uariis suppliciis affecit. & quidē innumeris, manus, & linguas abscidit. Illis tamen expeditissime loquentibus, ut refert Gregorius in tercio li. Dialogorū, & Paulus diaconus in gestis Romanorum, tandē iudicio dei percussus, scatēs uermibus, miserabiliter expirauit. Post hūc, Guntamūdus nouem annis regnauit. Post quē Trasamundus, qui ducētos uiginti episcopos in Sardinia exilio relegauit. Deinde anno domini quingētesimo uigesimo regnauit Hildericus filius eius, ex Eudoxia filia Valētiniani imperatoris a Gē serico captiuata. Hunc pater Trasamūdus ad mortē ueniens, sacramēti nodis astrinxit. Ne un̄q in regno suo Catholicis cōsuleret. Qui mox patre mortuo, antequam regnum susciperet, omnes catholicos ab exiliis reuocari, & Episcopis ecclesias iussit reformari, regnauit annis octo. Hunc Gilimer perimens, annis quinq; post eū regnauit, qui tātæ crudelitatis fuit, ut nec parentibus parceret. Tandē Bellisarius patricius, a Iustiniano imperatore missus est in Affricam. Is magnas copias Vandalorū fudit, regemq; eorū Gilimer uiuum capiēs, Iustiniano Constantinopolim misit. Sic Vandalorū regnum in Affrica destructū est. Inquit Iustinianus imperator, in ea famosa lege, quā ædidit C. de officiis præfecti præto. Affricæ, q̄ Vandali ex ecclesiis fecerunt stabula. Et testatur se uidisse uenerabiles uiros, qui linguis radicitus excisis, prodigiose loquebantur, quapropter eiecit eos omnipotens deus a facie sua & de terra quam acquisierant, erasit memoriam eorum.

Gūtamundus.
Trasamundus.
Hildericus.
Gilimer.
Bellisarius.
Iustinianus.

CAPVT XIX.

PRæterea Vincēcius in speculo historiali, libro uigesimoquarto capite clxxii. meminit, q̄ Karolus magnus anno octauo sui imperii. Coloniæ super Rhenū, pōtes duos extruxit & muniuit & Slauiam ingressus eam subegit. Idem libro uigesimosexto capite primo refert, q̄ Henricus secundus, qui imperare cœpit, anno domini millesimo tercio, potēriores regni uiros, bella sibi concitare uolentes celeriter deuicit. Et reges gentilium in interiori germania commorātes, qui dicūtur Vindi tributarios sibi fecit, Vindos autem Slauos almani uocant. Eodem li. ca. quartodecimo, anno imperii sui quinto. Conradus imperator secundus, qui regnare cœpit, anno domini millesimo uigesimoquinto, rebellantibus slauis ad eos debellandos prosiciscitur. Et eodem anno similiter contra Hungaros rebellantes pugnauit. Eiusdem libri capite. 18. Inquit Helimandus Hic Henricus imperator tercius Vindelicos subegit populos, Sueuis conterminos qui Vindelici ut ait Gwilerinus usq; hodie fortunam adorant &c. Hos populos Henricus tributarios fecit, ita ut omnibus solennitatibus quibus coronabatur, quattuor reges eorum lebetem quo carnes condiebantur, in humeris suis duobus uectibus per annulos quattuor inductis ad coquinam uectitarent. Hæc ibi. Ecce duo habes. Primum q̄ Henricus tercius Vindelicos, id est Slauos ad mare germanicum commorātes subegit. Alterū q̄ tales Vindelici, contermini fuerunt Sueuis iuxta flumen sueuum cohabitantibus. Pro his culpa Slauorum Theutonici & Saxones a diebus prædictorum imperātorum, terras eorum incolunt & hereditāt. Blondus autem libro primo decadis

Carolus magnus Slauos vicit.
Henricus secundus windos uicit.
Conrad⁹ secūdus Slauis & hungaris bellum intulit.
Henricus tercius Vindelicos subegit.
Vindelici pro Slauis.
Blondus.

cadis primæ de Vādalis, Burgūdionibus & Sueuis sic refert. Habēt omnes iste gentes uetustam originem ex Germania, suntq; priscorum Plinii Veronensis, Suetonii Tranquilli, & Cornelii Taciti litteris celebrate. Plinius nāq; Germaniam ex Agrippe traditionibus describens Vandalos, & eorum partem Burgūdiones unam esse dicit ex quinq; interioris germaniæ partibus & paulo post, Sueuos illis proximos ponit. Alani autē etsi origine sunt Scithe, in ipsis Vandalorū regionibus habitabāt. Sed Sueuos Octauius Augustus teste Suetonio ex Germania in citeriores rheni ripas transtulit. Eiusdemq; Augusti temporibus, pars Vandalorum quibus Burgūdionibus postea fuit nomen, ad octoginta armatorū milia, ulteriores rheni ripas insederant, quos Drusus & Tiberius cesares, sicut Cornelio refert, post subactā interiorē Germaniā in sedes proprias repulerūt, & extra urbes munitaq; loca dissiparunt A quibus habitandi uicatim modis, quos patrio gētis uocabulo, burgos appellabant: eos Burgūdiones fuisse appellatos asserit Orosius. Deinde Blondus in locum Vandalorum & Burgundionum per Stiliconem euocatorum Slauos a Bosphoro Cimerico in Tanaim fluuium habitantium, se cōtulisse & transmeasse asserit. Et partim Polonos partimq; Bohemos nominatos fuisse. Quod quia a Polonorum & Bohemorum historia ab inicio huius operis posita in toto discrepat, reiiciendum & salua reuerentia tanti historici pro non uero habendum est.

CHRONICORVM. R. P. LI. SECVNDVS. Mysko.

CAPVT PRIMVM.

POst mórtē Zemomislai, assumpt⁹ est in monarcham Poloniæ Miesko unicus filius eius. Primū quidem uigilans, & reip. intendens, sed ætatē maturiorem nactus, ociosus & pellicibus alligatus. Tenuit etenim septē pellices uxōres eas uocās. Ex nulla autē prolem suscipiens orbitatis suæ incōmoda sæpe accusabat. Quod agnoscētes uiri catholici, qui in curia eius uersabantur, iustæ & sanctæ consuluerunt, ut sprætis & abiectis spurcitiis gentiliū, unum uerū deum, & eū quē misit Iesum Christū coleret. A quo & prolis solacia & quæcūq; poscceret impetraret, qui, cū aurem in audiendo accōmodaret. Viri religiosi & spirituales, tūc in regno Poloniæ heremitice uiuentes, sacra dogmata cognitionis fidei christianæ ei instillarūt. Vniusq; legittimæ coniugis matrimoniū persuaserūt, intantūq; eis acquiescebat ut prope cathecuminus fieret. Mittit deinde consilio eorū in Bohemiam ad procandum ducalem uirginem Dambrowkam, filiā Boleslai ducis Bohemiæ, interfectoris sancti

Venceslai

Vratiſlaus. Venceſlaus. Boleſlaus. Ludomilla

Venceſlai germani ſui. Vratiſlaus ſiquidem princeps Bohemiæ genuit ex Drahomicia uno partu geminos, Venceſlaũ & Boleſlaũ, Venceſlaũ educauit Ludomilla auia ipſius, & optimis moribus chriſtianis imbuit. Boleſlaũ mater eius Drahomicia fouit, & deteſtabilem moribus quemadmodũ ipſa fuit effecit. Mortuo itaq; Wratiſlao electus ſucceſſit ei Venceſlaus filius eius uir piiſſimus in ducatu Bohemiæ. Ordinatione aũt Drahomiciæ iniquæ mulieris, ſuffocata eſt Ludomilla, cuius conſiliis ſanctus Venceſlaus multũ inhæſerat, & in numerum ſanctorum eſt relata. Boleſlaus autem inuidia ducente, germanum ſuũ beatũ Venceſlaum poſt epulas ad orationẽ euntẽ, in limine templi obtruncat, & ſuper Bohemos prout concupiuit dominatus eſt. Venceſlaus uero decalogo ſanctorum martyrum aſcriptus. Huius ergo Boleſlai principis Bohemorum, germani ſancti Venceſlai natam, Myeſko monarcha Polonorũ in uxorem popoſcit. Nec abnuit præfatus Boleſlaus dandam, dummõ ritu gentili abrogato, undis ſacri baptiſmatis ablutus Myeſko innouaretur. Conſenſu autem & cõcluſione utrimq; facta, adducta eſt in Gnieznam uirgo Dambrowka in regiã Myeſkonis cũ ampla dote. Anno ergo Chriſti domini noningenteſimo ſexageſimoquinto uno & eodem die, Mieſko princeps Polonorũ cum maioribus ſui regni, in præſentia Dambrowka, & Bohemorum ſacrum baptiſma propiciatiõe diuina Gneznæ ſuſcepit

Ludomillę interitus.

Venceſlaus a fratre necatus.

Poloni fidem Chriſti ſuſceperũt

Pro Mieſka nomen Myeczſlai accipiens, & aliud ſacramentũ matrimonii, cũ uirgine Dambrowka ex Bohemia aduecta contraxit: Conuiuia, munificentiam & ſpectacula, pluribus diebus elargiendo, & cunctis regnicolis baptiſari præcipiendo: Et quia multi reſtabant ſacro fõte baptiſandi. Ideo per ædictum ſtricte demãdauit, ut omnes in ciuitatibus & uillagiis nobiles atq; ignobiles, ſeptima die Marcii aduenientes idolis confractis, & in lacubus aut aquis ſubmerſis, ſimul & lapidibus ab utriuſq; ſexꝰ hominibus obrutis, ſub confiſcatione bonorũ & exterminatione baptiſarentur. Qua die ſuperueniente ut erat ſtatutũ, cuncti iuſſa exoluẽtes: renaſcebantur in Chriſto, & baptiſabantur. Seruaturq; ille mos uſq; in hodiernam diem in maiori polonia. Nam pueri in dominica Letare facto idolo, ſeu imagine alicubi in ligno longo portant, alibi in uehiculo ducunt, et in aquã proicientes demergũt: ſingulis propere domum repedantes: Ad dilatandũ aũtẽ, & augendũ orthodoxe fidei rudimẽta. Inclitus princeps, & monarcha Myeczſlaus erexit nouem eccleſias cathedrales in ſuo dominio. Duas metropoles Gnezne & Graccouiæ. Cæteras ſuffraganeas Eccleſias inciſo lapide extruxit, ferro & plumbo iũxit, & ſufficienter dotauit, prout temporis conditio permittebat. Primam metropolim in gnezna, tanq̃ in loco protunc celebriori in titulum et honorẽ beatiſſimæ Mariæ. Alteram in Graccouia ad inſtãtiſſimas preces ſue coniugis Dambrowka, intitulum ſancti Venceſlai martyris quoniam eius neptis erat Dambrowka, fundauit Epiſcopales eccleſias ſeptem his ſubiectas: talibus titulis ornatas conſecrari diſpoſuit Cruſuicienſem, quæ propter ſolitudinem loci in Wladiſlauiam ſucceſſu tẽporis eſt tralata. In honorem ſanctiſſimæ dei genitricis Mariæ. Smogorzouieñ q̃ tralata primum fuit in Ryczynam oppidum diſtrictus Bregenſis, ex poſt propter uberiorem ſitũ in Wratiſlauiam

Mos in maiori Polonia.

Myeczſlaus monarcha.

Gnezna metropolis prima. Graccouia 2.

Epiſcopatus wladiſlauieñ.

Vratiſlauieñ.

tiſlauiam. In honorem ſancti Ioãnis baptiſtæ poſt intemeratam dei genitricem inter ſanctos maiorem, Poſnaniẽſem præcipuis apoſtolis Petro et Paulo: Plocenſem ſancto Sigiſmundo regi & martyri: Culmenſem ſanctæ Cruci Camienenſem iterum ſancto Ioanni Baptiſte: Lubucenſem ſancto Iohanni Euangeliſte in titulos erexit, & eorum præfatas baſilicas dedicari iuſſit. Primus aũt archiepiſcopus Gnezneñ ordinatus eſt Villibalmus: Graccouienſis primus Archiepiſcopus Prohorius: Poſnanienſis epiſcopus primus Iordanus Wratiſlauieñ primus Gothfridus Cruſuicieñ, ſeu Wladiſlauieñ epiſcopus primus Lucidus: Plocenſis primus Angelotus: Culmenſis primus Octauianus: Camienenſis primus Iulinus: Lubucenſis primus Iacinctus. Egidius Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus, a ſummo põtifice Ioãne xiii miſſus, præfatos Epiſcopatus confirmauit, & ſingulis, dioceſim & terminos diſtinxit & poſuit. Erexit idem inclytus princeps, & primus fidei plantator, plures dignitates, Prælaturas, Canonicatus, Eccleſias collegiatas, Parrochiales & Conuẽtuales omnibus pro dote, decimas frugũ aſſignando, Prædia Reditus, Clenodia & uaſa ex auro & argento. Dambrowka etiam de ſorte ſua uniuerſis eccleſiis prouidit, uariis apparatibus, ornamẽtis & calicibus. Sed & Barones uniuerſaq; nobilitas Polonorũ, emulando principem ſuũ & eius conſortem, Prædiis, Villis & dotationibus, eccleſias ferè uentus dotabat, cleruq; uenerabatur: Et quotiens ſacrum in eccleſiis legeretur euangelium. Dũ ſacerdos diceret: Sequentia ſancti euangelii ſecundũ Matheũ &c. De uagina quilibet Baro extrahebat gladium uſq; ad medietatem, oſtendendo ſe paratum Euangeliũ tueri & pro eo mori. Sacerdote autẽ proſequente lectionẽ euangelii, mittebant gladios in uaginas, ſed hic mos per incuriã abolitus eſt. Myeczlao Dambrowka uxor eius: Anno domini 976 peperit filiũ, cui præcatibus matris nomen impoſitũ eſt Boleſlaus quod ſonat magnus & famoſus. Hic eſt ille Boleſlaus Chrabri de quo infra dicetur. Ipſa uero Dambrowka poſt decenniũ abſumpta eſt rebus humanis, de anno domini 977 in Gnezna tumulata: Lugentibus eam Mieczlao marito, Boleſlao filio, & omnibus uiris eccleſiaſticis: Non ſecus q̃ piam matrem, Hæc, coniugata, caput nõ uelabat, ſed inſtar uirginũ ſerto ornata inceſſit. Poſt dies luctus materni, iuſſu Mieczlai Boleſlaus filius, anno domini 984 accepit Iudith filiam Ieſſe ducis Hungarorum in coniugem, & nuptias in Gnezna ſub multitudine prælatorum & Baronum celebrauit. Quæ Iudith anno ſexto, uirilis ſexus puerum, effudit, & ei nomen Auitum impoſitum eſt, Mieczlaus quod ſignificat habiturus laudem. Interim Mieczlaus Polonorum princeps ſedula admonitiõe ſuorum conſiliariorum: Ad Benedictum ſeptimum põtificem maximũ mittit Lampertum Archiepiſcopum Graccouieñ, & cæteros nũcios coronam ſibi & regionibus polonorum dari petẽdo. Cuius petitioni papa Benedictus ſeptimus reſpondit. Nondũ dignos fore polonos, ut eis corona hactenus deberet conferri. In proximo uero deus placatus, coronã dabit eis, exaltabitq; illam: Sic locutus Stephano duci Hungarorum, qui & ipſe pro corona miſerat. Per Aſtericũ nũcium eius tradidit coronam, Polonis uero denegauit. Expugnauit ſub Mieczlao dux Ruſſiæ Wladimirus caſtra Przemiſl & Cyrwen, &

Poſnanieñ Plocenſis. Culmenſis. Camienenſis. Lubucenſis.

Egidius cardinalis miſſus in Poloniam.

Poloni gladios extẽſis euangeliũ tueri parati.

Boleſlaus genitus.

Dambrowka moritur.

Myeczlaus naſcitur.

Polonis corona negata.

Myeczslai mors.

ven, & Radimiczis in regione Russiæ parentibus, Polonorũ ditioni tributa imposuit. Mortuus est præfatus Mieczslaus primus fidei plãtator christianæ, anno domini 999 sacramẽtis ecclesiæ rite perceptis: Et in medio ecclesiæ Cathedralis Posnanien sepultus.

CAPVT SECVNDVM

Poloni ueteres colebant deos Iouem. Martem Plutonem. Venerem Dianam. Cererem

Dicto inicio renascẽdi in Christo per baptismum polonorum. Dicenda sunt execrãda idola eorum. adorata, priusq; aduere fidei cognitionẽ, uericq; dei culturam peruenerũt. Fuerunt autẽ ut est in Cronographiis uidere: dii quos more gentilitatis colũerũt, isti Iupiter, Mars, Pluto. Venus, Diana, Ceres, Iouem uulgari sermone Iessam nũcupabant, Hunc dixerunt omnipotentem, Omnia dantem, omniaq; facientem, quoniã Iouis omnia plena sunt, Martem appellarũt Ledam, ducem bellorũ, & largitorem uictoriarũ. Plutonem uocauerũt Nya, meliores sedes inferni, post mortem ab eo postulãtes. Venerem dixerũt Dzidzihlya. Ab hac impetrabant fœcunditatem, uoluptates, & prolis copiam. Dianam nũcupabãt Dzeuiana, cõtinentiam, uenationes, & fœlices aucupationes ab ea precantes. Cererem uocarũt Marzana, fertilitatem agrorũ & arborũ ab ea petẽtes. Et quia adinstar græcorũ (quibus non multum distant) multa satagebant facere. Deos græcorũ colucrunt: Vt ego a maioribus meis accepi. Adorabant Pogoda, quod sonat temperies: Adorabant spiraculum, siue flatum tenuis auræ, per spicas frugum, & folia arborum sibilantem, atq; cum sibilo transientem: Vocantes numen eius Pogwisd: Adorabant Ledam matrem Castoris & Pollucis, Geminosq; ab uno ouo natos Castorem & Pollucem, quod auditur in hodiernam diem, a cantantibus uetustissima carmina: Lada Lada, Ileli, Ileli, Poleli cum plausu & crepitu manuum: Ladam (ut ausim ex uiuæ uocis oraculo dicere) Ledam uocantes, non Martem, Castorẽ Leli, Pollucẽ Poleli. Omnia iã præfata idola, omnia auguria, incantatores, & phitones, abstulit inclitus princeps Mieczslaꝰ, & de regno relegauit, sub interminatione uitæ mãdans, ne quisquã, præter uerũ & unicum deum, in personis trinum, peramplius glorificaret. Ego in puericia mea uidi tria idola de predictis in parte confracta, circa ambitum monasterii sanctæ Trinitatis iacentia Graccouiæ: Iamdudum sublata.

CAPVT TERCIVM.

Swantoslaus.

Swantoslaus dux Russiæ, mouens bella Kozaris, gentibus Ruthenici generis, obtinuit castrũ eorum, Byalauiesza & ipsos tributarios effecit. Deinde intulit bellum Bolgaris & expugnatis octuaginta castris eorũ, coegit eos tributa pendere. Ipso autem in Bulgaria demorante, Pyeczinigi obsederũt Kyow, ubi fuit mater & tres filii ipsius Iaropolkus, Olha, & Wlodimirus. Soluentibus aũt Pyeczinigis obsidionem Kiouien (territi enim & decepti fuerũt per quosdam Ruthenos q; Suantoslaus appropinquaret cũ ualido exercitu) Olha mater Suãtoslai defuncta est. Non contentus autem iã dictus Suantoslaus dux Russiæ expugnatione Bulgarorum, post duos annos scilicet anno domini 971 Græciam ingreditur, & onustus spoliis, redibat. Occurrentibusq; ei Pyeczinigis. In loco iniquo

Swantoslaus greciã spoliat.

co iniquo, pugnæ inepto cũ eis conflixit, & uictus captus est. Duxq; Pyeczinigorũ Kura nominatus, caput ipsius amputando, fecit ex testa poculum, ornansq; ipsum auro, solitus fuit ex eo more Ciphi bibere: Ad innouandũ suũ triumphum: Eo autem uiro iã dicto absumpto, filii, tempore quo uixit suus toslaus diuisi. Noluerunt contentari in paterna diuisione & prouinciis assignatis, quis latissime fuerũt. Iaropolkus enim maior natu, munere & assignatione patris habẽs Kyouiã. Inuasit castrũ Varasz, in quo germanum suum Olham interfecit, & prouinciã ipsi per patrem designatã, Drewlianorũ occupauit. Wlodimirus natu minor, ex diuisione paterna, Nouogrod pro sorte habens. Videns tyrannidem Iaropolkonis, ne ad ipsum quãdoq; perueniret, circũuallauit castrũ Kyouien in quo erat Iaropolkus. Venientẽq; ad se Iaropolkũ sub cõditione pacis: Ad suggestionem sui palatini & consiliarii nomine Blud interfecit, & tres ducatus fraternos possedit. Procede aũt fraterna gratificãdo: Plurima fana, & simulachra in mõtibus Kyow locauit. Præcipue tamẽ simulachrũ fulminis, quod maxime ueneratus est: Et ei eminentissimũ simulachrũ extruxit. Corpus ex ligno formãdo, Caput ex argento, & aures ex auro. Conuertit tandem Wlodimirus animũ ad bella, & intulit bellũ Myczlao duci polonorũ. Expugnauitq; sub eo castrũ Przemisl, & castrum Cirwen, adiecitq; dicioni suæ districtum Radimicen. Conuersus iterũ in Græciam conquisiuit insigne castrũ græcorũ Korschim, & ex eo totã orã illi uicinã sibi subiecit. Sollicitatus deinde præfatus Wlodimirus a Machometistis, ut ritum eorũ assumeret, illico spreuit, quoniã fœdus & turpis uidebatur. Postea a latinis sollicitatus, nõ acquieuit, quoniã cerimoniæ latinorũ parũ relligiose, & templa parum ornata, uidebantur. Tercio a iudeis requisitus, ut eorum legem complecteretur, noluit: Grauis enim lex iudeorũ uidebatur. Græca relligio plurimũ commendata per nũcios ex Constantinopoli redeuntes (nũcios siquidem ad omnes natiões rituum prædictorum miserat speculatũ & exploratũ iri) plurimũ placuit. Ideo misit nuncios ad Basilium & Constantinũ græcoꝝ imperatores, optans sororẽ eorũ Annã in coniugiũ, offerens (si tali coniugio potiretur) de castro Korschim, & regione subiecta, extemplo excessurũ. Græci uero imperatores responderũt. Non licere principi gentili, & idolatræ germanam eorũ sociare. Si uero errore gentili deserto, fidem christianam profiteretur: Nõ abnituros petitionẽ eius. Wlodimirus autem obtulit sese fidem christianã prono animo susceptum. Venirẽt dumtaxat personaliter, sororem adducerẽt, & ipsum baptisarent. Itaq; ueniunt imperatores Basilius & Constantinus, cũ sorore Anna, iã persuasa & cõsentiente (prius enim consentire recusabat) in Korschim. Et Wlodimiꝝ mox cecitas inuasit: Cœpitq; fluctuare, an deberet baptisari. Anna uero coniunx ipsius futura, persuasit ei q baptismate susceptο cœcitas deperiret. Anno ergo domini 990 baptisatus Wlodimirus, ab Episcopo Korschimen illuminatus est, & celebrauit nuptias. Restitutoq; castro Korschim imperatoribus, letus, cũ noua sponsa in Russiam peruenit, idola & templa eorũ confregit: Simulachrũ fulminis, quod præcipue uenerabatur, ad caudam equi alligatũ trahi, & in fluuiũ Dniepr mergi iussit, Promulgauit deinde edictum, ut omnes populi

Swantoslaus interfectus.

Iaropolkus.

Olha

wlodimirus.

Iaropolkus interfectus.

Fanum & simulacꝝ fulminis

Vlodimirus polonis bellũ intulit.

Vlodimirus. græciam rurbauit.

Vlodimirus. greco ritu baptisatus.

res populi sibi subiecti, relictis idolis baptisarentur. Quod & factum est. Cateruatim nanq; Ruthenis in Kyow confluentibus baptisabantur in flumine Dniepr, qui & Boristhenes dicitur, per Episcopū Korschimieñ, baptisati sūt & filii Wlodimiri duodecim, quos ex pluribus uxoribus & concubinis susceperat, Viseslaus, Iseslaus, Suatopolkūs, Iaroslaus, Wseuoldus, Suantoslaus Mscislaus, Borzich, Hleb, Stanislaus, Poswyld, & Sudislaus. Applicuit in super pueros, litteris grecis, artifices ex Græcia conductos locauit & salari auit: Ecclesias ex petra atq; lateribus etiam extruxit.

Russia græcam fidem suscipit.

CAPVT IIII.

ANno christi domini 999 Boleslaus Chrabri, unicus filius Myeczlai suffectus est in monarcham, & dominū polonorum. Moxq; sollicitando curabat recuperare & reducere in Poloniā, corpus sancti Adalberti nouiter in Prussia occisi, transtulitq; & reduxit in Gneznam, quemadmodum paulo inferius dicam: Ottone autem Tercio Romanorum imperatore uotum emittente, limina sancti Adalberti uisitare, sano facto in poloniā progredienti. Occurrit ei in metis Boleslaus princeps poloniæ, cū caterua suorum militum, & conducebat cū maxima pompa ac ueneratione: Et omnium necessariorum in uictu & suppellectili, tam quo ad imperatorem, q̄ curiæ ipsius, sumptuosa prouisione. A Posnania uero in Gneznam, septem miliaria (quoniam ex uoto tot miliaria pedes iturus erat Otto) strauit diuersis pannis uariorum colorum, & una cum imperatore pedes, usq; in Gneznā incessit. Vbi maxima multitudo, ex præcepto & ordinatione Boleslai confluxerat, Prælatorū, Baronum, mulierū ac uirginū nobilium: Auro, margaritis, & unionibus onustaꝝ. Ad excipiendū imperatorē In ecclesiam autē maiorem Otto ingrediens, prosternēs se orauit. Ad sepulchrum beati martyris Adalberti, & post orationē & oblationem, in palaciū principis exceptus introiuit. Honoratus aliquot diebus, non solum superba mensa & uictualibus, sed muneratus uariis & præciosis muneribus, singulis namq;

Otto imperator Poloniam uenit.

Boleslai magnificentia.

namq; diebus. Alii & alii ordines militū, & ministrorū ferebāt dona imperatori Ottoni: Vasa aurea & argentea, gēmas uarias & monilia: Equos & uestes, auro ostroq; intextas, purpuras, pellesq; magni præcii. Sic & cunctis optimatibus, principibus & Aulicis imperatoris cōdigna munera, sumptuose largitus est. Quæ omnia imperator metiendo cōsiderabat. Aduocatisq; principib⁹ & suis cōsiliariis, uehemēter admiratus, industriā, prudentiā, liberalitatē, factiuitatē, pmptā executionē & obediētiā subiectoꝝ, tot munera, tot obseqa. Percōtatus est, quo genere remunerandi, tantus princeps dignus nomine regio esset præmiandus, & an corona insigniendus. Decætero q; rex uocandus auctoritate imperiali ueniret. Cunctis autē propositum imperatoris extollentibus, cousulebāt coronādum. Itaq; sequenti die, accepto Boleslao, processit cū eo imperator in ecclesiam: Conuocatisq; Gaudentio Gneznen, cæterisq; pontificibus: Iussit eum in regem poloniæ inungi, & deductū supra sedem maiestatis, corona sua, tempora Boleslai ornauit, & coronauit. A sua, suorūq; successorum, romanorū imperatorum obedientia, eum & posteros eius reges poloniæ perpetuo absoluit, omnibus acclamātibus, gaudētibus & laudantibus. Intellectūq; est & completū quod Benedictus papa septimus, ad Lampertū Graccouieñ antistitē diuino oraculo dixerat. In breui coronā exaltando dabit deus polonis. Illo ergo triduo delicatissime cesarem cū suis refecit Boleslaus nouus rex, uasa aurea, & argentea quibus cibus & potus mensis inferebatur, peracta refectione simul collecta cesari donabantur. Altera & tercia die magis & magis præciosa donabantur: Hastarum ludi exercebātur: Plausus chorearū ducebātur. musicalib⁹ regia die noctuq; concrepabat. Anno ergo domini millesimo primo coronatiōe Boleslai peracta. Recedens Otto ex Gnezna, munifice donatus, iunxit affinitatē cum Boleslao: Desponsando Myeczlao filio Boleslai neptem suā, ex germana sua Machtildæ genitā, filiam Ezzōis. Alias Herēfridi comitis palatini Reni nomine Richszam, uirginē litteris doctā. Obtulitq; sæpe dicto regi Boleslao clauum domini, & lanceā sancti Mauricii. Rex uero Boleslaus, donauit Ottoni brachium sancti Adalberti, quod reposuit Romæ in insula, in ecclesia sancti Bartholomei trāstiberim. Proximis ānis dum Romæ fuissem, per me uisum. Reduxit Ottonē rex Boleslaus gratificando ei de corona usq; ad cōfinia regni sui, rediitq; in Gneznam, Ottone ad Maydenburg diuertente.

Boleslaus coronatur in regē

Poloni ab obediētia imperij absoluti.

Richza despōsata Myeczlao

Clauus dñi

Lancea S. Mauricij.

Brachiū sancti adalberti

CAPVT V

DEinde cū Wlodimiro principe Russiæ percusso fœdere. Collecto uniuerso exercitu, rex Boleslaus ingreditur Bohemiā: Boleslaus siquidē tercius princeps Bohemiæ, irrupat circa Cloczko in regnum poloniæ, malo suasu suorum. Et interpositis treugis addidit alterā inuasionē & spolia. Vastante autem rege poloniæ, Bohemiā cedibus & undiq; ex combustione flāmis collucentibus. Princeps Bohemoꝝ sentiens se imparē pugnæ, concluserat sese cū Iaromir filio suo, in castro Visschehrad. Sed rex Poloniæ cōquisitis uniuersis castris, & ciuitatib⁹ Bohemiæ Applicuit Pragā, & forti milite expugnauit, obsessoq; castro Visschehrad. Boleslaū ducē Bohemiæ cū filio cōpræhēdit. Firmatis deniq; reb⁹ Bohemorū

Bohemi poloniā uastabant.

Boleslaus bohemiā subegit.

Boleslaus dux boemię oculis priuatus.

Vrsouicen & Rauitarum familia.

Boleslaus rex Morauiam expugnauit.

Boleslaus. russie bellum intulit.

Boleslaus kyow expugnauit.

sufficiẽti præsidio militũ tã in Praga, q̃ in aliis municipiis relicto, Poloniã regrediebatur. Ad cõsolationẽ aũt suorũ fideliũ, & ad maiorem Bohemiæ appropriationẽ Boleslao duci Bohemiæ fratri suo amitali oculos eruere cœpit (q̃q̃ annales Bohemorũ asseuerant hoc facinus Myeczlaũ primũ christicolam polonorũ peregisse) Iaromirum uero filiũ, cõmisit custodiæ Vrsouicensiũ, qui semper senciebãt pro rege poloniæ prædicto, & adiutorio eorum (Multas em̃ possessiones habuerunt in Bohemia) prævalebat contra Bohemos. Hi pro armis gerunt ursum, supersedente uirgine. In poloniã eorum familia deuoluta uocatur Rauitarũ. Præconcepit quoq; anno sequenti Boleslaus rex poloniæ, Morauiã expugnare, & expugnauit deo iuuante: Vtq; fieret ei perpetua Bohemiæ & Morauiæ possessio, misit ad Henricũ primum imperatorẽ, ut ei traderet Odalricum, alterum filium ducis Bohemiæ, in curia sua imperiali commorãtem, quod & fecit. Indignabatur em̃ Hẽricus Bohemis: Boleslaũ uero regẽ poloniæ dilexit. Post plures annos idem Oldaricus, præcibus & fletu, a uinculis regis poloniæ liberatus: Bohemiam turbabat & germano suo Iaromir ne hereditaret oculos eruit.

CAPVT VI.

SOllicitante deinde Suatopolkone duce Russiæ, & personaliter implorante reductionẽ in ducatũ Kiouien̄, de quo fuit expulsus per Iaroslaũ germanum eius, annuit & exercitu ualido collecto de propriis militibus iãiam pugnare assuetis scientibus stare, & sequi. In unum coire, & ordines prompte constituere. Habens secum prænominatũ Suatopolkonem, ingressus est Russiã, inuasiones, spolia, ac iniurias olim regno poloniæ illatas uindicaturus, recepitq; ciuitates, expugnatu faciles (ligneæ enim erant) usq; ad flumen Bug, quo cum peruenisset, inuenit Iaroslaum ducem Russiæ, ꝑte abaltera cũ ingẽtibus copiis, ex Ruthenis, Varays, & Pyeczinigis conflatis. Excursionibusq; aliquot diebus utrinq; habitis: Budus alumnus Iaroslai ducis, stãs in altera ripa exprobrabat & detur pabat regem poloniæ Boleslaum dicens se in breui extracturũ crassum uiscus eius. Boleslao uero grauiter id ferẽte, & iniuriã suam ultum iri polonis cõmittente, repente armis correptis fluuium Bug transiuerũt, & in ordines prompte concurrẽtes Ruthenos aggressi, prosternũt, & ad ultimum uinc̃ũt Iaroslao ne in manus polonorũ ueniret uiuus: Primũ in Kyow, deposit in loca paludinosa fugiente, ad Kyow rex Boleslaus perueniens, obsessione & fame eã expugnauit. Pro illa tempestate, ciuitatem insignem & maguam, trecentas ecclesias & ultra habentem, quarũ aliquæ nunc stant: Aliarum autẽ ruinæ dumtaxat apparẽt. Ingrediẽs urbem rex Boleslaus euaginato gladio percussit in portam per quam ingrediebatur, dictam aurea, eã scindendo in signum uictoriæ, Et castro obtento, uniuersos thesauros ducales cõprehendens, moratus est, & illic hiemauit. Depræhendensq; Suatopolkonem (quẽ in sedem Kiouien̄ de qua pulsus erat restituerat) quosdam milites suos instatiuis hibernantes, & uictualia querẽtes occidisse. Iratus contraxit suas copias Suatopolkone fugiẽte, & Kyow spoliata, spoliisq; & captiuis onustus in poloniã remeabat. Insequente eũ clandestine Iaroslao cũ grandi exercitu, ut cũ in metis

quũ in metis dimitteret exercitum, inuaderet & trucidaret regẽ cũ reliquiis exercitus. Nec fefellit eũ opinio, trasito etenim flumine Bug: Poloni ad propria ueloci cursu properabant, & Iaroslaus propere Boleslao appropinquabat, Rex per exploratores certior factus, quos potuit reuocauit. Consistentesq; animauit, & cõmisso prælio, diu anceps bellũ agebat. Donec Iaroslai exercit⁹ rarefact⁹ retrocedere cœpit, tũc passim qsq; Ruthenos fugã matu rabat Et Iaroslaꝰ dux eorũ fugiẽs, ꝑmutãdo equos nõ substituit donec in Nouogrod peruenit, Boleslaus ergo & suus exercitus ex spoliis ditatus in poloniã fœlix reueniens, deo, auctori uictoriæ, gratias ægit: Ecclesias dotauit, milites benemeritos de publico honorauit, & elemosinas pro concessa uictoria abũde distribuit. Nom̃eq; ex relata uictoria Chrabri acqsiuit, quod in Rutenico sonat animosus & potẽs, pauca em̃ manu multitudinẽ Russitaq; fudit.

Boleslaus rex Iaroslaũ uicit.

CAPVT VII.

RVthenico bello peracto. Ne animi militum hebetarẽtur rex Boleslaus ad alia obeũda bella animum conuertit. Anno igitur domini millesimo duodecimo. Infert bellum Marchitis siue Saxonibus. Et quia omnes se abdiderãt, & pecora. Ideo per exploratores certior factus, iussit milites longe lateq; a signis secedere, & populationẽ in agros, oppida, & uillas extẽdere, omnia uastando, usq; ad fluuium Albiin qui & Labia dicitur. Humiliatis autẽ Saxonibus, in redeũdo posuit colũnas ferreas, in flumine Szolawa, quẽadmodũ alias posuerat in Boristene, in loco ubi fluuius Szula influit in Boristenẽ, ad discernendum & habẽdum fines regni poloniæ. Anno deinde sequẽti, inuasit Pomeraniã Kassubiã, & Cismarinas prouincias slauorũ eas subiugãdo, quinimo sua liberalitate & benignitate feudales faciẽdo. Sciebat enim ipsos processisse de fo more regũ poloniæ. Ideirco consobrinos uocabat: Non tributũ sed solam obedientiam ab eis exigens. Demum Prutenicũ bellum indixit, & cũ ueteranis atq; tironibus Prussiã ingrediens: Diruit & exussit Romoue, Radzim, Balga & cætera oppida, lignea em̃ erãt. Primores autẽ Prutenorũ in abscondito latitantes. Ne tota Prussia conflagraret. Primũ per caduceatores, postea per ipsosmet, deditionẽ faciunt, & tributa quotãnis pendere fisco regio promittũt, quod rex Boleslaus suscepit: Agrũq; Prutenicũ uastari prohibuit. Posuit & tunc Boleslaus Gades, uidelicet ferreã columnam in flumine Ossa circa oppidũ Rogosno. Et uilla circa hunc locũ sita, uocatur usq; in diẽ hodiernũ Slup, a columna nomen accipiẽs. Ad propagãdum itaq; fines regni Poloniæ. Boleslaus posuit Gades seu columnas in oriẽte, occidente, & septẽtrione. Vltimam expeditionẽ ægit Boleslaus in Russiam, aduersus Iaroslaum ducem Russiæ uolentẽ poloniã clam ingredi. Et ipse ad reprimendum hostilitatẽ eius, clam ingressus Russiam, circa fluuiũ Bug simul conuenerũt. Equidem Boleslaum crastinus dies dominicus, a pugna distinebat, uerum, coci & serui carnes & equos lauantes, missilibus cũ hostili exercitu se lacesserũt, in antũ ut totũ exercitum in arma cõmouerẽt. Vniuersus ergo Boleslai exercitus armatus, equis ascensis, flumine trãsuadato, Ruthenos nondũ sub ordinibus consistentes, & pauidos obtruncat, dirũpit, & prosternit. Dux Ruthenorũ fugit, reliquum

Boleslaus mar chit & saxonibus bellum intulit.

Gades Boleslai.

Pomeranicum bellum.

Prutenicum bellum.

Prussia subacta.

Ruthenicum bellum.

Alia victoria Boleslai.

agmen tãq̃ acephalũ sine duce e prælio secessit: Polono, in ore gladii fugiẽtes, persequẽte, & castra Ruthenorũ diripiẽte. Processit tandẽ Boleslaus, cũ signis uictricibus, ad interiora Russiæ, castra eius expugnauit. Alia per deditionẽ accepit, pacem confecit, & moderatũ tributũ Ruthenis instituit. Ex grauibus aũt & continuis laboribus reip. in egritudinem aliquot mensiũ decidit: Et mortuus est tertia mensis Aprilis, anno domini M. uigesimoquintõ, ætatis suæ anno quinquagesimooctauo, cum regnasset annis uigintiquinq;. Coronatus eñ fuit anno Christi millesimo primo. In medio ecclesiæ Posnanieñ conditus. Signum mortis suæ fuit Cometes magna face fulgens. Hic fuit primus regũ Poloniæ christianorũ, moribus generosus & illustris: Specie digna imperio, decorus: Statura media præditus: Coma copiosa, crispa, & atra suffultus, publicis & priuatis abstinuit expilationibus, benignũ se per omne tempus præstitit regem: In subditos modestus: In hospites officiosus, In calamitosos & delinqueñ oratu facilis: In conuersatione & uita nitidus: In agendis prudens: In causis iustus: In omnes liberalis. Et ideo semper eius honos nomenq; manebunt. Fundauit anno domini millesimosexto monasteriũ sanctæ Crucis in Caluomõte, dotem sufficientẽ ei assignãdo. Vt fertur, ad petitionẽ sancti Emerici filii sancti Stephani regis Hungariæ, cũ eo, uenationi in eodem caluomõte intẽdenti. Donauit dictus Emericus illi loco, crucem bifurcatam, notabilem portionẽ dominici ligni cõtinentem. Parẽti suo Stephano a Græcorum cesare ex Constãtinopoli, pro magno munere trãsmissam, quã in pectore gestare Emericus cõsueuerat. Aliud monasterium de regula etiã sancti Bñdicti in Szeczechow, anno domini millesimo decimo: In uillagio olim nobilis uiri Sethegy ad fluuiũ Istulæ erexit, & certas uillas pro dote assignauit. Sethegius uero Comes, & fundũ, & uillas duodecim contulit. Ex post Henricus dux Sandomirieñ. Item dux Iaczo. Itẽ comes Martinus. Item Comes Krzyuoszad plures uillas præfato monasterio addiderunt. Ordinauit etiam Boleslaus munitiões, & castra in confiniis regni, & eis armata præsidia militũ imposuit. Ne hostes & grassatores quoquo in regnũ irrũperẽt. Cõstituit & Daciã, dictã Stroza, quia militibus castra custodiẽtibus soluebatur à singulis colonis, quottannis soluentibus, de manso unam mensurã siliginis, alteram auenæ. pleriscq; item uillis officiũm custodiæ cõstituit, ut singulis noctibus permutatim excubias nocturnas in castris agerent, & uoce sonora in testimonium fidelitatis, custodiæ declamarent.

Boleslai mors

Boleslai laus & virtutes.

Monasteriũ .s. crucis in caluo monte fundat.

Monasterij szczechow fundatio.

Stroze frumẽtalis institutio.

CAPVT VIII.

Sancti Adalberti vita.

QVoniã de sancto Adalberto, & de Prussia mentio facta est. Ideo de his, & cæteris incidentibus, parũper est dicendũ. Sanctus Adalbert⁹ e nobilib⁹ parẽtibus: Patre Slawnyk: Matre Strzeszi slaua, de Lublycz oppido Bohemiæ extitit oriũdus. Apud Albertum, Maydenburgeñ Episcopũ adolescentiã ægit, & ab eo Adalbertus nominatus est. Permutato priori nomine Voyczech (quod significat exercituũ consolator) ob difficultatẽ expræssionis eiusdem. Astitit morienti Dithmaro, primo Episcopo Pragensi: Audiensq; ab ore eius causam damnatiõis suæ, plurimũ expauit, & terrore consternatus omnia delitiosa abiecit, & cilicium

cium induit. Electus in Episcopũ Prageñ, anno domini 981 sicut demões per obsessos prædixerãt: Rexit subiectũ gregem in exhortationibus, disciplina & mansuetudine. Bohemis documenta eius haud obseruãtibus: Maxime in eo, q̃ pluribus uxoribus abutebantur, filios & filias Christi nomine baptisatos, iudeis in seruitutem uendebãt. Diebus dominicis forũ frequentabant, & q̃ gentiles ritus obseruabãt: Quapropter dimissis Bohemis Romam perrexit: & in monasterio sancti Alexii una cũ Gaudentio germano suo, in maxima obseruantia & sanctitate septẽ annis delituit. Bohemi autẽ culpam scelerũ suorum in sanctũ dei retorquẽtes. Inuaserũt oppidum Lublicz, & quinq; germanos sancti Adalberti necarũt, uidelicet Sobobor, Spiczmirũ, Sobroslaw, Zimisza, & Czaslaw. Nec his malis contẽti, omnem prolem, & cognationẽ eorũ, cũ singulis inhabitatoribus Lublicz deleuerunt, ac interfecerunt oppidumq; flãmis iniectis exusserũt: Solo Poray, sexto germano beati præsulis Adalberti in Polonia Boleslai Chrabri seruitiis dedito, per absentiã saluato, Bohemiãq; repetere non audenti. Princeps Boleslaus donauit illi suffientes possessiões in polonia. Ex huius stirpe, nobiles de armis rosarũ, albam rosam in campo rubeo deferẽtes, quorũ proclama est poray, a præfato Poray sancti Adalberti germano originem sumpserũt. Compertis malis, quæ dietim in Bohemia fiebant. Archiepiscopus Maguntinus, metropolitanus Bohemorũ, supplicauit pape, ut suffraganeum suũ Adalbertum iuberet ad oues proprias in Bohemiã redire. Sancto Adalberto opponẽte: q̃ gens Bohemorũ sit dure ceruicis, & incorrigibilis. Et iccirco sedes apostolica, tribueret ei licentiã prædicandi euangeliũ Prutenis potius q̃ in Bohemiã redeũdi. Si te, inquit papa, non audierint, excusso puluere de pedibus. Habeto licentiam aggrediendi, & in fide docendi Prutenos. Rediit itaq; beatus uir Adalbertus in Pragam. Et in spiritu lenitatis demulcẽdo, & quãdoq; in uirga correptionis arguendo, obiurgabat populos Nequicq̃ proficienti. quodam tẽpore beato Adalberto dormitãte dixit illi dominus. Tu stertis, & ego iterũ infidelibus uẽdor. Et statim exurgens in forũ processit, & quos inuenit christianos uenales gratiose redemit, ac libere abire iussit. Obmissa ergo Praga Profectus Romã. A Benedicto sexto confirmationẽ Prutenis, & aliis gentibus prædicandi uerbũ salutis obtinuit. Et in redeundo Hungariã ingressus, Gyesse principem cũ filio eius Stephano in fide corroborauit, totamq; perambulans Pannoniã, uerbũ dei Slauis & Hungaris quasi uno anno prædicauit. Exinde in Poloniã conuersus. Anno domini 996 Graccouiã uenit, & uulgari Bohemico quottidie concionãdo prædicauit. In eo loco ubi nunc ecclesia sancti Adalberti stat, post palmã martyrii eius superedificata: Dimissa Graccouia, una metropoli polonorũ: In Gneznã aliã metropolim comitãtibus, ducentibus, & in uictualibus prouidentibus eũ, militibus ducis Myeczlai & eius filii Boleslai puenit. Illic mortuo Roberto Archiepiscopo Gneznen. Ad instantissimas præces Myeczslai principis, & filii eius Boleslai cathedram Gnezneñ regendam suscepit. Nec longe post. Constituto Gaudentio germano suo in Archiepiscopatu Gneznen, ad seminandũ uerbum dei, & fidem Christianã propagandũ, in Prussiã processit. Est autẽ Prussia regio

Prussię origo & descriptio.

septẽtrionalis, frigida, a Polonia distincta fluuiis, Ossa & Vissa, usq; ad ma re sarmaticũ continuata. Dicta Prussia, ut aiunt, à Prusia rege Bithiniæ, qui incitamento Hãnibalis, infœliciter contra Romanos pugnans, fusus, in illã orã Prussiæ cũ suis gẽtibus fugit, nomẽq; suũ illi dedit. Signũ huius asseren tes inducunt q uulgare græcũ loquentes intelligunt, pleraq; uerba Pruteno rũ ex regione Bithiniæ græci sermonis propagata. Aduenerũt deinde ut fa ma est gentes Romanæ, ob bella ciuilia Italiã deserẽtes & permiscuã mansi onẽ cũ eis fecerũt, Prussiã, Lithuaniã, & Samagithiã mixtim constituẽtes & linguagiũ confundentes. Propter quod multa uerba, latinam linguã redolẽ tia, in eorũ sermone audiũtur. Sed & hoc signũ certificatores addũt, q̃ prin cipalem ciuitatẽ Romoue uocauerunt a roma nomine deriuato, Et in ea sum mũ Pontificem, more gentilitatis constituerũt, sermone eor̃ Criwe appella tũ. Aeneas Siluiꝰ in epistolis. Prutenos nitiẽ dictos, q̃si Brutenos littera cõ mutata capitali, quia moribus fuerũt brutales. Habuerunt nãq; tot uxores, quot emere potuerũt, Ancillar̃ officia obeũtes. Ebrietates, cõmessationesq; diligentes, balneis frequentibus eas diluẽtes & curãtes. Hanc igitur Prussiã per milites Myeczslai, & filii ipsius Boleslai conductus sanctus Adalbertus attingens Ossam fluuiũ nauigauit, & dũ pro nauigio nũmis careret, a remi gẽ in caput remo percussus, gratias deo ægit, & non maledixit. Circuibat ui cos, & oppida prædicando Prutenis per interprætem, & idola cõfutando. Docens solem, lunam, ignem, lacus, & siluas quæ adorabant, non esse deos, sed creaturas dei. Sacerdotes autem & pontifex lingua ipsor̃ Criwe dictus: Ne amplius prophanãdo deturparet deos & ritus eorum, conspirauerunt necandũ. Die ergo Veneris nonas kalendas Maii, in colle saxoso, cuidam ui co imminenti, iuxta littus maris, prope oppidum Feszhaush inuenerũt san

Sancti Adalberti martyriũ

ctũ dei diuina celebrãtem. Et insiliẽtes in eum, septies cõfossum, pluries scis sum, & ictibus quassatum, occiderunt, capiteq; abscisso, in arbore suspendẽ runt, quẽ aquila per triduum custodiuit, donec mẽbra scissa per hospitẽ, uiri beati in sportam collecta, iuxta locũ martyrii in terra abscõsa sunt. Audiẽs Boleslaus Chrabri necẽ sancti dei, missis nũcciis requirebat corpus eius. Ad quem Pruteni, deũ tuum inquiũt occidimus, terraq; obrutum, minime pote ris habere, nisi argentũ tantũ appẽdas, quãtum ponderat. Misit ergo Bolesl laus uiros ecclesiasticos, cũ certis militibus, qui iuxta Romoue corpus obla tũ. Primũ recognoscentes esse sancti Adalberti. In altera parte tabulæ appẽ derunt argenti quantitatẽ, quãtã estimabãt appendere corpus. Sed mirabi lis deus in sanctis suis, tantã corpori sancti Adalberti tribuit leuitatẽ, ut pro pe nihil ponderaret, secũdum pacta igitur, argento in scrinia repósito. Acci pientes corpus in capsam nouam ad hoc paratã, condunt. Et honorifice, in poloniam detulerunt. Boleslaus certior factus: Intra metas Poloniæ, adesse corpus sancti Adalberti, coassumptis uicinioribus Episcopis, uirisq; spiritu alibus & sæcularibus cũ maxima multitudine occurrit, & prostratus in ter ram, excœpit, & usq; in monasterium Canonicor̃ regulariũ sancti Augusti ni, dictũ Tremeszna, quod Myeczslaus pater suus, quũ uiueret condidit de duxit & locauit. Breuiq; tempore exacto, collecta multitudine pontificũ ec

Sancti Adalberti corpꝰ argento a Prutenis redemptũ.

clesiasticorumq;

clesiasticorumq; & sæcularium uirorum: in Gnezna tanq̃ in locũ digniorem & metropolitanum 15 kalendas nouembris transtulit. Vbi mira dei uirtute, stu pendis miraculis cœpit claresceere, germanis, pannoniis & prouinciis uicinis ad sarcofagũ eius confluentibus, & in necessitatibus salutaria solatia repor tantibus. Sed & Otto tercius imperator, instinctu suo, suorũq; astantiũ sua su. In graui egritudine facto uoto, uisitare sanctũ Adalbertũ in Gnezna, su bito & miraculose, conualuit. Et ut dictũ est, uoto expleto. Per merita beatis simi Adalberti, coronã Boleslao & successoribus eius, regibus Poloniæ, per petuo duraturam, donauit.

Sanctus Adalbertus in Poloniam allatus claruit miraculis

CAPVT IX.

REgnante Boleslao Chrabri. Floruerunt sex fratres in Polonia: Duo, Benedictus & Ioãnes, ad instantiã præfati Boleslai, & pro motionẽ imperatoris Hẽrici. Ex pereo cenobio uiri insignis san ctitatis Romualdi. Pro neophitis in Polonia edocendis concess si. Et tanq̃ angeli dei, per nũccios ad Boleslaũ adducti. Et quattuor. Mathe us, Isaac, Cristinus, & Barnabas, poloni natione, illis sponte cõiuncti. Habita bãt in heremo, prope oppidũ maioris Poloniæ Kazimirz, in arctissima uita & obseruantia: In orationibus, & ieiuniis assiduis. Docentes uerbo & exem plo: quosq; requirentes & aduenientes. Quadã autẽ die rex Boleslaus, com mẽdans se, & regnũ suum orationibus ipsorũ. Obtulit eis magnã massam auri. Palam in conspectu omniũ. quod tũ fratres inutile eis profitentes: Ne quãq̃ accipere uolebant. Et post triduũ, per Barnabam fratrem minorem in Gneznã Boleslao remiserũt. Vixq; mediũ itineris Barnabas emensus est, & expilatores auri sacra fame incitati: sanctos uiros orantes in nocte compræ henderũt. Et per minas, plagas, per ligamenta: Ad ultimũ, per uarios cruci atus & exustiones ignis, tormentis affectos trucidarũt. Vtq; tanti reatus cri men tegeretur, ignem iniecerũt sex casis, & quinq; corporibus sanctorum ne catis, ut casuali flamma conflagrati putarẽtur. Verũ nec pilus de capitibus decidit eor̃. Neq; exustio tetigit tellus & corpora eorum. Rex Boleslaus ex Gnezna celeriter accurrẽs cum tota curia, & e rure uicino, colonis peditibus accersitis, inuenit expilatores in siluis uagãtes, arefactis brachiis, gladios ex ertos & nudos ferentes, ligatos & cathenis uinctos, ad locũ sanctorũ mart yrum adduxit: Diram ultionẽ ex eis sumpturus. Dei tamen clementia & san ctorũ meritis, ut locũ attigerũt, mox cathenis confractis liberati sunt. Et mi raculo facto abire permissi sunt libere. Delata corpora eor̃ in Gneznam, si mul in una tũba in ecclesia maiori sũt sepulta. Anno domini .M.v. agitur fe stũ eorum pridie idus nouembris, quoniam ea die passi, cœlestia meruerunt Barnabas uero confrater martyrum magno eiulatu gemebat, q̃ simul coro nã cum eis non percœperit. Factoq; heremitorio in eodem loco, deuotus per mãsit. Et cito post uita functus, appositus est fratribus suis, Gneznæ cõditis Extant nũc quinq; capellæ deuotione fidelium, in locis habitationum san ctorum superedificatæ.

Alia historia habet centum marcas pecuniæ.

Quinq; fratrũ martyrium.

CAPVT X.

Vlodimirus pyeczinigos debellauit.

VAstatis karuatis, Wlodimirus dux Russorũ, etiã Pyeczinie gorum exercitum, iuxta fluuium Trubiesza profligauit post singulare certamen, unius ex pieczinigis gigantee statute deiecto & occiso, a Rutheno de Pereaslaw mediæ staturæ, quo cũ duellum ingressus fuerat. Sed Pyeczinigi recollectis uiribus, anno sequenti uehementi cœde ac igne terras Russorum uastauerunt. Wlodimirum eis occurrẽtem cum suo exercitu contendo, & fugientẽ persequendo: Donec sub pontem, qui fugienti occurrerat, se recondit, & eius benefitio hostes insequentes fefellit. Hac de causa ecclesiã transfigurationis in Kiow extruxit, quoniam in festo transfiguratiõis secundũ ritũ Græcorum sua euasio contigerat. Tandem ueritus Wlodimirus ne decedente eo, inter filios bella orirẽtur, sic inter eos regnum diuisit. Visslao natu maiori, dedit Nouogrod. Isoslao Poloczko. Suatopolkoni Thurow, Iaroslao rostow: Sed Visoslao fatis rapto: Iaroslao Nouogrod. Borisz Rostow, Hleb Moronye, Suatoslao drewianie. Wse uoldo Wladimiriã, Mscislao Thimutuchani: Cæteris iunioribus Kiow, & Berestow principatus, post mortem suam reseruauit. At Iaroslaus sorte sua non contentus, creditus in pace uenisse castrũ Kiow occupat. Quod pater Wlodimirus molestissime ferens, ex omnibus suis & filiorũ principatibus, bellatores aduersus Iaroslaum cõtrahit. Iaroslaus uero resistentiam patri facturus: Pyeczinigos cũ Varais conducit. Non potẽs aũt Wlodimirus præmente egritudine, ordinationi belli adesse. Præfecit exercitui suo Borisz: Ipse uero post paucos dies, in castro Berestow moritur. Et in Kiow in ecclesia uirginis Mariæ, quã uiuens edificauerat sepelitur. Ignorãtes patrẽ Wlodimirũ mortuũ bini filii, Borisz & Suatopolk, certamen cũ Iaroslao inierũt, & eũ superauerunt. Suatopolkus ergo rapit principatũ Kiouieñ, & germanũ suum Borisz loco patris se colentẽ, per subordinationem quorũdam Nouogrodensiũ in cubili suo orantẽ lanceis transfodit, & cũ armigero eius Gregorio Hungaro interfecit. Misit & alios nequã uiros, & Hleb alium fratrem absciso capite interfecit: Colit Ruthenica ecclesia hos duos fratres pro sanctis martyribus: In ecclesia sancti Basilii kiouieñ in uno sepulchro tumulatos. Nec impunis fuit Suatopolkoni occisio fratrum. Venit nãq; contra eũ dux Iaroslaꝰ cũ Ruthenis & Varays, Suatopolkone cũ Ruthenis & Pyeczinigis, circa castrũ Lubiecz resistentiã opponente, flumine Dniepr utriusq; exercitũ dirimente. Et post trimestre spaciũ, Iaroslaus superato flumine: Inuasit exercitũ Suatopolkonis inermem: Diffugientẽq; in lacus: fragiles glacies habentes, cũ submersione pluriũ, interfectioneq; multo maiori aliorum Suatopolkus uix manus hostiles euadens, præpeti cursu in Poloniã fugiens Boleslai Chrabri personale auxiliũ & reductionẽ in sedem kiouieñ meruit. Per Iaroslai circa fluuium Bug profligationẽ, & kiouiæ expugnationẽ: Vt paulo ante de Boleslao dictũ est: Contra Suatopolkonẽ iterũ dux Iaroslaus anno sequenti cũ nouo exercitu processit, & occurrente Suatopolkone in loco ubi Borisz occisus fuerat succubuit Suatopolkus. Et contractis copiis ex Pyeczinigis celerrime reuertitur in fortitudine magna. Cui occurrẽte Iaroslao: circa

Vlodimiri mors.

Suatopolck frẽs interimit.

Vlodimirus victus.

lao circa fluuiũ Olham. In crastino (& fuit dies ueneris) solẽ oriente conflixerũt. Et Suatopolkus uictus fugit in Brzesczе, ad prefectũ Boleslai regis poloniæ. Exinde poloniã ad rescindendũ suas calamitates processurus. Sed in itinere repentino correptus languore, mortuus est, & in loco ignoto ac deserto sepultus. Post cuius mortẽ Iaroslaus pacifice kiouieñ possedit principatũ Et q̃q̃ pro uno aduersario Suatopolkone extincto. Alter aduersariꝰ, nepos eius Brzetislaus, filius Isoslai ducis de Poloczko cõsurrexerit, & sub eo Nouogrod occupauerit, tamen & hũc duro certamine superauit: Nouogrod recuperãdo. Et Rededa ducẽ de koschohon singulari certamine uicit, & tributa ei, regiõiq; gẽtis koschohon, imposuit. Post hæc, Mscislaꝰ dux de Thimutukani, comparato exercitu de kozaris, & koschoys inuasit Iaroslaũ fratrẽ suũ ducem kiouieñ. Et licet Iaroslaus in sui auxlium ducem Vorahimorũ Iakuy acciuisset, & duplici certamine conflixisset, tamen succubuit, & kiow in Mscislai ditioné concessit. Qui sedem kiouieñ fastidiens. Iaroslaum securitate promissa reduxit, sedemq; kiouieñ ei resignauit. Repete, inquit, frater sedem kiouieñ, quoniã natu maior es, & ea pro tuo libito utere, quã ego uictor uicto æquo animo restituo. Hæc omnia in diebus Chrabri Boleslai Russitis facta contigerunt. Cui Boleslao, dux ipse ruthenorũ Iaroslaus, de anno domini. Millesimo decimooctauo nouum & ultimum intentauit bellũ, clandestine inferre, sed dexteritate Boleslai uiriliter superatus est, quemadmodũ historia de Boleslao suprapositа continet.

Swatopolci mors.

CAPVT XI.

Myesko secundus

Myeszkõ secundus eligitur.

COntentione habita in ciuitate Posnaniẽsi, ãno domini 1025. Electꝰ est in regem Myeczlaus siue Myesko secũdus filius Boleslai Chrabri. Et dominica Penthecostes sub frequentia Prælatorum, Baronũ, & nobiliũ. Myeczlaus in regem, Richsza uero coniunx eius in reginã, Gneznæ uncti & coronati sunt: Per Ipolitũ Archiepiscopum Gneznen: Assistentibus ei Gompone Archiepiscopo Graccouieñ: Paulino Posnanieñ: Marcello Wladislauieñ: Clemente Wratislauieñ: Albino Ploceñ pontificibus. In ipso autẽ regnandi inicio apparuit Myeczlaus Poloniæ rex ingenio hebes & tardus: animo & moribus incõcinnus, cõsilio ineptus, actione leuis. In expeditionibus parũ idoneus: Nihil paternæ industriæ, nihil frugalitatis, munificentiæue regiæ habens. Ex muliebri pendens arbitrio, a consorte regina Richsza regebatur. Ad nutũ eius & iuuenũ consiliariorum præsignationẽ, omnia moderãs, uacãs uentri, ocio somno, & uoluptati. Eapropter exteræ nationes per patrem ipsius subiugatæ, ab obedientia recesserũt homagiali. Brzetislaus siquidem filius Vdalrici ducis Bohemiæ, adolescens ferox, & impiger, ex muliere rusticana Bozena alias Beatrice, primũ concubina, postea in coniugem assumpta, progenitus, ulciscens

Bzetislaus bohemię dux bohemia & Morauia potitur.

tus, ulciscens auī sui excœcationē, & paternā captiuitatē Bohemiæ, ac Morauiæ, castra & ciuitates expugnauit. Polonos ciuitatibus præfectos trucidauit, Vrsouicēses & cæteros nobiles Bohemiæ polonis fauentes attriuit & persequebatur: Totamq; Bohemiā & Morauiam, suæ iurisditioni subiecit.

Poloni trucidati.

Prouinciæ multæ defecerunt a Polonis.

Prouinciæ cis Albim, & circa mare germanicū, Kassubite, Serbiani, & insulæ marinæ, quas Boleslaus ditioni & imperio Polonoꝝ restituerat, defecerūt Nicolaū alias Mickel, a quo castrū Mikelburg principem Slauorū: Henricus primus imperator Romanorū, terris & possessionibus exuit, & comitatum Magnopolensem possidendo, cuidam militi tradidit, & eū comitē Magnopolensem creauit. Marchionatus Brandenburgeñ surrexit, subactis aut extinctis principibus terræ. Pro aquila alba, insigni uniuersali poloniæ, aquilam coccineam, seu rubeā gestans: Ob hoc a polonis Sgorzelicz uocitatus: Ab eo tempore, hæ gentes & ore, a corpore regni Poloniæ distracte, nunq; ad integritatē reducte sunt. Ruthenos tamē defectionē meditantes: Iaroslao & Mscislao ducibus Russiæ (quosdā agrestes ex dominio Polonorū captos circa kiouiā supra Huuium Porszi locantibus) adherere uolentes, in fide rex Myeczlaus continuit, per hoc q; principaliores eoꝝ captiuauit, & in castris poloniæ, loco obsidum aliquot annis tenuit. Pomeranos uero apertam rebellionē opponētes, bello coercuit: Nam instigantibus eū proceribus poloniæ copias numerosas cōtraxit. Et tres Hungarorum duces, Andreā, Belam, & Leuentā, sancti Stephani regis Hungariæ nepotes, ab hungaria exulantes, & in regno Poloniæ iure hospicii susceptos, secū habens, cū Pomeranis conflixit, & eos uicit. Et quia Bela dux Hungarorū in ea pugna macte uirtutis, strēnuus apparuit. Ideo Myeczlaus dans ei suam filiā, in generū ipsum assū psit. Et uniuersum censum Pomeranicū, ad tenendū statū ducalem sibi consignauit. Nondum aūt quinquagesimū annū supergressus rex Myeczlaus, incidit in amentiā, qua aliquot mensibus molestatus, exosus, & cōtemptibilis mortuus est in castro Posnanieñ, 15 mensis Marcii, anni domini M. trigesimi quarti. In Posnanieñ ecclesia Cathedrali in paterno sepulchro conditus.

Marchionatus Brādenburgeñ

Ruthenorū rebellio, phibita

Pomerani rebelles victi.

Myeczlai mors.

CAPVT XII.

EXtincto Mscislao, duce Cirnieiouieñ: Iaroslaus dux kiouieñ, in principatu ei succedit & monarchā Russiæ, sese gerere cœpit, quod lingua ruthenorū sonat yedzynawlascecz. Pxeczniegos aūt kiouiā grandi multitudine uallantes. Celeriter cōtractis undiq; copiis Iaroslaus superueniens, fortiter deturbauit, & ipsos uicit, quibusdam pieczinigis captis, Cæteris aut fugatis, aut in aquā mersis. In signū uictoriæ, Iaroslaus ecclesiā diuæ Sophiæ in kiow erexit, turrimq; eius deauratis tabulatis texit. Eidē pro adornamētis uasa aurea & argētea, libros & uestes præciosas largiēdo, & Metropolitanum in ea instituendo. Portā insuper uersus Poloniā pro magnificētia sua & urbis, pfuso sumptu edificauit: Camerā eius seu pinnaculū tabulis deauratis ornauit, & aureā uocari iussit.

Ecclesia sanctæ Sophiæ in kyow.

CAPVT XIII.

HRat Kazimirus, filius Myeczslaw & Richsze uigesimū annū agens, adolescens probus, & litteris imbutus, qui primus inter principes

De kazimiro Myeczlai filio

principes Poloniæ legitur didicisse litteras. Non tamen est (genitore extincto) in regē electus, tum ideo, quoniā regnicolæ circa Posnaniā anno domini 1035 congregati, timuerūt ne paternam segnicie, amentiā, tenacitatem, & regni pessundationē, sectaretur, tū quia Rychsza genitrix eius, olim Myeczlaum patrem, pro suo uoto gubernauit. Ne & filiū suis persuasionibus illaqueatum corrumperet: tum etiam quia oblationes & certas munerum donationes pro mensa regis, & reginæ in uillis nobilium per Richszam tempore mariti constitutas abrogare noluit. Huc adde quoniam Richsza exosos habuit Polonorum nobiles, sordidos, & immorigeratos uocans. Consorcia eorum deuitans, & Theutonis quæq; officia & dignitates distribuens. Nolens ergo prædicta immutare, denegata ei obedientia, coacta est de regno secedere, receptis itaq; thesauris, uetustæ gazæ principū polonorū, unionibus, armillis, monilibus, uasis & desideratis uestibus cū geminis coronis, una, q̄ maritus eius, altera, qua ipsamet coronati fuere, accepto secum filio Kazimiro indignata, recessit in Saxoniā, q̄rulatū iri imperatori Henrico, oblatisq; ei muneribus, de thesauris asportatis, simul & duabus coronis materialibus, regni Poloniæ, adiunctis, præcabatur, ut iniuriam suæ eiectionis de regno, in Polonis ulciscereturquod imperator promisit, emptoq; sufficiēti censu, pro statu suo in Saleueld morata est. De bonis & possessionibus, dudum a se coemptis, dum senuit duo monasteria fundauit: unū Brunuilcense, sub honore sancti Petri apostoli, & sancti Nicolai cōfessoris: Aliud in loco ubi sancti Kiliani socii rumq; extabat martyrium. Super quo piæ fundationis opere, iussus reginæ Richszæ priuilegiū apud prædicta loca ostenditur. Defuncta apud Saleueld, Coloniam delata est, & in ecclesia sancte Mariæ ad gradus humata, Filiū uero Kazimirum dum uiueret litteris uberioribus imbuendū expensis sufficienter prouisum, Parisius misit, ubi existēs per bienniū: sæpe numero cogitauit, an in Poloniā esset regressurus, An in Theutonia cū matre sugillationes passurus, morā deligeret. Delegit tandem matre consentiente monachari. Et accedens personaliter Romualdū, uitæ sanctitate pollentē in Italia, donato ei pulchro caballo, expositus quis esset, poscens ab eodē susceptionē & professiōem regularem, quo annuēte, rediit in Cluniacū, ubi professus, ad gradum diaconatus peruenit, Interim uero, dum e Polonia secessisset turbo dissensionum Poloniam inuasit. Ingenui & præcipui bellatores, mutua cœde absumebātur. Possessiones innocentū occupabātur, matronæ & uirgines, absq; impunitate uiolabātur, loca sacra diripiebātur, sacerdotes spoliabātur, latrones & siccarii latronūq; & siccariorum duces, consurrexerūt, agros depopularunt, tecta exusserunt, pecora abegerūt, remansitq; terra populis uacua, confusa cœdibus, destituta defensione, & omni auxilio orbata. Masslaus, regis Myeczlai subpincerna charus, purpuram induit, & Plocensiū principem, se gerere cœpit. Brzetislaus Bohemiæ dux, intelligens Poloniā absq; rectore laceratā: Collecta nobilium & agrestiū multitudine, Poloniā ingressus, Wratislauiam & Posnaniā oppida quoq; uicos & uillas, quæ ciuilis belli stridor nondū deleuerat diripit & exurit: Gneznā metropolim, quoniā nec situ nec arte munita erat, facile capit. Ecclesiam beatæ Mariæ

Coronæ regni abactæ

Brunuilcēn monasterium. S. kiliani monasteriū.

kazimirus Parisius missus.

kazimirus in cluniaco monachus factus.

Bohemi poloniā vastarunt.

riæ metropolitanam, ſuaſu Seueri Epiſcopi Pragenſis, qui huiuſmodi bello ſe miſcuerat, ſpoliat. Corp9 ſancti Adalberti quod certi prælati & miniſtri eccleſiæ de ſepulchro extractum in zabulo occultarãt. perquirit & non inueniens ſollicitauit, non ſolũ probris, ſed ampliſſimis promiſſis, miniſtros eccleſiæ de corpore inueniendo. At illi ex induſtria corpus Gaudencii Archiepiſcopi Gneznen oſtendunt quod Bohemi Pontificalibus indutũ, rapuerũt, credentes fore corpus beatiſſimi præſulis Adalberti. Rapuerũt & corpora quinq; fratrũ martyrũ, Ioannis: Benedicti, Iſaac, Mathei, & Criſtini, Morauiſq; inſtãtius petẽtibus, corpus ſancti Criſtini tradiderunt, quod in eccleſia Olomũcenſi, ſub tabulis argẽteis auro tinctis locauerũt. Sub titulo & nomine eius, poſtea eccleſiã cathedralem Olomũcen̄ dicando. Rapuerũt inſuper Bohemi, imaginẽ crucifixi, tricentas libras puri auri pendentẽ. Per Boleſlaũ primũ eccleſiæ Gneznen̄ donatã. Rapuerũt & tres tabulas maioris altaris, auro puro, & præciosis lapidibus, per Boleſlaũ regem decoratas. Cæteraq; clenodia, uaſa, campanas magnitudine & ſono notabiles, abſtulerũt. Cũ his & multitudine captiuorum utriuſq; ſexus, Brzetiſlaus in uigilia ſancti Bartolomei ãno domini 1038 Pragam peruenies, ſacrilegam prædam in maiori eccleſia Pragen̄ depoſuit. Captiuos uero, inter quos & ſacerdotes uidebantur, in colonias diſtribuit. Et licet Stephanus metropolitan9 Gneznen̄ corã ſede apoſtolica ſuper ſpolio ſuæ eccleſiæ, Brzetiſlao duci, & Seuero epiſcopo Pragen̄ lites intentaſſet & diffinitiuã obtinuiſſet, Nihil tamen de ablatis rehabuit. Iterum ab oriente Iaroſla9 dux Ruſſiæ inuaſit Poloniã, bellis plurimũ attritã, & oram Mazouiæ, igne, cæde, & ſpoliis depopulatus, cum magna præda hominũ utriuſq; ſex9 in Ruſſiã libere rediit. Adhuc aliæ uicinæ nationes poloniam prædiis & direptionibus lacerabant, ex tunc polonorũ primores & proceres, non ſentiendo, non uidendo, excœcante ira, quo amentiæ progreſſi forent. quid periculi & inſaniæ, in ſe, quid in patriã, quid in pœnates, quid deniq; in deum & relligionem eiiciendo Kazimirũ cõmiſerint, tarda recogitatione penſare, & ſero ſui facti pœnitere cœperunt, Mittunt itaq; (poſt uarias & ſcrupuloſas ſentẽcias ac concluſiones) notabilem ambaſiatã ſeu legatum, ad quærendũ & reducendũ Kazimirum in regnum, quoniã ex eo unico ſolacio, ſalus Poloniæ & reintegratio ſperaret. Legati ergo de polonia egreſſi. Primum adeũt reginã Richſzam in Brunſuig, & expoſita cauſa legationis, acceperũt reſponſum, Kazimirũ fruſtra quærendum, quoniam monachus in Cluniaco factus nequaq̃ in Poloniã reuerſurus eſſet, nec reuerti poſſet. Legati reſponſo reginæ Richſze non territi, in Cluniacũ diuertũt: Et Kazimiro recognito in habitu cucullato. Ex Abbate, poſtulata & obtenta uenia, Cum lachrymis in collum Kazimiri ruẽndo incidũt, legationẽ pontificũ & Baronũ Poloniæ exponũt: Rogantq; ut ad ſuſcipiendũ regnum in Poloniã cum eis rediret. Et nunc hunc, nunc Abbatẽ inſtanter flagitãt & obſecrãt. Abbas Cluniacen̄, compaſſionẽ quidem ſuper deſolatione regni Poloniæ ſe habere dixit. Monachum uero profeſſum & iam diaconum, a regula & ordine abſoluere, nõ ſuæ, ſed pape tore auctoritatis, & poteſtatis affirmauit. Quo audito oratores Polonorũ, rectiori quo poſſunt tramite, Romã cõtendunt

Prẽda ſacra ex Gneznen̄ eccleſia abacta.

Ruteni Poloniam vaſtant.

Legati pro kazimiro.

tendunt, & peruenientes, Pape Benedicto nono, humili uoce & geſtu, regni Poloniæ eneruationẽ & deſolationẽ, propter Kazimiri heredis exilium longa oratione exponũt, Additiſq; lachrymis & gemitibus, ſupplices uultu demiſſo, iterum atq; iterum rogãt, ut monachũ Kazimirũ eorum regẽ ex monaſterio exire iuberet, auitum regnũ Poloniæ reſtaurare, & prolem ſumpta uxore propagare. Summus Pontifex, cũ cœtu cardinalium habitis aliquot conſultationibus, miſeratus calamitatibus, & interitui regni, extremo licenti am (regula & ordine dimiſſis) redeũdi in Poloniã, regnũ ſuſcipiendũ, reparãdum, & per prolis generationem ac ſucceſſionem in futurum prouidendum Kazimiro concedit. Polonis uero iniungit, ut ſucceſſoribus ſancti Petri, Romanis pontificibus, de quolibet capite, nobiliũ capitibus circũſcriptis, uſualem nũmum annis ſingulis ſoluerẽt. Ex tali ſolutione nummi ſancti Petri, & fines regni Poloniæ & prouinciæ occupatæ, Polonorum fuiſſe cognoſcũtur Item ut cæſariem capitis & comam nõ nutriant, ſed patentibus auribus, ad inſtar Latinarum nationum tonſum caput geſtarẽt. Et tercio q̃ in præcipuis Chriſti: & uirginis matris eius feſtiuitatibus, panno lineo albo, in modum ſtolæ dependente. ceruicem exornare perpetuo redderẽtur aſtricti, quatinus his tribus inſigniis & ex monacho, & ex diacono, apoſtolica conceſſione & benignitate (dum aliter concretum periculum diſpelli non poſſet) polonus regem ſibi creatum & redditum recognoſcẽs, tam in deum, q̃ in chriſtianam relligionem exiſteret gratior atq; deuotior. Reſtitutione Kazimiri a ſede apoſtolica impetrata, e Roma concito curſu, in Cluniacũ ouantes cũ litteris apoſtolicis oratores ueniunt, quibus mox ab Abbate paritum eſt, ualedicto Abbate, cũ fratribus, Kazimirus Cluniacũ egreſſus. In Almaniam ad Richſzam genitricem ſuã, in Saleueld peruenit. Et perſuaſionibus maternis non acquieſcens, quibus molita eſt eum retinere, ne ad regnum Poloniæ deſolatum & exuſtum rediret. Profectus ab ea pluribus clenodiis in auro, argẽto & gemmis olim ex Polonia eductis, honeſtatus & muneratus, caterua equitum almanorum, & ſufficienti uiatico, per matrem prouiſus, una cum Polonorum nunciis ad Henricũ tercium imperatorẽ Romanorum, in inſula ſancti Swiperti cõmorantem, acceſſit, quæſturus atq; petiturus, ut Brzetiſlaũ Bohemiæ ducem compelleret, ad reſtitutionem ſpoliorum abs Polonia eductorum, Et ut eſſet ei auxilio contra Bohemos. Quod Henricus promiſit, in fœliciter tamẽ poſtea, contra Brzetiſlaum primo ingreſſu pugnauit. Improuiſe eũ in ſiluis Bohemorum attritus in Almaniã cũ reliquo exercitu ſe recepit, ſed anno ſequenti Bohemiã ſubiugauit, & Brzetiſlaum ad homagiũ compulit. Kazimirus autem ab eo inſignium militum numero prouiſus, & duabus coronis a regina Richſza munere donatis, redditis, multitudine exercitus ſtipatus, in Poloniam terribilis aduenit.

Tria edicta a papa Po. data. 1 Denarij ſancti Petri inſtitutio.

2 Tõſura Polonorum.

3 Stola dependens.

Kazimirus per papam abſolutus reſtituitur.

Almani honorifice kazimirũ reduxerunt.

CAPVT XIIII.

INgreſſo Kazimiro regnum Poloniæ, caſtra per hoſtes & prædones intercepta & occupata inuadit, expugnat & conquirit. Quoſdam maleficos in patibulum agit, quoſdam gladio ferit, quoſdam in manibus & pedibus mutilat, ſinguloſq; improbos

kazimirus primus

kazimirus primus coronatus In ordine regū tercius.

ſuppliciis deterret & reſcindit. Bonos uero ex tollit & dignificat. Veniens ad Gneznam āno chriſti M. quadrageſimo primo. Coronatus eſt corona quā retulerat: per Stephanum Archiepiſcopum Gnezneñ, aſtātibus et pontificibus & magnificis regni, uniuerſoq; populo acclamante & laudante, ut autē ſucceſſor regni haberetur, conſilio ſuorum, accepit in coniugem Mariam, ſororem Iaroſlai ducis ruſſiæ, filiam Wlodimiri, ex Anna ſorore Baſilii & Conſtātini imperatorum græcorum genitā. Nupciis Graccouiæ celebratis, percœpit dotē magnificam in auro, argēto, elenodiis, equis & reliqua prætioſa ſuppellectili, ſimul affinitatem & auxilia promiſſa contra quoſcūq; inimicos percœpit. Iaroſlao uero Kazimirus in ſignum amicitiæ, reſignauit caſtra Ruſſiæ, olim per Boleſlaum auum ſuū conquiſita. Maria autē, abrogatis nomine, & ritu græco, de more romano in eccleſia Graccouieñ baptiſata, nōminata eſt Dobrogniewa. Ex poſt in Gnezna in reginā Poloniæ coronata. Ecce de monacho rex, & de profeſſo continēntiam, uxōratus. Simile in Chronica Hiſpanorum hiſce uerbis legitur. Expulſo Petro Tares regnicolæ Aragoniæ: cōmuni cōſenſu reuocarunt a monaſterio Ramirum monachū præſbiterum, filium legittimum Santii, regis Aragonū, & fratrē Alfonſi ſine filiis premortui. Cui dederunt nobilem uxorem filiā Raimundi, Comitis Pictauieñ, obtentaq; diſpenſatione apoſtolica, genuit unicam filiā. Hæc ibi. Coronato rege & regina, facta eſt pax totius Poloniæ, ſolo Maſlao tyranno Plocenſi: reſiſtentiam Kazimiro opponente. Ad quē debellandū, proceſſit cum uniuerſis militibus Polonis, & ex Almania adductis, habens in auxilium Iaroſlaum ducem Ruſſiæ: cū uniuerſis copiis eius. Maſlaus uero armatis non ſolum nobilibus ſed plebeis, & ſeruis, habuit ſuffragatores Prutenos & Iaczwingos gēules: Pruteni equidem noti ſunt ex ſupradictis. Iaczwingi autem fuerunt populi feroces, in finibus Lithuaniæ, iuxta Mazouiam cōmanentes hii in bellando non referebāt pedem quin uincerent aut uincerentur. Hac de cauſa pauci ſuperſunt noſtris temporibus: ſparſim inter Lithuanos cōmorātes & proprium linguagium loquētes. Lithuani item & Samagitæ proprium linguagium ſoruti ſunt, aliud a Iaczwingis. Quēadmodum & Lotihali etiam appropriatū linguagium loquuntur a prætatis gentibus diſtinctum, hii habitāt in Liuonia, & cōfiniis eius. Quattuor ergo gentes: Pruteni. Iaczwingi: Lithuani cū Samagitis: & Lotihali: habēt propria linguagia: ualde in paucis conſonantia & conuenientia. Itaq; Maſlaus habens Prutenos & Iaczwingos coadiutores duro marte cū Kazimiro congreſſus, & pro uictoria decertans: ſuperatus eſt. Et diſtrictus Plocenſis in poteſtatem Kazimiri deuenit: extunc a Maſlao Mazouiæ nomen ſortitus. Addidit ſequenti anno Maſlaus alterā oppugnationem regi Kazimiro circa ripam fluminis Viſlæ

in Mazouia

Iaczwingi qui ſint.

Attendi ur ſimilis caſus apud hiſpanos.

Maſlaus tyrannus victus. Mazouia originem nominis a Maſlao hic traxit.

in Mazouia. Ante hāc pugnam, rex Kazimirus anxiatus fluctuabat, deſperans de uictoria, cernens ſuum exercitū exilē, in reſpectu Prutenorū & Iaczwingorum pro Maſlao decertare uolentiū, tamen diuino oraculo inter dormiendū cōfortatus, in congreſſu fœliciter pugnauit (quodā uiro in ueſte candida, in equo niuei coloris cū uexillo albo exercitum eius antecedente & polonos contra paganos animante) intantum pro uictoria adnixus eſt, ut more boni militis, hoſtes inſequens & feriens, ex laſſitudine, ſemiuiuus per quendā militem gregariū in caſtra eſt delatus. Capta ſunt in eo prælio, duo milia hoſtiū, & quindecim milia cœſa. Maſlaum iterū ad prutenos confugientē, & nouū bellum molientē. Captiuatū Pruteni uariis pœnis affecerūt, & in altum patibulum ægerūt, Inſultantes ei & dicētes, alta petiſti alta tene. Regnauit poſt ſuperationē Maſlai, rex Kazimirus in pace, omnibus diebus uitæ ſuæ, regno Poloniæ ſub eius regimine refloreſcente, ad priſtinūq; ſtatū peruenīente, mortuus eſt Poſnaniæ 28 nouembris ſacramētis perceptis, & iuſto apparatu cū cineribus aui & patris in eccleſia cathedrali Poſnanieñ conſepultus anno regni decimooctauo. Incarnationis uero dominicæ milleſimo quinquageſimo octauo. Signa mortē eius præcedentia fuerūt, fames ualida, & defectus uictualium: Stellaq; crinita, pluribus noctibus apparēs: Erat autē Kazimirus, ſtatura procerus, capillo copioſus, habitudine uegetus, ſtudio pius, Reliquit tres filios & unicā filiam: Boleſlaum (quē moriens regē poſt ſe deſignauit) Wladiſlaum & Myeſko ſiue Myeczlaū Othone filio quarto, immatura morte (uiuente patre) diē obeunte. Filia nominabatur Swatochna. poſtea Wratiſlao duci Bohemiæ in coniugē data. In memoriā autē & recompenſam profeſſionis monaſticæ, Kazimirus dum uiueret anno domini. M. quadrageſimoquarto fundauit, & centū uillis dotauit, monaſterium in Thynyecz iuxta fluenta Viſlæ. Ex Cluniaco (ubi ipſe monachus fuerat) duodecim fratribus ordinis ſancti Benedicti accerſitis, & cū libris cantuq; chorali perductis. Aaron natione Gallicus, uir doctrina & ſanctimonia rarus, fuit Abbas primus prædicti cenobii in Thynyecz, propter uirtutes eius, per Kazimirum (nouerat ſiquidem laudabilem conuerſationē ipſius in Cluniaco) ad Archiepiſcopātū Graccouieñ promotus. Huius Aaron ordinatione, gradus uiuorum tempore quadrageſimali introducti in eccleſia Graccouieñ dicūtur, huius etiā cōſtitutione & priuilegio quilibet Abbas Thyniceñ fit Canonicus natus in eccleſia Graccouieñ. Aliud Cenobium eodem anno ſupra Odram fluuiū in Lubeus extruxit, & dote liberali ac ſufficiēti prouidit, prælibatis fratribus Cluniacenſis ordinis. Eccleſiam Ricinēſem olim Smogorzouienſem, cupiēs meliorare in Wratiſlauiā tranſtulit. Aſſignans loca pro Pontifice & Canonicis. Exinde putabatur ab aliquibus cathedram Wratiſlauieñ fundaſſe. Cum eam dumtaxat tranſtulerit, & donatione uberiori prouidit. Fuit illo tēmpore, Hieronymus epiſcopus Wratiſlauieñ, poſt quē deinceps cæteri præſules Wratiſlauienſes titulantur in hanc diem.

Victoria kazimiri.

Maſlai interitus

kazimirus primus moritur.

Fames ualida

Monaſteriū in Thynicez fundatur

Aaron primus abbas thinicēñ

Abbas thyniceñ. natus canonicus Gracco. Monaſteriū Lubeus extructū.

Vratiſlauieñ ſedis tranſlatio.

CAPVT XV.

Iaroſlaus Ruſſorum monarcha, ad augendum gloriam & diuitias, miſit filium ſuum natu maiorem Wladimirū cum exercitu

Iaroſlai bellū in Grēciam.

nauali in Constantinopolim Confractisq; nauibus tempestate exorta, uix aridam attigerūt, ubi pedes in patriā redeuntes, lacessiti, & continuo à militibus imperatoris Græcoꝝ persequuti sunt, donec prælio inito Græcos in fugam conuerterūt. sicq; in pace Russiā attigerūt. Ista refert historia russitarū Sigibertus uero prodit in Chronica, q; Russorum rex sciens Græcos occupatos bello contra Sarracenos, & custodia insularum. Misit mille naues uel plures ad Constantinopolim. Præsentiens autē imperator græcorum Romanus, milites contra eos misit, qui pice græca & flāmis in naues russorum iniectis plurimos submerserunt, alios captos decapitarunt, pauxilli ad modum fuga salui euaserūt: Non dixit Sigibertus tempestate, sed expugnatione militum Græcorū fractos: Sentiens sese Iaroslaus grauatum, & senio confectum, hortatus est filios suos, ut quilibet sorte sua esset contentus, quā hoc modo diuisit, Saslao natu maiori Kyow: Suantoslao Czirnieiow: Wseuoldo Pereaslaw: Gregorio Wladimiriam: & Veczeslao Smolensko. Post hoc moritur Iaroslaus septima nouembris āno ætatis suæ, septuagesimo sexto. Sepultus in ecclesia diuæ Sophiæ, quam edificauerat in Kyow: Citoq; post eum mortui sunt bini filii eius, Veczeslaus, dux de Smolensko, & Gregorius Wladimirieñ.

Russitana opinio.

Sigiberti assertio.

Iaroslaus in filios principatū diuidit.

Iaroslai mors.

CAPVT XVI.

Boleslaus audax

BOleslaus liberalis, & audax, postea efferus dictus: Eo q; esset natu maior Kazimiri primi, & regno idoneꝰ, per patremq; dum uiueret ad succedendum post eū designatus. Coronatus est Gneznæ in regem Poloniæ, anno domini 1058 per Stephanum Gneznen̄, & Aaron Graccouien̄ Archiepiscopos, assistēte Dobrogniewa regina Poloniæ, genitrice ipsius. Episcopisq; magnificis, & multitudine nobilium Poloniæ Hunc Boleslaum, Wratislaꝰ dux Bohemiæ irato animo, sugillabat, q; germanum ipsius Iaromirum (gradu diaconatus reiecto & habitu laicali reassumpto) profugum ex Bohemia, & exulantem iure hospicii susceperit. Veritusq; ne aliquando ducatum eius, Polonorum stipatus suffragiis inuasurus. Bohemos ad defectionem inclinaret. Cum tota potentia, regnum Poloniæ ingrediens, uastabat eam orā, quæ Slesia dicitur. Boleslaus autē agmine & milite tumultuario & ueloci collecto, peruenit ad exercitum Wratislai, in quadam silua, statiua agentem, qui crastinā pugnam non expectans, omnibus sarcinis abiectis clam & propere: de nocte festinus in Bohemiā fugit, sed Boleslaus pluribus diebus eum insecutus & non compræhendens, Morauiam uastauit, & onustus spoliis: in Poloniam rediit. In sequenti uero anno: forti exercitu comparato: Boleslaus Bohemiā expugnare uoluit, nisi eum Wratislaus concordia & satisfactione præuenisset. In signum autem reconciliationis: & perpetuæ pacis

Boleslaus audax q & efferꝰ dicitur coronat.

Bohemi poloniam hostiliter ingressi.

Poloni Moraviam vastant.

pacis: affinitatem iungendo: accepit Wratislaus in cōiugem uirginem Swiatochnam, germanam Boleslai regis: ut in proximo est expræssum: hāc Bohemi uocitarunt Suathauarz: Iterum insurrexit bellum Prutenicū: nā gentiles Pruteni: extructa firma munitione: quam Poloni Grodek appellauerūt: prouincias Polonorū inuadebant: Intantū ut fere totam Pomeraniā eorum subiicerēt ditioni. Ad reprimendum autem Prutenorum audaciam: coadunato milite: rex Boleslaus Grodek obsedit: & nō ualens expugnare (strēnueē a Prutenis tutabatur: tū etiam q; locus ille erat & natura & arte plurimum munitus) regressus est: tandem cū expedito milite clam constituit opprimere inuasores Prutenos copiā pugnæ subtrahentes: Et cognoscens per exploratores: Prutenos iuxta fluuium Ossa congregatos: ad ingrediendūq; Pomeraniam paratos: subito iubet suos arma corripere: & fluuium tranare. Primis autē in flumine Ossa, & grauitate armorum & inundatiōe aquæ suffocatis (intumuerat siquidem flumē aquis) sequentes: reiectis armis, supera to flumine, una cum rege silenti agmine super Prutenos irruerūt: & quasi totā illā multitudinē deleuerūt. Exinde pax facta est, & Pomeraniæ recupatio

Bellum prutenicum.

Pruteni victi.

CAPVTX VII.

COnfecta itaq; pace cum Prutenis & duce Bohemiæ Wratislao Bela profugo hungarorū, assiduis precibus ingeminātē, & reductionē in Hungariam, tanq̄ ab affine suo postulante. Rex Boleslaus (ut refert historia hungarorum) fideliter Bele auxiliando ex omnibus terris suis belligeris cōuocatis: Hungariam contra Andream regem Pannoniæ ingreditur. Causa autē bellandi fuit, quoniam præfatus rex Andreas spreto & abiecto, germano suo Bela, coronari iussit in regē Hungariæ, filium suū Salomonē, minorēnem, nedum septimū annum trāsgressum, Conuenerūt itaq; reges, & exercitus eorū, iuxta fluuiū Cziſſe: Andreas rex fultus suffragiis imperatoris Henrici quarti, soceri filii eius Salomonis (de sponsauerat siquidē ei Henricus filiam suā Sophiam) & suffragiis Wratislai ducis Bohemiæ, generi sui (quoniā idem Andreas rex, Adleydā filiam, in consortem olim dederat illi) Et cōstituit tres ordines bellatorū, unū ex almanis, quibus duo duces Gwilhelmus, & Ponth præerāt: Alterū ex Bohemis quē Coradus Morauiæ dux, germanus Wratislai ducis Bohemiæ regebat. Tertium numerosiorē ex Hūgaris, quem ipsemet Andreas, per suos præfectos ducebat. Boleslaus idemtidē, tres ordines ex suis ordinauit, rariores quidem, sed belli officia & processum ex assuefactione iā dudum scientes. Adiecit & quartū ordinē hungarorū, duci Bele adherentiū, in eis paucam fiduciā habens. Facto ergo congressu, diu ancipiti marte pugnatū est utrimq; pluribus cadentibus, sed cum rarefacti sunt exercitus Almanorū & Bohemorū, & acies eorum fuissent inclinate: Hungari machinatiōes Bele metuentes, relicto Andrea rege, accesserūt ad Belam, quo comperto, rex Andreas fugam iniit, et cōprēhēsus ad portas Musim, in silua Bokon, trucidatus, expirauit: Conradus Morauiæ captus, misere excœcatiōi datꝰ: milites uero almanorū crudeli trucidationi per Hungaros adiudicati, per Boleslaum Poloniæ regē libertate sunt donati. Ex loco certaminis directis aciebus, rex Boleslaus, per

Boleslaus hungariam ingressus belam restituit.

Boleslaus ger: & bo: in hūgaria vicit.

Andreas hūgariæ rex cœsus.

Boleslai in germanos & morauos liberalitas & munificētia.

duxit Belam in albã regalem ad coronationẽ, qua perfecta mũeribus plurimis, & Boleslaus, & ſuus exercitus præmiatus, in Poloniã reuerſus eſt: Protantis uero beneficiis, deo gratias agẽs, ut par erat, Boleslaus monaſterium in Mogilno oppido Gnezneñ dioce. anno domini. M. 65 fundauit & dotauit Ex Thiniecz quoq; monaſterio dioce. Graccouieñ, ordinis ſancti Benedicti, monachos in ipſum introducens, contulit & præfato monaſterio oppidum Mogilno ac pro fundo aſſignauit: cũ uillis Cziruenſk, Chreñow: Bolmo, Velerich, Coſſouo: Crẽnow: Golumbino, & alios plures redditus ex curiis ſuis piſcinis, foris: & theoloneis. Fuit autẽ primus Abbas Mogilnenſis: Mégo/ſius natione gallicus, olim de Cluniaco cum aliis fratribus receptus.

Monaſterij in Mogilno origo.

CAPVT XVIII.

SVb hac tempeſtate accepit Boleſlaus in coniugẽ Viſſeſlauam principis Ruſſiæ unicam filiã. Exindeq; occaſione accepta, Ruſſiam ſubiugare in animo deſtinauit, ut ſe Boleſlao Chrabri pro tauo ſuo equaret. Habebat ſiquidem Boleſlaus, tres exules inſignes, in ſua curia: Zaſlaum principẽ Kiouieñ: Belam germanum Andreæ regis Hungariæ, & Iaromirũ germanũ Wratiſlai ducis Bohemiæ. Introducto; Bela ac in regno Hungariæ locato: Iaromiro etiam ſplendide munerato in Bohemiam remiſſo, & epiſcopatu Pragẽ oblato, ſolus Zaſlaus qui prior ante illos in Poloniã profugus aduenerat, reſtabat in Ruſſiam & in ſedem Kiouieñ, (de qua eiectus erat) reducendus. Cum eñ nobiles Kiouieñ. inſtanter petiſſent, ut Zaſlaus princeps ipſorum, e uinculis in quæ coniecẽrat Viſſeſlaum fratrem ſuũ ducem Polocenſem cũ filiis eius relaxaret, & nõ acquieuit, ſeditione mota eum a ſede ſua expulerũt, & Viſſeſlaũ in principẽ kiouieñ, dominum ſuum erearũt. Conuocato itaq; milite, ex ſuis prouinciis, habens in ſuo comitatu præfatũ Zaſlaum cũ filiis eius, Mſciſlao & Suatopolkone, profectus eſt in Ruſſiam, & cũ appropinquaret urbi kiouieñ. Viſſeſlaus cũ agmine exercitus nõ contemnendi, uoluit ſeſe opponere, & tranſitum regi Boleſlao prohibere, ſed uiſa potentia Boleſlai perterritus, clam a ſuis in Poloczko fugit, quare boyari kiouieñ nimio metu perculſi, cũ pignoribus ſuis & omni ſubſtanria, uolebãt exuſta urbe, & caſtro kiouieñ, ſuam ſalutem dumtaxat conſeruando, ſeſe in Græciam recipere, ſed adhortamento Suatoſlai & Wſeuoldi Czirnieouienſiũ ducum, caduceatores miſerũt ad Zaſlaum, ut relictis Polonis ad ſedem ſuam in pace rediret. Boleſlaus ergo rex ſarcinis dimiſſis, & parte copiarum relicta, ut paulatim ſe inſequerentur, ipſe cum Zaſlao & expedito milite, celeri gradu in kiouiam proceſſit, præmiſitq; Mſciſlaum, filium Zaſlai ad explorandum, an in pace ſint omnia apud kiouieñ uel in dolo. Qui ingrediens kiow, reperienſq; eam tranquillam, trucidans ſeptuaginta, ut uidebatur: ſedicioſa capita: intimauit tam regi Boleſlao q̃ Zaſlao ſuo genitori: q; omnia pacificata eſſent. Aduolauerũt ergo rex, & Zaſlaus itũq; eſt eis in obuium, ſuſceptiq; ſũt maxima cũ reuerẽtia. Ingreſſus ergo Boleſla⁹ urbẽ kiow, ſecũda Maii: mãſit in ea tota æſtate: autumno & hyeme: militibus polonorũ in oppidis & uillis hibernãtibus. Zaſlaus uero princeps kiouieñ: acceptis ſuis copiis: & regis Boleſlai: inſecutus eſt

Boleſlaus Ruſſitis bellum p zaſlao mouit.

cutus eſt Viſſeſlaum in Poloczko, quo, per fugam elapſo: compræhẽdit caſtrum Ploczko: totamq; regionẽ eius: & filium ſuum Mſciſlaum primũ ibi locauit: eoq; morte aſſumpto: Suatopolkonẽ alterum filium ei ſurrogauit. Tranſacta autem hyeme, plurimis donis per Zaſlaum rex Boleſlaus: & ſui milites remuneratus: in auro, argento: uaſis, gẽmis: ueſtibuſq; præcioſis uerſus Przemiſliã diuertit: & ui receptis uicis ac oppidis: aliis uero ſpõte ſe dedentibus ad Przemiſliam applicuit, quã poſtq̃ tumor: ac inũdatio fluminis Szan decreſceret, tribus diebus continuis oppugnauit: quarto uero die Ruthẽnis ſubſiſtere nõ ualentibus: in caſtrum cũ omnibus ſuis rebus excedentibus eam recipit: & prædam eius militibus conceſſit: refectiſq; militibus: caſtrũ obſidione cinxit: tota æſtate expugnationi eius immorãdo, donec aqua deficiente: & peſte in caſtro iuualeſcẽte: miſſis caduceatoribus: pacis contractu inito: ut ſaluis ſubſtantiis & equis poſſint e caſtro recedere: caſtrũ Przemiſl Boleſlao dedere. In quo demorando per hyemem hibernauit. Venerũt autem ad ipſum illic cõmorantem, Geyſza, Ladiſlaus & Lampertus duces filii Bele regis Hungariæ in Demes regis uillagio: caſu ſolii ſeu edificii confracti: & mortui. Poſt cuius mortem: in principio ueris ſequentis: Henricus imperator Romanorum: ducens ſecum Salomonẽ generum ſuum: Hungariam ingreſſus: iuſſit denuo coronari præfatum Salomonẽ in regem hungariæ, a quorum potentia Geyſza, Ladiſlaus & Lampertus duces: uidentes eis ſubtractã obediẽtiam hungarorum: in poloniam ad conſanguineum ſuũ Boleſlaum regem fugerunt ſupplicantes, pro reſtitutione & reductione eorũ in Pannoniã, de qua metu perculſi exceſſerũt. Boleſlaus uero obmiſſo Ruthenico bello, cum delecta manu ſuorum militũ, iam nominatos duces ex Przemiſl in Hũgariam perduxit. Et cum ſtatiua proxima Bude ageret, rex Salomon uidens ſe ab hungaris deſeri (iam eñ Salomõ in dominãdo erat eis pertesus) in caſtrũ Moſon, natura & ſtructura munitiſſimũ diffugit. Pontifices uero hungariæ, quibus cura fuit patriæ, pacem inter eos in hunc modũ confecerunt, ut rex Salomõ: q̃uis natu minor, regio diademate inſignitus, binas partes regni poſſideat. Geyſza uero, Ladiſlaus, & Lampertus ducalem honorẽ, & terciã partẽ habeat, rex Boleſlaus de erario utriuſq; partis remuneratus diſcedat, ſicq; cũ gloria & fauore utriuſq; partis remuneratus in Ruſſiam diſceſſit, tamen totum a ſtatis tempus in huius modi compoſitione pacis in hungaria aſſumpſit. Et hyeme tranſacta, uolens reducere in ſuam ſedem Zaſlaum ducem Kiouieñ ſecũdo eiectũ de Kiow, per Suantoſlaũ & Wſeuoldum duces Czirneouieñ, reduxit agmina ſuorũ exercituum, & diuertens, inuaſit territoria & caſtra Ruſſiæ Chelm, Wladimir & Volhin, quod nunc Luczko appellatur. Et his conquiſitis anno ſequẽti ſcilicet. M. ſeptuageſimoquarto, recto tramite ad Kiow proceſſit. Cui Wſeuoldus dux Czirneouieñ occupator Kiow (iã eñ Suãtoſlaus germanus eius morte interierat) animatus per Ruthenos, cũ forti exercitu Boleſlaum inuaſit, & longo prælio confecto, dextra ala polonorũ incœpit declinare, & prope fugam ſpectare, Rutheniq; clamoribus cœperũt exultãdo uociferare, hoſtes fugiunt hoſtes ſuperati cedũt, quod cernens Boleſlaus rex, uir acerrimi pectoris, & magnæ audaciæ

Boleſlaſ ex ruſſia reddítus.

Przemiſlia expugnata.

Boleſlaſ in hũgariam ingreſſus ſecundus.

Pax hũgarorũ

Boleſlaus in Ruſſiã rediit.

Boleslaí victoria ex Russitis.

audaciæ, nouam cohortem militum in laborantē alam dextram induxit, tandem & cū suis, in fortiorem cuneum Ruthenorum impegit, & eum disiecit, tūc potentia ruthenorum corruit, & fuga extēplo secuta est. Dux Wseuoldus fuga saluatus est. Rutheni effusi plurimi ceciderūt, ex polonis uero prope mille occisi & sepulti, reliqui omnes in poloniā uictricia tela & spolia intulerūt: Viditq; rex Boleslaus, eo anno cum suis grande miraculum. Piotrek heredem de piotrauin humatum, post triēnium per beatissimū Stanislaum Episcopū Graccouieñ resuscitatū, ꝓ rout in sequentibus tangetur. Præterea sequēti anno qui fuit Millesimus septuagesimus quintus maiori exercitu cōparato, ex milite equite & pedite, rex Boleslaus, itinere recto, ad Kiouiā metropolim Russiæ pro ea tempestate, urbem insignem & amplā contendit, & eam obsedit, undiq; prouidens per seipsum, undiq; prohibens, ne quicpiā in urbem inferretur. Certabāt autē & præliabantur ex urbe effusi milites Ruthenorū, donec caristia, fame, ac peste tam ipsi nobiles q̄ populares laborarēt & contabescerēt. Miserunt ergo legatos, promittētes subiectionē & fidelitatem, dumtaxat ne in eos rex sciret postulantes, quod & promisit. Et nō differētes, eodem die susceperūt eum cū maximo honore. Ingrediens autē ꝓportam, mucrone geminando percussit in portam ferreā, & laminam ipsius transuerberauit, instar protaui sui Boleslai Chrabri. Prohibuitq; cunctis suis militibus, ne spolia & expilationes in ciues agerent, ob quam beneficentiā sponte contulerūt Kiouieñ munera & regi obtulerunt, quæ in milites quos nouerat conspectiores uigilantioresq; distribuit. Præfecit autē Zaslaum gubernationi Russiæ. Ipse uero moratus est cū suo exercitu in kiow. Ex q̄ mora tam ipse rex, q̄ eius exercitus, incidit in pernicie uoluptatū, comessationum, ebrietatum & libidinum: Kiouia siquidem urbs ampla, & uicis largis porrecta erat: ferax frumento, carne, pisce, melle, & fœminis staturæ procere speciosissimis, quarū pulchritudine capti, in sentinam omnium libidinū corruerūt. Ipse insuper rex Boleslaus, in crimen spurcissimū sodomiæ, kiouiensibus commune & usitatū, prolapsus est. Vt quos armis uicerit, horum fedissimis facinoribus uinceretur. Diuina ultio nil mali impunitū relinquens, merito super eos uenit, in regē quidē, quoniā tā a suis q̄ ab exteris cōtemni cœpit, in Polonos uero, quoniā uxores, sorores & filiæ eorum, libidinibus uictæ, & uiris prope septenniū orbatæ, in tedas & complexus seruorū conuolauerunt. Dum hæc in castra regis, per crebros nūccios & rumores deuoluta sunt, qui dā militū polonorū fremētes & impatiētes iniuriæ thori cōiugalis, clandestine ad propria discedūt, alii exemplo illorū, rege nequicq̄ prohibere ualente de nocte fugientes abscedunt, ultum iri uiolata matrimonia, in suis mulieribus & seruis. Rex animaduertēs se sprætum, & desolatum, cū raro & paruo agmine eos insecut⁹ peruenit in poloniam, & primos fugæ iniciatores quos potuit comprahēdens pernecat, sequaces eorum alios carceribus, alios priuatione possessionū reliquos exilio damnat. Matronas & mulieres, quibus abs earum maritis, parsum erat truculentus dehonestat, & pectore saxeo immotus: prole ammota: cattulos ad sugendū ubera applicat. Res inaudita sæculis: dat lac humanum cattulis: abiecta prole tenera: Insup (ut aiūt) ad augendū

Boleslaus iter⁹ Russiā ingress⁹

kyouia subacta:

Exemplum Capue.

Boleslaí tyrannis.

ad augendū crimen sodomiæ: potius uero ad inserendum dehonestationē matronis: iumentū purpura uelatum: publicæ post se duci iubet. Omnibus inuisus: omnibus dirus tyrannus. Et q̄uis plures fuerunt in polonia pontifices: nullus tamen ausus est curare excessiua regis scelera: nisi beatissimus Stanislaus Episcopus Graccouieñ: qui hāc palestram ingressus est, quoniā Petrus Archiepiscopus Gneznēñ: cuius officii principaliter erat regem a prauitatibus reducere: uidens lupum uenientē non se opposuit. Stanislaus uero zelo diuino & plebis iniuria accensus: regi sese opposuit tanq̄ alter Archiepiscopus, quoniam sedes eius nouissime Archiepiscopatum, incuria antecessoris sui Lamperti Zule āmiserat. Sed ut pauca de beatissimo Stanislao pstringam, hactenus de bellis & actibus Boleslai sufficiāt, ultima eius in uita sancti Stanislai complectar finiendo.

Archiepiscopatus Graccouiensis in Lamperto desinit.

CAPVT XIX.

BOleslaum audacem regem Poloniæ, peracta ac repōrtata belli uictoria de Wseuoldo duce Russiæ, ob raptum, & crimen adulterii, in nobili fœmina Cristina, militis Mścislaui consorte perpetratū. Beatus Stanislaus Graccouieñ episcop⁹, monuit & corripuit, ut conuersus ad dominum saluaretur. Ipse uero fremens, & tanq̄ leo e cubili suo excitatus, minas spirans, tendiculā & insidias uiro sancto pauit & opposuit ut malū ꝓ bono redderet. Sciēs nāq; uir beatū, coemisse uillā Piotrauin pro ecclesia Graccouieñ. Induxit nepotes nobilis olim Petri dū uiueret cognominati piotrek, heredis de Piotrauin, promittēs eis regiā assistētiā ut repeterent hereditatem piotrauin, beatū Stanislaum impetendo & cōturbādo: Itaq; agente rege magnorū terminorū iudicium, in papilionibus & tentoriis, super pratis & campestribus, inter Solecz & Piotrauin. Cōuentus sacer præsul per eos, negauit uillam esse de proprietate eorū, sed eam iure emptionis fuisse & esse suam. Et dum (rege & consilio ei deferente) dies testibus probandi aduenisset, timore regis & cōminatione requisiti testes suam præsentiam subtraxerunt. Inquit ergo sacer antistes Stanislaus. Video o rex: deficiente hominū testimonio, operepræciū fore, diuino adiutū suffragio, principalem uenditorē ad perhibendum ueritatē, in quadriduo me producturum quod rex & assessores tanq̄ deliramentū accipiētes in termino sequēti quatuor dierum opperiebātur. Iubet ergo beatus Stanislaus omnibus sacerdotibus, quos habere potuit, deum orare: missis, & obsecrationibus, ieiuniū triduanū omnibus instituendo. Ipse autē die noctuq; in ecclesia parrochiali sancti Thomæ apostoli, in præfata uilla Piotrauin, in districtu Lublineñ sita, conamine orabat, assiduis suspiriis & lachrymis intermixtis. Quarta uero die indutus pontificalibus sub præsentia cleri, & multitudine populi, sarcofago Petri, iā triennio mortui aperto, prostratus in faciem super terram, deuotissime orauit, & ab oratione surgens, bacculo pastorali cineres defuncti Petri nobilis tetigit, dicens. In nomine patris & filii & spiritussancti: Surge Petre: ad perhibendū testimoniū ueritati, qui mox surrexit & stetit, sacer uero pōtifex Stanislaus, manu porrecta eduxit eū de sepulchro. O Stanislae q̄ magna fides tua erat, ut Petrus triennio uita functus, uoci tuæ obediens, protinus ab inferis

Sāctus Stanislaus Petrū suscitauit triennio mortuum.

inferis euocatus paruerit. De ecclesia ergo sancti Thomæ apostoli egressi, peruenerũt in præsentiã regis pro tribunali sedentis. Ad quẽ beatus Stanislaus: En, inquit, rex, adduxi Petrum uenditorẽ uillæ Piotrauin ad euincendũ & referendum, singula quæq; uenditionem huiusce modi concernentia. At rex cum assessoribus, stupidi obmutuerunt. Omnes siquidem conticuerãt in tentiq; ora tenebant. Petrus uero ad regẽ. Ego o rex Boleslae fateor me uendidisse hereditatẽ meam uillam Piotrauin, huic uiro beato pontifici, & completam accepisse solutionẽ, nepotes uero & cognatos meos, nil proprietatis nilq; reseruatiõis in ea habuisse, neq; habere. Et conuersus ad impetitores ne potes suos dixit. Quis uos in hãc uesaniã impulit, ut ueritate prophanata, friuole & iniuriose uirum beatum inuaderetis? Ideo nisi pœnitentiam ægeritis grauem pœnam, & uindicem iram omnipotẽtis dei incursi lugebitis. Expedito resuscitatiõis, ac testimonii officio, a conspectibus regis & consiliariorum uir dei Stanislaus, cũ Petro in uillam Piotrauin diuerterunt, maxima multitudine eos cõcomitante ac inspectãte, ut regẽ in castris solitarium deserẽt. Peruenientes autẽ in locũ sepulturæ Petri, tali sermone adorsus est eũ uir beatus Stanislaus, uis inquit Petre ut præcando, a domino meo saluatore, longã tibi uitam obtineã? Respondit Petrus. Non expedit præsul beatissime, uerum magis præcare obsecro, ut a penis purgatorii liberer tuis meritis quas breui tẽpore si pro me oraueris, spero me euasurũ. Et ingressus tumulum locato corpore, resoluit spiritum. At pontifex cũ omni clero & populo, decantatis psalmis & orationibus pro liberatione Petri fusis, tumulum ex more composuit & abiit.

Petri testimonium.

Petrus redijt in sepulchrum.

CAPVT XX.

POst reditũ autẽ regis Boleslai e Kiow, quã expugnauerat: & in poloniã tyrannidẽ exercendo in milites profugos, quoniã in terra aliena relicto eo abierant. Et in mulieres atq; matronas, quarum uberibus corde ferreo & effero prospectãs, cattulos applicabat, quoniã inter bellandum non suis maritis adheserãt, & pepererant. Et in subiectos, quoniã excessiuis exactiõibus ac oppressionibus eos expilabat & extenuabat. Dum neminẽ haberet qui a tyrannide & deprauationibus suis eum reduceret. Stanislaus zelo iustitiæ armatus plebis iniuriæ compatiẽs Primum in secreto, tandem cũ non acquieuisset, coassumptis secundũ formã euangelicam aliis prælatis & baronibus, regem aggressus, obsecratus est, & monuit, ut iusticiã colendo, beluinam tyrãnidẽ abiiceret, subuectiones (quæ in polonico poduodi nũcupãtur) nõ exigeret, stationes & exactiones superfluas nõ extraheret, & a pessimo facinore sodomiæ (cui uelut iumentũ inuolutus & sordescens inhiabat) cessaret. At ille uelut lignum tortuosum exasperatus non deflexus, in sanctum dei maledictoria, & contumelioſa, ore minaci cõgessit, & eum sectioni minutatim destinatũ, interfecturũ iurabat. Ad ueniẽte termino monitionis præfixo, nullaq; regis emẽdatione facta. Stanislaus Episcopus per se (quoniã alii omnes sacerdotes timore perculsi hoc officium subire recusarũt) contumacẽ & excommunicatũ publicauit. Mãdans ut in omnibus ecclesiis suæ dioceſis, tanq̃ lignum putridum excõmunicatus denũciaretur

Rex excommunicatur.

denũciaretur Ei quoq; ecclesiam Gracouieñ sub diuinis ingredienti Beatus Stanislaus occurrẽs. Qua, inquit, temeritate rex audes diuina prophanare, deum cuius iram uindicem non expauescis exacerbans, & tuis deprauatis actibus, finem humiliatus nõ imponẽs. Rex ardentissimam bilem incidens, ore & manu minitans: de ecclesia exiuit, & in castrum Graccouieñ ecclesiæ contiguum se recepit. Et fremebundus iurauit, dissecturum Episcopum ubicũq; reperibilem. Almus tamen præsul Stanislaus, ne ecclesia sponsa sua propter eum quicpiã mali incurreret: In abditis occultisq; locis degebat, uacans missarum sacrificiis & orationibus. Pro reductioneq; regis & saluatione uberrimis fletibus inundabat, sicq; elusit conatus regis plusq̃ uno anno. Anno aũt domini. M. septuagesimo nono, tercio idus Maii die ipsa in feriã quintam cadente, sancto Stanislão in ecclesiam sancti Michaelis de rupella cũ suis clericis ut diuina celebraret descendente. Ab exploratoribus uisus, & regi Boleslao delatꝰ est. Rex uero correpto acinace & pluribus militibus ac cersitis ad insequendũ se properanter ad ecclesiã sancti Michaelis, tũc inter prata in parua rupe extantẽ peruenit. Beato Præsule missam nondũ finiẽte Iussitq; stans foris, milites ingredi, & eum ab altari extrahere. Qui ingressi, & sacrum antistitem tangere uolentes, abierũt retrorsum & in terram cecidẽrũt: Prouolutiq; exiuerũt de ecclesia. His obiurgatis rex plures iubet ingredi, ad perpetrandum scelus in sanctum dei. Sed hi magno casu retrorsum ecciderunt, & reptantes manibus pedibusq; de ecclesia sunt euoluti. Adiecit excœcata mens, tercium introitum repetere. Cum stomachatione ac maledictione: O inquit degeneres & nõ milites, fœminæ & nõ uiri: Non potestis unum sacerdotem protrahere de ecclesia, meas graues iniurias in eo ulturi. Ipsi uero obiurgati audacius ingressi: corruerunt ac fortius q̃ prius retrorsum abierunt. Et ipsis exeuntibus rex non credens narratis, rapto gladio & exerto, furiosus ecclesiã intrauit, & sacrificantem præsulem gladio in caput percussit, dirupit atq; prostrauit, sanguinem eius recenti sacrificio altaris commiscendo. O scelus immẽsum, impius & sceleſtus occidit pium, & sanctũ, sacrilegus præsulem, sponsum in gremio sponsæ, pastorem in suo ouili, tũc satellites sceleris accurrentes, alius præ alio strictius ac uibratis gladiis, repetitis uicibus, ad complacendum regi, & ad abolendum ignominiam, per eum ipsis inflictam, beatum uirũ in multa frusta conciderunt, nonnulla historia referente in septuaginta duas partes: Non cõtentus sceleſtus rex in rabie patrati sceleris: iussit pecias & membra, in plano circũiacentis campi disiici, ut a bestiis & sanguipetis alitibus deuorarentur, sicq; deleret memoriã eius de terra. Sed deus in sanctis suis mirabilis, nocte sequenti radios e cœlo supra quãlibet particulam uelut lampades miræ rutilãtiæ stãtes demisit. Et quatuor grandes aquilas, a quattuor mundi partibus aduenientes, in custodiam nocte & interdiu deputauit, quæ superuolãtes, omnes bestias & carniuoras alites abigebant. Cernẽtes quidã patres, Prælati, & Canonici ecclesiæ Graccouieñ religione pleni, corporis beati partes in nocte illustrari, disiectos artus, tercia nocte collegerũt, membrum ad membrum, & partẽ ad partem, pro ut usum est eis, apponendo. Mirabile dictu, mox cœlestis medici uirtute, co-

Rex ab ecclesia prohibitus.

Martyriũ diui Stanislai.

Diuus Stanislaꝰ sacrificans per regem occidit.

Miraculum. 1.

Miraculum. 2.

aluit,ac integerrimũ ſine nota cicatricũ redditum eſt.Exhilarati ergo poſue rũt illud in tumbam & ſub diuo,ante fores eccleſiæ ſancti Michaelis de Ru pella ſepulturæ tradiderũt: Ne ſi in eccleſia ſepulturam ægiſſent,rex,exhu matũ ut prius per campum diſperſum proieciſſet. Aiunt interfectores regi Boleſlao in nece ſancti Staniſlai coherentes,fuiſſe de armis ſtreparum,de ar mis Sreniawa cũ cruce & ſine cruce,& babati cũ cruce. Gregorius papa ſe ptimus,perlata ad ſe crudeli nece beati uiri Staniſlai, dedit in mandatis, ad Petrũ Archiepiſcopum Gnezneñ,& omnes epiſcopos regni poloniæ,ut in terdictum generale in tota prouincia obſeruarẽt,& eccleſias obſeratas clau derent,regemq; Boleſlaum anathematiſauit, & coronam regno poloniæ ab ſtulit,ne de cætero quiſpiã principum in polonia abſq; ſpeciali cõſenſu ſedis apoſtolicæ coronaretur,abſoluitq; a Boleſlai obedientia,omnes Principes Barones, Vaſallos. Feudarios & ſubiectos:Milites uero,qui cum rege in ne cẽ beati pontificis auxilio aut cõſilio conſpirarãt, cũ tota eoꝝ domo & nepo tibus , ad beneficia eccleſiaſtica habita & habenda, ad dignitates quoq; & honores,uſq; in quartam generationẽ inabilitauit. Et q̃is obediẽtia per pa pam regi Boleſlao ſubtracta fuiſſet:Ipſe tamen ſe pro rege geſſit, & ſingu los parere ſuis imperiis,coegit,donec quoſdam primores regni, in captiuati onẽ eius & mortem conſpiraſſe cognouit, tũc eñ cor eius culpa redarguen te concidit. Et accepto ſecum filio ſuo Myeczlao,annum agente duodecimũ (qui poſtea ad regnum reductus mortuus eſt) relicta polonia, feſtine totus meticuloſus in Hũgariam,ad Ladiſlaum regem Hungariæ perrexit. Cui & frãtribus eius,Geniſze & Lamperto,fideliter auxiliatus fuit eos in regnum Hungariæ,prout ante expræſſum eſt reducendo. Ladiſlaus uero rex hũga riæ in ſummo honore,& omniũ neceſſariorũ prouiſione, Boleſlaum cũ ſuis fouit. Deo aũt uindicante,cito poſtea in amẽtiã rex Boleſlaus incidit,& per ſiluas uagus xii. kalendas Aprilis morte interiit. A ſuis canibus(ut ferunt) eum inſequentibus deuoratus. Tradunt quædam annalia,q̃ auditaſugilla tione hungarorũ,de occiſione beati præſulis Staniſlai, compũctus, dimiſſis omnibus & filio Myeſzko apud regem Wladiſlaum relicto atq; commẽda to,in clamide abiecta,unico comitatus ſeruo, clam in Corinthiam peruenit ad monaſterium Ozia iuxta lacum de prope Villacũ,aliis referentibus q̃ ſe ceſſerit in monaſterium Vilthnia,prouinciæ atheſis prope Iſburg,ubi omni bus ignotus,in ſqualoribus coquinæ ſtrictam agens penitentiã,reatũ occiſi onis beati antiſtitis Staniſlai diluit. Ego uero percũctando,non potui inue nire in prædictis locis,patentem ipſius profeſſionem ac penitentiã. Et utinã aliquando compunctus,ob ſuæ culpæ expiationis remediũ eã ſuſcepiſſet. Iſte eſt Boleſla9 qui poſt ſuum protauum Boleſlaum Chrabri, patriæ fines tropheis magnifice propagauit. In omnes liberaliſſimus fuit. In audacia cæ teros ſuperauit. In uicio ſodomiæ fediſſimus apparuit. In tyrannide militũ & ſubditorũ, efferus innotuit. In beati Staniſlai nece truculentus carnifex cognomen inuenit & reportauit. De hoc eccleſiaſtice legitur,affluens diui tiis,largus beneficiis,belliger in hoſtibus,tyrannus militibus, hic fuit Boleſ laus. Cuius in temporibus plebem dei regens legibus occubuit Staniſlaus.

Regnum polo niçcorona pri uatum.

Rex a papa a nathematiza tus.

Boleſlaus in Hungariã fu git.

Boleſlai miſer interitus.

Alia opinio d' morte Boleſlai

Tertia opinio de morte Bo leſlai.

Boleſlai uirtu tes & uicia.

IN principio regni Boleſlai largi in Polonia,uenerũt Polowczi barbari cũ duce ſuo Szekal cõtra Wſeuoldum ducem Ruſſiæ de Pereaſlaw,& ſecunda die Februarii inito certamine,uincunt Wſeuoldum & ducatum ipſius crudeliſſime uaſtarũt. Hoc pri marium malum fuit quod Ruſſia expoſt paſſa eſt a Polowczis. Deinceps ad diderunt alteram irruptionem Polowczi in terras Ruſſiæ,quibus tres duces Zaſlaw Kiouieñ. Suantoſlaus Czirnicouieñ: & Wſeuoldus Pereaſlauieñ circa flumen Olcha occurrerũt,cõmiſſoq; certamine,Polowczis ceſſit uicto ria,qua obtenta uaſtationem terrarũ Ruſſiæ longe extenderunt: Oppida & & uillas,cæde ac ſpoliatione debachantes, milites uero Ruthenorũ diffugiẽ tes,flagitare cœperũt,quatinus bini duces Zaſlaus & Wſeuoldus: Viſſeſ laum Polocenſem ducem,& duos filios eius,quos anno ſuperiore in dolo ca ptiuauerãt,a uinculis ſoluerẽt, quod dum impetrare non poſſent, in ſeditio nem uerſi. Duces Zaſlaum & Wſeuoldum de Kiow exturbãt. Præfatis au tem ducibus,Zaſlaw & Wſeuoldo diffugientibus,milites ſubſtantiã & ſup pellectilẽ caſtri Kiouieñ diripuerunt,& ergaſculo aperto, ducem Viſſeſlaũ cum filiis ipſius a uinculis liberauerũt,& in dominum Kiouieñ præfecerunt Zaſlaus uero,dux Kiouieñ non audens in Ruſſia conſiſtere. Cum uxore, & duobus filiis in Poloniam ad regẽ Boleſlaum fratrem ſuũ amitalem fugit, a quo benigne acceptus & fotus eſt. Inſuper & ad ſedem Kiouieñ reinductus atq; repoſitus,prout ſuperius in hiſtoria de Boleſlao narratum eſt. Polow czos uero contra Czirnicow diuertẽtes. Dux Suantoſlaus,nil clade ſuperio ri deterritus,habens tantum tria milia uirorũ in ſuo exercitu,prima die No uembris anno Chriſti. M. quinquageſimi noni,circa Sznowſko inuaſit,ubi multitudo a paucitate ſuccubuit. Nam duodecim milia Polowczonũ profli gauit:Ducem eorũ,& primates uiuos cœpit,& prædam quã in terris ruſſiæ quæſierãt excuſſit. Poſt aliquot annos ſedente Zaſlao in Kiow,poſt eius re cuperationẽ,orta eſt contentio inter eum ab una: & duces Swantoſlaum & Wſeuoldum partibus ex altera,pro finibus & ſpoliis. Perpendens aũt Zaſ laus fluxam ſuorum militum fidem,diſceſſit ex Kiow & iuit in Poloniã,ad re gem Boleſlaum cũ uxore & filiis: Swãtoſlaus uero & Wſeuoldus duces, ui geſima ſecũda die menſis Marcii Kiouiam ingreſſi, ſedem eius & principa tum occupauerũt. Et Swantoſlao in breui,quia uiceſima prima Decembris anni occupationis eiuſdẽ ſcilicet. M. ſeptuageſimi ſecũdi mortuo, & in Czir nicow ad eccleſiam ſancti ſaluatoris ad ſepeliendũ relato. Wſeuoldus frater ſuus,in principatu kiouieñ ſuccedit,quo cum Boleſlaus rex poloniæ iterum Zaſlaum reducendo,prope kiow forti pugna conflixit, & eum debellauit, kiouiamq; obſidẽdo expugnauit atq; poſſedit. Zaſlaum ei præficiẽdo atq; ſurrogando: Filius autem Zaſlai Suatopolk,in Nouogrodeñ ducatum ſuc ceſſit,quoniã Hleb Swantoſlai ducis Czirnicouieñ filius,ultimus poſſeſſor eius,recẽti morte a ſuis neqter occiſus erat. Wladimir9 uero alter fili9 Zaſ lai obtinuit & ſedit in Smolẽſko,& Iaropolk tercius filius locat9 erat in Viſ ſegrod. Sicq; terre ruſſorum uidebantur pacificatæ: Verũ ſtimulante odio, Borziſch & Olech duces Ruſſiæ,aduocatis Polowczis,terras ruſſiæ uaſta

Polowczi Ru thenos uicerũt

Polowczi uicti.

re incepērūt. Dux autem Wſeuoldus Czirnieouieñ eis occurrēs, in loco qui dicitur Ziczcze, cum ipſis die uicteſima quinta Auguſti conflixit: Et uictus etiam ſedem ſuam caſtrū Czirnieouieñ perdidit. Exindeq; plurimum anguſtiatus, ad fratrem ſuū Zaſlaum ducem kiouieñ cum Wladimiro filio ſuo diuertit. Quos ille benigne excœpit, & fouit, dicens: Ego ſum uobis in exemplar, qui omnibus ſpoliatus in terris alienis, ſtipe polonorū uixi, & ſuffragio eorū omnia mea rehabui. Coadunata itaq; militia, Zaſlaus dux kiouieñ cū filio ſuo Iaropolko, & Wſeuoldus dux Czirnieouieñ cū filio ſuo Wladimiro, uadunt contra Czirnieow: in quod ſe Borziſch & Olech robore Polowczonū freti, receperāt. Perſuadebat autem Alexius, qui & Olech duci Borziſch aiens. Non pugnemus contra quattuor duces fratres noſtros, quoniā fortiores nobis ſunt, ſed æquis conditionibus pacem petamus. Et Borziſch in ſuperbiam elatus, non acquieſcens reſpōdit. Non te aliqua ſollicitudo de uictoria detineat, ſed plenus ſpe euentū belli expecta. Et facto cōgreſſu, interficitur Borziſch filius Czeſlai, qui pacem abnuebat. Sed & dux Zaſlaus kiouieñ, dum prælio cōfecto, inter pedites ſecurus uerſaretur, ab uno milite ducis Olech qui tanq̄ proprius peditibus ſeſe ingeſſerat, percuſſus inter ſcapulas, tranſoditur & occiditur. Et per filium ipſius Iaropolkum relatus in kiow, cum magno planctu ſepelitur, in eccleſia beatæ Mariæ, anno Chriſti. M. ſeptuageſimo ſexto. Erat autem Zaſlaus uir altæ ſtaturæ, uerus cultor iuſticiæ, Caſtrū Czirnieow recuperās Wſeuold⁹ tradidit filio ſuo Wladimiro natu maiori. Iaropolkum uero alterū filium locauit in Thurow. Ipſe autem Wſeuoldus tanq̄ germanus Zaſlai, ſucceſſit in principatu kiouieñ. Propter quod liuore excitati aliqui Ruſſiæ principes, mouerūt ei bella. Romanus namq; dux Ruſſiæ, uolens ſedem kiouieñ occupare, cū Polowczis in auxilium ſui conductis, uenit contra Wſeuoldum, & circa Pereaſlaw, ſecunda die Auguſti mediantibus Baronibus pacificantur. Polowczi uero, mota ſeditione, ducem Romanum. Eo q; ipſis inconſultis pacem conſumaſſet occiderūt. Iterū inſurrexit contra Wſeuoldum, Iaropolkus filius Zaſlai, quoniam præripuit ei paternam ſucceſſionē principatum kiouieñ. Wſeuoldus autem frequenti conſilio aduocato. Ex uno conſiliariorū tale documentū accepit. Mitte filium tuū Wladimirū cum exercitu contra Iaropolkum, quem ego præueniendo, ſine armis debellabo, & meo uafro conſilio, fallam. Venit itaq; ille fallax conſultor ad Iaropolkum dicens, non confidas conſiliariis, & militibus tuis, quoniā uolunt te decipiendo tradere Wſeuoldo. Sed concito pede uade in poloniam, quēadmodum Zaſlaus pater tuus fecit auxilia pro reſtitutione petiturus. Credidit Iaropolkus fallaci ſermone, & relicta matre uxore, & filiis in caſtro Luczko, fugit in poloniā ad regē Boleſlaū quē Boleſlaus nō ualēs in ꝓpria ꝑſona reſtituere, ꝓpter ſciſma, inter ipſū & ſuos milites exortū, miſit cū illo milites polonos, quoꝝ robore recupauit caſtꝝ Luczko. Poſt diſceſſū Iaropolci, ꝑ Wladimiꝝ expugnatū & occupatū: Aliaq; caſtra Wladimirus eidē reddidit, aut reddere ꝓmiſit. Iaropolk⁹ remiſſo exercitu polonorū, dum ex Wladimiria uehiculo in Szwmingrod ueheretur, a familiari ſuo Nyeradzecz quieſcens obtrūcatur. Et in Kiow deductus, cū magno planctu

Dux borziſch occiſus.

Dux zaſlaus occiſus.

Iaropolci interitus.

gno plāctu, in eccleſia ſancti Demetrii ſepelitur, Wſeuoldo duce & binis eius filiis Wladimiro & Roſciſlao, itē Ioanne metropolitano & Boyariis, uniuerſiſq; ordinibus Kiouienſibus præſentibus. Is Iaropolkus, fuit uir manſuetus, & amator fratrum, decimas ſoluens de omnibus frumētis, pecoribus, & armentis, cūctis diebus uitæ ſuæ. Sed & uiuens ſæpius uotis uacabat, ut ſimili morte moreretur, quali Hleb, & Borziſch protaui eius necati ſunt & in ſanctos per Ruthenos relati.

LIBER TERCIVS. CHRONICO. REG. POL.

CAPVT PRIMVM.

Wladiſl. Hermā.

EXcedente in Hungariam Boleſlao audaci: Prælati, & Barones poloniæ, formando nouum ſtatū reip. ſuffecerūt pro eo germanū ipſius, ducem Wladiſlaum, cognomento Hermannū, anno Chriſti. Milleſimo octuageſimo ſecundo. Is quanq̄ ſe titulabat regem Poloniæ, nunq̄ tamen fuit coronatus: Horrentibus Archiepiſcopo, & Epiſcopis poloniæ apoſtolici mandati præuaricationem. Cœpit autem poſt introniſationem dux Wladiſlaus innocentes, & imbecilles, a potentibus & oppræſſoribus defenſare, ſtratas & uias pacificare. Iniuſta decreta regis Boleſlai reſcindere, & male ablata reſtituere: Miſit inſuper ad Gregorium papam ſeptimum, ad tollendum interdictum in ultionem occiſionis ſancti Præſulis Staniſlai latum, quod & fecit. Ad ſollicitationem Lamperti, Canonici Graccouieñ. oratoris ad relaxandum interdictū miſſi. Et quia idem Lampertus nobilis, de familia Habdank & ut præmiſſum eſt: Canonicus Graccouieñ a capitulo in pontificem Graccouieñ electus, domino pape notus fuerat, propter priorem eius diuturnam uerſationē, & cauſarum in curia pape intentationem. Iccirco prouidit ei ſanctiſſimus dominus de Epiſcopatu Graccouieñ, ut immediate ſuccederet beatiſſimo Staniſlao. Ne autē ꝑſapia regia, in Wladiſlao extingueretur, conſilio ſuorum iuſſus, accepit in coniugem uirginem Iuditha, filiam Wratiſlai ducis Bohemiæ, olim ex Adleyda filia Andreæ regis Hungariæ ſuſceptam ſuaſu ac ſpeciali inductione germanæ ſuæ Swatochnæ, præfati Wratiſlai alterius cōſortis, quæ inſtituerat eā optimis moribus, & totam ipſius laudabilem conuerſationē nouerat. Sed cū eidem cohabitaret dux Wladiſlaus, & nullam prolem ex ea ſuſcepiſſet, cœpit uehementer anxiari ſuper ſterilitate ipſius. Suaſu quoq; Lamperti Epiſcopi Graccouieñ, facta imagine, quātitate unius infantis de puro auro, & adiunctis aliis muneribus, uaſis ac ueſtibus præcioſis auro intextis, miſit in prouinciam Prouinciæ, ad monaſterium ubi corpus beati Egidii requieſcit prope fluuiū Rodanum, ſupplicando Abbati & monachis eiuſdem cenobii ordinis ſancti Benedicti, ut meritis beati cōfeſſoris

wladiſlaus Hermānus monarcha primus.

Hermāni viri⁹

Interdictū ſublatum.

wladiſlao nupta Iudith ex Bohemia.

fessoris Egidii ac interuentu præcum eorũ, consequeretur prolem iã dudum desideratã. Abbas uero triduano indicto ieiunio, iubet omnibus monachis q̃ deuotissime orare, ut interuentu præclari confessoris Egidii omnipotẽs deus largiretur prolem duci poloniæ cũ sua consorte. Necdũ triduo finito, uni religiosiori monacho reuelatum est, uterum Iudithæ complutũ esse, & masculinam prolem concepisse. Vocatos ergo oratores ducis poloniæ, inter quos primus erat Petrus Canonicus Graccouieñ: Abbas iubet bene sperare, & in patriã redire, quoniam princeps Iuditha filium perinde ac desiderauit concepit. Reuersi itaq; in poloniã ut prædixit abbas, inuenerũt Iudithã fœcunda tam utero; porrexisse. Construxit ergo ecclesiã Wladislaus sub castro Graccouieñ, in honorẽ sancti Egidii, gratificando de prole sibi concessa. Sed & in aliis locis regni poloniæ ob similem depellendam sterilitatẽ, constructa sunt oracula in honorem sancti Egidii, quæ hactenus extãt. In Krobia, kczinya, Clodawa, in Sborow, Geboltow & Czirnielow, tandem uigesima Augusti Iuditha effundens concupitum infantẽ Boleslaum nomine, cui cognomentũ accessit Crziuousti, breui ipsa superuiuens tempore, de ergastulo huius carnis nono kalendas Ianuarias, uenientes in uigiliã natiuitatis dominicæ, in nocte sequenti, soluta est, planctа a clericis & miseris personis, quoniã benigna mater fuit orphanorũ. Huius munificentia Comitatus Chroppi in terra Siradieñ, qui nũc Pabyanicze dicitur, cũ hominibus & seruitutibus eorum, & cum omnibus tributis ex frumento, melle, & pellibus mardurinis, atq; aspergillinis, donatus est Canonicis ecclesiæ Graccouieñ. In cuius recompensam horas beatæ Mariæ astricti sunt singulis diebus explere. Episcopatui uero Cuyauieñ contulit, Castellaniã Lagouieñ in districtu Sandomirieñ, cũ omnibus inseruientibus Hec eadẽ monasterio Thiniceñ præbuit Xasznicze, cũ aliis uillagiis supra Vissoka iacentibus & eorum attinẽciis. Orbatus prima cõiuge Wladislaus & lugubribus seu funerali pompa expletis, consilio suorũ expugnatus, accepit alterã coniugẽ Sophiã, alias Sophoniã Henrici tertii imperatoris filiam, & Henrici quarti imperatoris tunc regnantis sororem Salomonis olim regis Hungariæ relictã. Ex qua processu temporis, tres generauit filias. Ordinauit etiã Meczlao, alias Myeszko, filiastro suo ex hungaria reducto, Eudoxiã, Suatopolci ducis kiouieñ germanam in consortem ut ruthenos in fide & obedientia conseruaret, & uno tempore, ambobus geminas celebrauit Graccouiæ nupcias., anno domini uidelicet. M. octuagesimo octauo. Verũenimuero in anno sequẽti mortuo Meczlao Boleslai auditis filio, & semẽ eius interiit, & rutheni ab homagio apte discesserũt Wladislao Polonorum monarcha nequit q̃ resistente.

Ecclesia sancti Egidij Graccouię erigitur.

Boleslaꝰ crzyuousti ad præces. s. Egidij cõceptus, nascit. Iudithę mors. Pabyanicze capitulo Graccouieñ donatur.

Xasznicze monasterio thyniceñ donatur:

Vladislaus Henrici tercij imperatoris filiã duxit vxorem.

Ruthenorum defectio.

CAPVT SECVNDVM.

Pomeranorũ prutenorũq; defectio.

EXemplo Ruthenorum, Pomerani & Pruteni prouocati, similiter obedientiam & tributa denegarũt Capitaneos & præfectos ducis, aut necantes, aut contumeliis affectos depellentes. Wladislaus uero non secus, q̃ par erat, copias suorum principatuum contra eos mouit. Et post festum Ioannis Baptistæ ingressus Pomeraniã uastabat. Pomerani autẽ iuncti barbaris Prutenis, occurrentes Wladislao, in die

die assumptionis glorioſissimæ uirginis Mariæ circa flumen Rzeczen, cũ eo conflixerunt, tamen rarescentibus Pomeranis & Prutenis, primũ cœperũt pedem referre, ad ultimũ autem in fugã uersi sunt, magnaq; cœdes in fugientes a Polonis edita est, hac pugna Pomerani & Pruteni fracti, se & omnia sua Wladislao tradiderũt, ueniã deprecantes, quam reportarũt Wladislao munitiones, & castra eorum auferente, & suis fide dignis locante. Nonnulla uero diruente, ut maior in eis conseruaretur fides. Post discessum ducis in poloniam, affertur ei nũcium Pomeranos & Prutenos denuo rebellare, qua per motus instabilitate, concitatus cũ parua manu, tamen exercitatorũ militũ in mẽse Februario in Pomeraniã reuertit, bipartitoq; agmine cũ Sethegio palatino Graccouieñ, principe militiæ, celeri gressu pcursa Pomerania & Prussia, nemineq; copiã pugnandi opponente, omnibus ad inuia & siluas diffugientibus, spoliis onustus ad poloniam regrediebatur. Cumq; peruenisset ad locum, qui dicitur Drzen, speculatores a tergo derelicti aduenientes nunciant adesse multitudinem Pomeranorũ & Prutenorũ, nec plus q̃ quinq; miliaria abesse. Consilio adhibito. quid facto opus esset, Stetit sentencia hæc, q; melius est mortem cum gloria oppetere, q̃ turpi fuga salutem quærere. Signis itaq; collatis, pugnatũ est ab hora tercia, usq; in noctis crepusculum, marte duro & ancipiti perseuerãte. Instãtibus tenebris crepusculi, Pomeranorum acies pro uicta discessit, absq; Polonorũ insecutione, quioniã quisq; aut sauciatus aut fessus substitit. Pro uictoria habentes de loco non cessisse, & prædam e manibus nõ amisisse. Et quia prope erat dies paschę: Cum præda inuecta dux Wladislaus Gneznam descendit, statimq; primo ueris tempore pluribus pugnatoribus uocatis, & externis præcio conductis, in copioso exercitu Pomeraniam regreditur ubiq; uastando, & spoliis, tam Pomeraniã q̃ Prussiam expilando quũ uero pugnæ copia non daretur, ne tantũ exercitu fruſtra reduceret, inops consilii, castrũ Nakel uallauit, in quo multitudo Pomeranorũ sese concluserat, frequẽterq; exercitus obsidens, ludificatiões umbrarum, speciẽ armatorum præ se ferentium, passus est. Corripiebãt milites arma, noctis sub silentio ad propulsandũ hostes e somno excitati, nemine cõparente unaq; noctium longius a castris tanq̃ fantasmata pugnatorum insecuti, progressi, damnum incendii pertulerunt. E castro siquidẽ Nakel obsessi descendentes, ignem in tabernacula & tentoria culmine & sicco gramine tecta iniecerunt, & cum tabernaculis exusti sunt plures homines, iumenta, machinæ, & bellica instrumenta, sed & milites conducti, quales fuere Bohemi, nõ ferentes frigus hyemis quod instabat, recessum optabant, propter quod solutio obsidionis facta est cum magno periculo. Hanc autem fantasmatũ uexationẽ & ignominiosã a castro Nakel discessionẽ referũt, pueniſſe historiæ polonorũ, ad ulciscendũ præuaricationes, per milites factas, quoniã tota quadragesima transacta, bellatores uiolato ieiunio, carnibus & butiro gulosius uelcebantur, sic quibusdam timoratis uiris cœlesti munere reuelatũ esse perhibetur. Congessit iterum numerosiorẽ exercitũ dux Wladislaus, & quæq; derelicta Pomeranorum & Prutenorũ primo æstatis tempore abrasit, munitiones, tecta, agros, captiuos & pecora. Exuti fortunis omnibus, ad

wladislaꝰ victoria.

Pomeranorũ altera defectio

Pomerani iterũ victi a polõis.

wladislaꝰ ĩ pomeraniã redit.

Vallatur Nakel castrum.

Polonis ex igne iactura.

Vltio diuina ob ieiunij præuaricationem.

Vladislaus tercio pomeraniã ingreditur.

Wladislaum uenerũt hũiliati Pomerani & Pruteni. Quibũs examinatis sedicioſos decapitauit, alios in alia loca tranſtulit, & multitudini pacificatæ pepercit.

CAPVT III.

Bellum bohemicum.

SEcutum eſt extemplo, finito certamine Pomeranico, Bohemicũ bellum. Nam Brzetiſlaus dux Bohemiæ ſciens occupatũ Wladiſlaũ bello Prutenico, inuaſit eam oram, quæ eſt a caſtro Greez ſupra Albim fluuium ſito (quod iuris polonorũ erat) depopulando, & uaſtãdo uſq; ad fluuium Odram: Ad reprimendum facinus & audaciã eius, ſequenti anno dux Wladiſlaus morbo grauatus & impeditus, miſit Sethegium, alias Seczech Palatinum Graccouieñ, & principem militiæ, cũ numeroſo exercitu ad uaſtãdam Morauiã, & reſartiendũ mala per Brzetiſlaum illata. Dũ autem præſignaret & mandaret Wladiſlaus Sethegio, ut obmiſſis locis munitis, ſolis ſpoliis & uaſtationi intenderet. Puer Boleſlaus nouẽnis (nonũ eñ agebat annum) audiẽs mãdata patris de bellis gerẽdis. Cœpit ardenter ſupplicare, ut mitteretur cum exercitu ad Morauiam. Cui pater renitens prohibuit, aſſerens eũ, uires & ætatem bellis aptam nondũ attigiſſe. At Boleſlaus puer. Satis inquit genitor ætatis eſt mihi & roboris, dummodo tu me non prohibeas, Expugnauit itaq; continua ſupplicatione & inſtantia, ut pater eũ ipſum ad bellum Morauicũ mitteret. Stricte mandans Sethegio ut curã eius ageret, unicus namq; fuit patri & intime dilectus. In tota autem expeditione Boleſlaus, nouus miles obiuit cũcta militum officia, noctis uigilias cũ eis peragens, arma quotiẽs congrediendũ erat corripiens, & ad principium ni cohiberetur currẽs, diſciplinam militarẽ diligentiſſime auſcultans, & exequens, in dormiẽdo, ſagulo militari tenerum corpuſculum ſupra nudam humum tegens. Morauia uaſtata & uehemẽter afflicta, cum plurimis ſpoliis, & captiuis tirunculus Boleſlaus cum Sethegio & exercitu ad patrem reuerſus eſt. Et quia quidam inuaſores Pomerani, caſtrum Miedzirzecz in confiniis Saxoniæ, aſtu interceperant, & ipſum muniendo, rapinas ex polonia abducebãt: Boleſlaus maiori cum inſtantia qua potuit, parentẽ ſuum rogauit, ut daret ei exercitum, ad conquirendum præfatũ caſtrũ Miedzirzecz. Wladiſlaus uero admiratus indolem pueri, præbuit exercitum, ſubiciens curã tũ tironis Boleſlai, tũ exercitus, ipſi Sethegio principi militiæ, ut omnia expeditionis officia ſecundum ordinationẽ eius progrederentur. Aduenientes ergo Boleſlaus & Sethegius ad locum caſtri, ipſum uallarũt, tabulis & robo/tibus undiq; ſepiẽdo & concludẽdo, ac bombardis quatiẽdo, donec Pomerani fame attriti, demiſſionem petẽtes, ſaluis perſonis & ſuis equis obtinuerũt Et quia dux Wladiſlaus, pius dictus habuit ex concubina naturalem filium Sbigniew nomine, ſic a luditha legittima uxore nominatũ, quod interpretari licet, euadens iram, uel profugus, a nomine Sbig. Eo q; illi operepretium fuiſſet uitare iram Iudithæ, & ab oculis eius fugere. Hunc litteris eruditum tradidit cuidã monaſterio in Saxonia, ut illic deliteſcẽs, tonſus & monachatus, pro abſtergenda ignominia, extra regnum poloniæ perpetuo maneret. Brzetiſlaus autẽ dux Bohemiæ callide Poloniæ nocere cupiens, perſuaſit

Virtus in puero.

Morauia vaſtata.

Boleſlai expeditio.

ſuaſit exulibus polonis, qui Bohemiam oppleuerant, odio aut perſecutione Sethegii palatini Graccouieñ, tanq; alterius ducis proſcriptione, arrogãter pulſi, ut Sbigneo accepto, Poloniæ oram, Bohemiæ proximam occuparent Ad ulciſcendũ ſuæ exulatiõis iniuriã, habituri ſuffragia ex propinqua Bohemia, Poloni uero exules animati ac Brzetiſlai pſuaſioni obedientes, Sbigneum de monaſterio extraxerũt, monachis nequitq; reſiſtentibus. Et componẽtes cũ Capitaneo Wratiſlauieñ, nũcupato Magno, uiro probatæ fidei. Pro Sbigneo tamen, & expulſis inclinato & ſtante, ingreſſi ſunt caſtrum Wratiſlauieñ. Quod dum comperit dux Wladiſlaus, ægre ferẽs non cũctando, ſed propere cũ exercitu peruenit ad Wratiſlauiã. Et Ziroſlao epiſcopo Wratiſlauieñ cũ proceſſionibus excipiente, & eum in ciuitatem introducẽte, intrauit caſtrum, quod ſibi patuit, Magno capitaneo, humiliter ipſum ſuſcipiẽte Sbigneo uero cũ ſuis exinde dilapſo, & ad Cruſzuiczã diuertẽte. Indignatus Wladiſlaus capitaneo Magno, prius eum obiurgans, capitaneatum Wratiſlauieñ ei abſtulit Pro eoq; ſurrogauit Boleſlaum filium ſuum cũ Voiſlao curatore eius, & cum exercitu inſecutus Sbigneũ, peruenit iuxta Cruſzuiczam, ubi magnum exercitũ Sbigneus contra patrem conflauerat, ex Pomeranis, & Prutenis ſuapte natura, duci Wladiſlao infeſtis. Et iuxta lacũ Goplo congreſſi (heu natura horret filium contra genitorẽ arma leuare) magnum certamẽ, magnamq; ſtragem ediderunt, ut aqua & piſces lacus Goplo cadaueribus & ſanguine occiſorũ fedati, longo tempore inutiles permanerẽt. Sbigneus uictus, ad caſtrum, Cruſzuicza fugit, & uictus in manus parentis deuenit. Quem cathenatũ pater Sethegio principi militiæ ad cuſtodiendũ tradidit. Poſtea tamẽ in cõſecratione eccleſiæ Gneznen, duce Wladiſlao præſente, Martinus archiepiſcopus Gneznen, cũ optimatibus, prælatis & baronibus poloniæ, ſupplicationibus præcantes, Sbigneum a uinculis relaxandũ obtinuerunt, multum em̃ pius fuit Wladiſlaus. Iunctus Boleſlao Sbigneus contra Sethegium, alias Szeczech palatinũ Graccouieñ, ſuum uinculatorẽ in Wratiſlauia cõuentione habita, ſe obſtrinxerũt, & parẽte eorum in Zarnowiecz, ignobili uico Mazouiæ offenſo, plurimis quærelis depoſuerũt, etiã cũ exercitu quo cũ aduenerãt: q; regnum poloniæ ſibi uſurparet, omniaq; caſtra regni poſſideret, ipſis tanq; heredibus neglectis & ſprætis. Demolitus accuſationibus filiorum, & cæterorum prælatorũ atq; militum, abdicauit a ſe Wladiſla? Sethegium, qui ominãs meliorem fortunam, diſceſſit in Ruſſiam. Poſt annos plures benignitate ducis Boleſlai, ad poſtulationẽ pontificũ, recollectus & reſtitutus, auctoritate tamen qua prius abũ dauerat caruit Fuit hic Sethegius nobilis, de genere bipenniũ, factiuus, uerſatilis, & multũ poſſeſſionatus. Bini autem fratres Boleſlaus & Sbigneus cõtra Pomeranos rebellantes miſſi, in nouam ſeditionẽ uerſi, nihil effecerũt. Pro uirtutibus heroicis in feſto aſſumptionis beatæ Mariæ in Ploczko balteum militiæ Wladiſlao exhibẽte filio ſuo Boleſlao, auditoq; q Pomerani inſiliẽtes, caſtrum Santok obſederũt. Dimiſſa Boleſlaus dignitate militiæ, & iuſſis militibus, q conuenerãt ut ſeſe inſequerẽtur, noctis tempore ſuperueniẽs, Pomeranos in tabernaculis quieſcentes trucidauit, & obtrũcauit, tandem reuerſus cingulũ militiæ

Sdigneus monachus armis patrem infeſtat

Altera pugna inter patrẽ & filium.

Sbigneus victus.

Sbigneus a vinculis liberatus.

Sethegĩ exilium.

militiæ ſub frequentia & conuiuio multorū acceptauit. Sic prius obſidenti/
bus Pomeranis prædictū caſtrum Santok. Et Sbigneo cui hāc prouinciam
pater delegauerat, ſua ſegniciæ illis non repulſis diſcedente: Boleſlaus cum
paucis ſuperuenies, fortaliciū ex oppoſito caſtri Santok per Pomeranos lo
catum demoliuit, & Pomeranos fugere coegit. Sic & Ruthenos antea ꝑfli/
gauerat. Nam Ruthenorum duces, Wlodimir Nouogrodeñ, Dauid Olech
Pereaſlauieñ, Volodor Premiſlieñ, & Iaroſlaꝰ Iaropolcicz, exercitu quadri
partito Poloniam ingreſſi, & uſq; ad fluenta Viſlæ graſſati, plurimis dam/
nis illatis copioſas prædas abducebāt. Iamq; Ruſſiam reintrauerāt leti, dū
Boleſlaus eos conſecutus eſt. Et in diem dominicū, ſub quiete noctis (qm̄ illā
multitudinem aliter ſuperare nequiuit) in eos cū altis clamoribus irruēs, fu/
dit & proſtrauit, prædamq; de manibus eorū ereptam, in poloniā cū ampla
gloria reduxit. Et qa Boleſlaus, macte uirtutis erat adoleſcens, & in ore om
nium laudatus. Sbigneus tanq̄ puſillanimis & iners, ei inuidebat, itaq; pater
ne inter eos ſciſſio maior oriretur, poſt ipſius mortem, iam em̄ ſenuerat, diui
ſit dominia Poloniæ in hunc modū. Boleſlao meliorem partē aſſignauit, ſci/
licet terras Graccouieñ, Sandomirieñ, Siradieñ, Sleſiā cū Wratiſlauia. Sbi
gneo naturali filio, Mazouiā, Maioré Poloniā, Pomeraniam, & Pruſſiam.
Hæc prima ſectio fuit regni Poloniæ in plures principes. Quāq̄ Sbigneo na
turali filio, & illegittimo nil hereditatis cū Boleſlao debuit aſſignari. Dicta/
te ſcriptura: Eiice ancillam & filium eius, non enim poterit eſſe heres cū filio
libere. Wladiſlaus autem grauiter infirmatus in Ploczko, ſacramentis per
Martinū Archiepiſcopū Gnezneñ procuratus, mortuus eſt quarta die men
ſis Iunii, anno domini. M. ducenteſimo ſecundo. Sepultus in choro eccleſiæ
Plocenſis, Boleſlao gemēte, & parentē in ægritudine & poſt mortem deflen/
te, & uſq; in quinquenniū lugubria ferēte. Sbigneo uero cū fiſtulatoribus, &
cantoribus exultāte. Orta quoq; ſeditione, ſuper theſauris paternis, quos in
tegre Sbigneus compræhēdere nitebatur, quoniam in ditiōe ſuæ prouinciæ
ipſi ſpectare uidebātur. Martinus archiepiſcopꝰ Gnezneñ, cū cæteris Epiſ/
copis & magnificis regni, inter fratres ex equo diuiſerunt, & ad ſua quemq;
ābire perſuaſerunt.

Ruthenī polo/ niam hoſtiliter ingreſſi.

Victi a Boleſ/ lao Ruthenī.

Polonici regni ſciſſio prima.

wladiſlai mors.

CAPVT IIII.

VRatiſlaus dux Bohemiæ, datis mumficis donis Henrico quarto
imperatori in Magūtia, in auro, argento, unionibus, & celatis
uaſis, primus coronari in regem Bohemiæ obtinuit. Miſſo itaq;
ab impatore Engelberto Archiepiſcopo Treuerenſi, Wratiſla
um in Pragenſi eccleſia coronauit in regem Bohemiæ, & Suatochnā cōſor
tē eius: olim Kazimiri regis Poloniæ filiam in reginam, decimo ſeptimo ka/
lendas Iunii, anno domini. M. octuageſimo ſeptimo. Sub illo itaq; tempore
pene eodem regnū Poloniæ deſiit, & regnum Bohemiæ incœpit. Similiter
dū uniuerſitas Graccouieñ cœpit, Prageñ uniuerſitas defecit. Item dū reges
Bohemiæ, tractis ad ſe principibꝰ Sleſiæ, glorificati cōtra Polonos pro cru
ciferis Prutenorū pugnarūt, reges Poloniæ humiliati contabuerunt. Nūc ue
ro regibus Poloniæ exaltatis, & uſq; in Bohemiā & Hūgariam eleuatis, Bo
hemia

Primꝰ rex Bo hemię corona tus.

hemia decreuit. Hæc eſt regnoꝝ mūdi peſſima alternatio, ut ūno creſcēte, a
liud uicinum decreſcat, taliq; uiciſſitudine regna diminuātur. Tranſlatio ſan
cti Staniſlai, de baſilica ſancti Michaelis in Rupecula, ad eccleſiā cathedra
lem ſancti Venceſlai facta eſt, anno domini. M. octuageſimo nono, & eſt an/
nus decimus ab occiſione eius. Nam cuidam matronæ beatiſſimo Staniſlao
deuotæ, nomine Suantoſlawa, extra eccleſiā ſancti Michaelis ad tumulum
præfati martyris, noctis tempore flagrantiſſime orāti, in extaſim raptæ, be
atus pōtifex Staniſlaus, pontificalibus indutus, ad altare diuina celebrans,
aſſiſtentia uenerabiliū perſonarū circūdatus, in iā dicta eccleſia luminaribus
referta fulgentibus apparuit, quā finitis diuinis, talibus affatus eſt. Surge
inq̄t filia, & intrepida aggredere ſucceſſorē meū Lampertū epiſcopū Grac
couieñ, & fratres meos canonicos, ut in eccleſiā maiorem tranſferāt corpus
meū, quoniam abſq; debito honore his cineribus tectus deliteſco. At illi rela/
tiōe ad ſe perlata, incūctanter ab omnibus urbis proceſſionibus, corpus bea/
ti martyris & pontificis tranſtulerūt, & in medio eccleſiæ maioris, in tumba
deaurata honorificentiſſime locauerunt, ubi in hāc diē quieſcit. Poſt paucos
dies huius tranſlationis, Meczlaus filius Boleſlai efferi, q āno proximo uxo
rem acceperat, extinctus eſt, ut ſcilicet ſemem occiſoris peſſundaretur & pe/
riret, quādo occiſus antiſtes, glorificatus eſt. Et ſicut corpus ſācti preſulis in
plurima fruſta ſciſſum eſt, & poſtea abſq; nota cicatricū reintegratū, ſic &
corpus regni Poloniæ, ut relligioſis pſonis reuelatū fuit, a diebꝰ ducis Wla
diſlai Hermāni in plurimos principatus ſciſſū eſt. Expoſt uero, in unū regnū
coaluit, ſicut nunc cernimus, incipiendo a rege Premiſlao, uſq; ad regē Sigiſ/
mundum, ſub cuius imperio fœlicibus cœptis hāc hiſtoriam ſcripſi. Viſſeſla
wa Meczlai genitrix, geminato malo uexata, & filii fato, & mariti exilio, nō
longe poſt filium, quinto idus Marcias ex humanis abſumpta eſt. Vrbanus
papa ſecūdus, olim monachus Cluniaceñ, in concilio, quod in claromonte ce
lebrauit, āno domini. M. nonageſimo quinto, ſtatuit, ut horæ beatæ Mariæ
quottidie dicerentur, officium uero eius, diebus ſabati expleretur, & dicitur
q̄ hoc reuelatum ſit fratribus de cartuſia, Quorum primariū, uidelicet ma/
giſtrum Brūnonem papa, ſecum aſſidue tenuit.

Tranſlatio ſan cti Staniſlai.

CAPVT V.

SAnctus Ladiſlaus rex Hungariæ, āno domini. M. nonageſimo
quinto, quarto kalēdas Auguſti mortuus eſt, & in Varadieñ ec/
cleſia ſepultus. Is adiecit regno Hungariæ, Dalmaciā & Croa/
ciam. Refert chronica hungarorū, q̄ Ladiſlaus irruit in poloniā
& confligendo, de Polonia triūphauit: Caſtrumq; Crakow tribus menſibus
obſedit & expugnauit. Similiter eadem chronica refert, q̄ Bela, pater ſācti
Ladiſlai ſibi Poloniam & Bohemiam ſubiugauit, quod abſurdum, & falſum
quiſq; ſciet. Ex eo primo q̄ annales Polonorum & Bohemorum hoc non cō
tinent. Secundo ex eo, q̄ tam rex Bela, q̄ filii eius, Geyſza, &. ſ. Ladiſlaus a/
lumni fuerunt In polonia (ab hungaria exulātes) nutriti, non eam impugnā
tes, quod ſcriptor regum Hungariæ, non diſcernit. Tercio ex eo, q̄ Boleſlaꝰ
audax. ſ. Staniſlai occiſor, Belam reduxit in Hūgariam, & profligato exerci
tu, tam

S. Ladiſlaus Hungarię rex moritur.

Dalmatia & Croatia Hun/ garis adiecta.

tu, tam imperatoris Henrici, q̃ hungarorũ & Bohemorũ: Andrea rege Pannoniæ expulso, ipsum regem Hũgariæ creauit, ut in historia de præfato Boleslao præmissum est. Geyszam quoq;, & Ladislaũ cũ Lamperto filios prædicti Belæ personaliter auxilium regis Boleslai postulantes contra regẽ Salomonẽ, ex Premislia cũ forti exercitu in Hungariam reduxit, pacem pro eis conficiẽdo cũ rege Salomone, per pontifices regni Hungariæ. Ladislaus coronatus est in regẽ hungariæ, regnãte Boleslao audaci in Polonia. Vita uero fũctus est, principante Wladislao pio Hermanno cognominato.

CAPVT VI.

Ruthenι ex polonis spolia legerunt.

VAsilko Roscislauicz dux Russiæ, intelligens regem Boleslaum efferum, e Polonia excessisse, & exulando in Hũgariã migrasse Collecto exercitu ex Ruthenis & Polowczis, ingressus poloniã quasdam munitiones exussit, & prædam cũ spoliis in Russiã fesune abduxit. Wseuoldus autẽ, filius Iaroslai, & dux Kiouieñ peste absumptus est, tredecima die Aprilis, anno domini. M. octuagesimo tercio (quo anno atrocissima pestis terras Russiæ inuaserat) & sepult9 est in ecclesia diuæ Sophiæ Kiouieñ. Hic fuit amator pauperum, & spiritualium, reliquit duos filios, Wladimirũ & Roscislaum. Wladimirus natu maior, timens Swatopolkonis filii Zaslai inuasionem ducatus Kiouieñ (qm̃ ea sedes patris eius fuit) accersiuit ipsũ, & ei de ducatu Kiouieñ cessit. Cuius administratione assumpta, uenit in Kiow, dominica cõductus paschæ, exceptus a Kiouiẽsibus muneribus & occursu. Wladimirus uero iuit in Czirnieow. Roscislaus aũt frater eius in Pereaslaw. Audiẽtes Polowczi, Swatopolkum Zaslai filium in principatum Kiouieñ successisse. Mittunt ad illum legatos, ut cũ eis pacẽ firmaret, quẽadmodũ pater eius fecerat, & de tributis retentis responderet. Swatopolkus legationẽ Polowczonũ ægre ferens, captiuat nuncios eorum Quo percepto Polowczi, furore acti, terras Russiæ crudelissime uastare cœperũt. Swatopolkus intelligẽs se inique ægisse, nuncios Polowczonũ soluit & remittit, pacem flagitando, qua non obtenta, mittit ad Wlodimir Czirnieouieñ, & Roscislaum Pereaslauieñ duces, ut sibi succurrerẽt. Qui coadunatis exercitibus, uenerunt ad ipsum in Kiow, increpatoq; Swatopolkone, q̃ contra ius gentiũ nuncios Polowczonũ uiolasset. Eduxerunt una secũ copias bellatorum, ad flumen Stuhnya ubi dubitatum aliquãdiu, an esset decertandum uel non, tandem in sententiam Kiouiensium (nullam se cũ Polowczis pacem habere clamãtium) itum est. Ordinatisq; aciebus, Swatopolkone dextrum cornu, Roscislao leuum. Wladimiro medium tenẽte. Pugnã cũ Polowczis uigesima sexta Maii committunt. Et Swatopolkus cum suis a sagittariis Polowczonũ conflictus, fugit in Othropol ad uesperã, sub caligine uero noctis peruenit in Kiow. Polowczi deinde in Wladimirũ & Roscislaum irruunt, & eos confligunt atq; dispergunt: Roscislaus autẽ fugiens, periclitatus est in flumine Stuhnya, quoniam aquis intumuerat, quẽ Wladimir tranato flumine cũ paucis, in altera ripa fleuit, repertoq; corpore Roscislai, tumulatum est in ecclesia sanctæ Sophiæ Kiouieñ in sepulchro patrono. Polowczi uictoria potiti, castrum Thorcz uno agmine obsident. Alteq; agmen

wseuoldus interijt.

Swatopolkoni ducatus kĩo uieñ restitutus

Legati polowczonũ interceptι.

Swatopolkonis fuga.

Roscislai interitus

Polowczi victores.

agmẽ in Kiow iuit, Cui Swatopolkus obuiam exiens, pugna commissa conflictus est, dumtaxat comitantibus duobus in Kiouiam regressus. Reuertentes itaq; Polowczi ad alterum agmen circa castr̃ Thorcz, ostentabant obsessis in castro spolia & captiuos, ex duce Swatopolkone reportata. Qui nõ ualentes se ultra propter famem tenere spemq; nullam de subueniendo habentes dedunt castrum Polowczis. Quo accepto Polowczi succẽdunt illud magnam multitudinem Ruthenorum in suas regiones abducentes, ubi plurimi miseriis pressi, frigore & nuditate perierunt. Gemina clade excœpta, Swatopolkus dux Kiouieñ sera pœnitẽtia ductus, cum Polowczis fœdus iniit: Filiam Thuhortkani ducis Polowczonũ, pro maiori solidatione pacis in consortem accipiens, tamen nec sic euenit pax terris Russiæ: Olech namq; dux Russiæ, impetrato auxilio Polowczonũ castrũ Czirnieow, & eius regionẽ inuasit. Ecclesias, monasteria, uicos & rura cremando, donec dux Wlodomir de castro Czirnieow per cõpositionem ei condescendit, & de ipso excedens, in Pereaslaw abiuit. Nec adhuc exinde ora Czirnieouieñ a uastatione Polowczonũ quieuit, quinimo multi Rutheni capti sunt, multiq; in seruitutem abducti. Insuper locustæ in terras Russiæ appulsæ, omnia genimina abraserũt. Vadũt deinde bini duces Polowczonũ, Kithan & Ithlar, & bellum inferũt duci Wladimir de Pereaslaw, qui solus intactus restabat. Qui missis nuncijs, pacem sub iniquis cõditionibus accepit, ad persuasionẽ tandem suorum militũ, & Slauathe nuncii ducis Suatopolci Kiouieñ. Primum filio suo Suatoslao obside a Polowczis subducto (negligentius eñ a Polowczis asseruabatur) obtrũcat Kithanũ, & Ithlar duces Polowczonũ, cum omni comitiua eorum. Contractisq; copiis dux Suatopolk Kiouieñ, & Wladimir Czirnieouieñ stationes polowczonũ nil hostile ueritos, inuadũt & trucidant, turbãq; imbellem, fœminas impuberes, pecora, camelos, & equos in Russiã deducunt. Non quieuerunt post hoc Polowczi, sed nouo exercitu comparato, castrum Vhrow ducis Swatopolkonis tota æstate circumsident, nec recesserũt, donec Swatopolkus missis muneribus eos placauit. Succedunt Polowczis, Pruteni & uigesima octaua Augusti, ãni dñi. M. octuagesimi noni terras Russiæ in magna multitudine ingressi uastant: Iterum Manyak dux Polowczonũ, uenit contra Kiow: Thuhortkan uero alter Polowczonũ dux, & Swatopolci socer, uenit cõtra Pereaslaw. Swatopolkone aũt & Wladimiro defensionẽ opponentibus, decimanona Iulii ad flumẽ Truboszа pugnatũ est, & uictis Polowczis occisus est Thuhortkan, & filii eius. Sed polowczi nil hac clade territi, nouo exercitu instaurato, silenti agmine ueniẽtes parum absuit q̃ castrum Kiouieñ non interceperunt. Qui spe sua frustrati, templa, monasteria, ruraq; incendunt. Et curiã ducalem in Berestow comburũt. Prouisuri ergo duces Russiæ inuasioni Polowczonum, conuentũ apud Kiow agunt: Nunciisq; ad ducem Olech missis, præcantur ut illic ueniret. Qui irridens legatos, non adducetis inquit, ut Episcoporũ monachorũ & uilium personarum imperiis, caput meũ substernam. Hoc responso offensi duces Swatopolk & Wlodimir. Prius in Olech arma uertũt, q̃ i Polowczos, & obsederũt eum triginta duobus diebus in Starodub. Qui fame attritus, pacem peciit, offerens

Olech dux Russiæ

Locustæ.

Duces polowczonum trucidati.

Polowczy victi.

Pruteni russiã vastant.

Polowczi russiam vastantes victi sunt.

Isaslaus dux occiditur.

cit, offerens se iureiurãdo cruce deosculata, imperata ducum factnrũ, quod minime fecit. Præuaricato siquidẽ iuramento, ducatum Moromosz inuasit. Asserẽs ipsum ad se hereditarie ptinere. Hacq; occasione conflixit cũ Isaslao filio Wlodimiri ducis Kiouieñ, & eo occiso, accepit castrũ Moromosz etiam castrũ Rostow in suam retorsit potestatem. Mscislaus germanus Isaslai occisi, dux Nouogrodeñ, ueritus tyrannidẽ Olh, spondet sibi & patri suo Wlodimiro, Olh reconciliatur. Olh autem ambiens Nouogrodeñ ducatũ, collecto exercitu, substitit in Tuhrow, præmittẽs Iaroslaum germanũ suũ ad speculandum, quo intercepto a Mscislao, Olh territus secessit in castrum Rostow, deinde in Moromosz. Cum quo Mscislaus eum persequens, composit per nuncios missos, & dissoluit exercitum. Quod Olh intelligẽs uiolato fœdere, cũ suo agmine uenit contra Mscislaum, qui fugit a facie eius, & uocatis in arma militibus, acceptisq; in auxilium gentibus Kiouieñ & Polowczis, &

Olech victus.

fratrẽ Vieceslaum a patre Wlodomiro in sui auxilium missum, pugnã acerrimam cõfecit, in qua uictus est Olh, & fugit in Moromosz, estimansq; propter plures dolos commissos, in terris Russiæ se nõ fore tutum, in Reszanos fugit. Quem Mcislaus persecutus, uerbis dulcoratis plenam spem redoleti bus allocutus. Turpe est, inquit tibi, turpe nobis fratribus tuis, turpe & militibus tuis, ut calamitosus in alienis terris delitescas. Reuertere itaq; in terrã Russiæ, quo huiusmodi uerbis pellecto, ipsum & milites suos ex fuga reduxit. Deinceps duces Russiæ facta conuẽtione in Lubiecz, concludunt pacem inter se, & mutuam resistentiam contra barbaros Polowczos. Sed illico uiolata pace, Swatopolk dux Kiouieñ, cum Dauid Hreorouicz conspiratione facta, uenientem ad se in pace ducem Vasilkonẽ Roscislauicz, habens eius fidem suspectam, captiuat & utroq; oculo excœcat, propter quod duces Wlodimir, Olech & Dauid Swatoslauicz, bellum Swatopolkoni mouerũt, qui timẽs parabat fugã in polowczos, nisi præfati duces a metropolito, & primatibus Kiouiẽsium supplicibus sermõibus fracti & placati fuissent. Dauid autem hreorouicz, uolens inuadere principatum Vasilconis excœcati, obsessus in Buszko, a Volodoro, fratre Vasilconis, omnem culpam in Sawtopolkum refudit. Et concitauit contra se Swatopolkũ & Volodor: Primo ergo uere, uenit excœcat9 Vasilco cũ fratre suo Volodoro in terram Volhineñ, contra Dauid Hreorouicz & expugnato castro Wseuolosz, incẽdunt illud, & homines repertos crudelissime perimunt. Deinde applicantes ad castr% Wladimirieñ, omni multitudini obsesse pepercerũt, solus Vasilkonem, & Lazarum in alto suspensos, frequentissimo iactu sagittarum interimerũt. Eo q̃ causa excœcationis Vasilkonis perhibebãtur Swatopolk Kiouieñ, etiam sumpturus ultionẽ de Dauid, quia de cœcatione Vasilconis cul-

Dux vasilko i. basilius excœcatur.

Dauid dux vasilko bellũ mouit.

Vasilconis et Lazari interit9

pauerat ipsum, contulit se ad castrum Brzesczе, poscẽs a militibus polonorũ castrum tenentibus subsidiũ. Dauid autem aduersarius eius uelocissime puenit ad Wladislaum ducem Poloniæ suffragia deposcens cõtra Swatopolcum, quos ambos Wladislaus dux poloniæ, cum exercitu ad flumẽ Bug ueniens, uoluit pacificare & componere, sed dum nequiuisset, reuersus est poloniam, neutri ducum auxilio præstito, & obsedit Swatopolk ipsum Dauid in castro

castro Wladimiria unde fugiente Dauid, post septem hebdomadas in poloniã ad ducem Wladislaum: Swatopolk potitus est castro Wlodimirz, producit deinde exercitum Swatopolk Kiouieñ contra Volodor, & Vasilconẽ & commissa pugna, cessit uictoria Vasilconi & Volodor. Itaq; Swatopolk congregans nouum exercitũ in kiow, misit Iaroslaum filium suum ad Colomannum regẽ Hungariæ, auxilia petitũ ire, uenit ergo Colomãnus cũ octo milibus pugnatorũ, & duob9 Episcopis positisq; castris ad fluuiũ Vyar, obsedit castrũ Przemisl, in quod se Volodor receperat, & ut habet hungarorum historia, uxore ducis Przemislieñ nomine Lauca, ad pedes regis Colomanni procidentẽ, & solutionem obsidionis flagitãte, pedibus calcatam iussit abire inexauditã, asserens, non esse regis strennuitatẽ, mulieres inter arma audire fortuna autẽ regẽte. Dauid negato ei a polonis subsidio, ad Polowczos iuit reperitq; in itinere Bonyak principem Polowczonũ cum exercitu, & eũ cõtra Hungaros conduxit, Haud procul itaq; a Premislia positis statiuis, transit sub nocte media Bonyak in proximam siluã, & ululatu ædito, lupi conuenientes uicissitudinarium ululatum reddiderũt. Reuersus Bonyak ad suos, arma iubet capere, certam suis ex ululatu luporum promittens uictoriam, alteroq; die tripartito exercitu, duabus turmis occultatis, cum tercia hungaros inuadit, simulansq; se uictã, fugere cœpit, hungari credentes eam debellatam, effusi illam sectabantur, tũc Bonyak cum residuis turmis, in terga eorum irrũpens, eos prostrauit & quattuor milia hungarorũ occidit. Episcopis hungarorũ quorum nomina Kopanus alias kupan, & Laurentius erant, etiam occisis. Reliqui hungari in siluas & mõtes sparsi, biduo a Ruthenis & Polowczis persecuti sunt. Colomannus autem rex hungariæ, clipeis militũ protectus euasit. Dauid ex hac uictoria resumpto spiritu, uallauit castrum Wlodimir. Intellecto autem obsessorũ periculo Swatopolk, misit Putatam suum palatinum ad succurrendum castrensibus, is silenti agmine castrum ingressus, Dauid, & exercitum eius quiescentẽ, conflixit, & obsidionẽ dissoluit Constitutoq; Basilio in Capitaneum, Putata in kiow discessit. Dauid aũt fugiens in Polowczos, cõquisitis auxiliis, rediit cũ Bonyak duce Polowczonũ & sub Swatheslza, filio alterius Dauid, expugnauit castrũ Luczko, quoniã oportune non certificarat ipsum de aduentu bellatorũ Swatopolkonis, prout se astrinxerat, ad castrũ uero Wlodimiriam anteq̃ applicaret Basilius capitaneus, relicto castro diffugit, & Dauid facile potitus est castris Luceñ & Wlodimirieñ. Primo autem uere procedẽte Swatopolkone, cum suis copiis ad recuperandum Wlodimiriã: Dauid sciens ambiguitatem suorũ militũ, cũ uxore, & tota supellectili, ad Wladislaum ducem poloniæ diuertit, Swatopolkone castr% Wlodimir pro suo uoto sortito. Dum aũt quattuor duces Swatopolk, Dauid, Olech, & Volodor, Russiæ generalem conuentum in Vyethicze agerent, mutua pace ordinata, accersitus est Dauid ex Polonis, & quærenti de spoliatione hereditatis suæ Wlodimirieñ ducatus, respondẽrũt ei per legatos præfati duces, nolle reddere Wlodimirieñ sedem, quoniã frequenter terras Russiæ bello uexauerint, tamen ne sit ludibrio exul, & profugus in exteris gẽtibus, constituerunt ei possessiones & census. Swato

Dauid dux in poloniã fugit.

Swatopolk cedit.

Colomannus rex Hungariæ

Barbarorum omen.

Altera Hungarorum clades.

Dauid clades.

polk assignauit Ostrog, Dubyn Czartheriſk, & poſtea adiecit drohobuſch Wlodimir assignauit centum marcas: Dauid & Olech adiecerunt alias centum marcas annuas, Acceptauit ergo Dauid tum assignatas donationes, tũ adiectas conditiones, & degendo in Drohobuſch absumptus eſt.

Dauid moritur.

Boleſl. Crzyouſti.

CAPVT VII.

DVx Boleſlaus a concauitate ōris ex morbo inflicta Crziuouſti appellatus, quod ſonat indirecti oris, altero poſt obitum patris anno, & fuit annus domini milleſimus centeſimus tercius, accepit in coniugem Sbiſlauã Swatopolkonis ducis Kiouieñ natam, quarto gradu conſanguineitatis cum contingentẽ, diſpenſante paſchali papa ſecũ do ad procuratiõẽ Balduini Epiſcopi Graccouieñ, eoq; nuptias magnifice inſtructas ſedecima Nouembris Graccouiæ agẽte. Sbigneus frater naturalis totius regni poloniæ ambiẽs dominium, conuiuii Boleſlai ſolennitatem ad quã uocatus erat obmittẽs, ad Bohemiam perrexit ducem Bohemiæ Borziuoy & nepotem eius Swatopolk ducẽ Morauiæ in arma aduerſus Boleſlaum pellicẽdo, iãq; exercitus Bohemicus oram poloniæ contigerat, cũ ſeditione inter Bohemos ſuborta, q; ad obeunda iniuſta bella cõpellerentur, duces Borziuoy & Swatopolk una cum exercitu reuerſi ſunt in Bohemiam. Sbigneus uero naufragium fortuuæ apud Bohemos paſſus, ad Prutenos & Pomeranos diuertit, ſollicitando & ad inuadendũ Boleſlaũ ducem poloniæ ipſos animando. Quo comperto Boleſlaus, ut pãr erat, iratus contra Suatopolk ducem Morauiæ, quoniã ardentius aduerſus poloniã arma ſumpſerat, conuocatis ueteranis militibus dumtaxat ex ſuo dominio, præfitiẽs illis Comken Zeliſlaum principem militiæ. Iuſſit ut tribus agminibus ingreſſi, Morauiã uaſtarẽt, quod cum tota quadrageſima, & diebus ſacris paſche peragerent, magnam multitudinem captiuorũ & ſpoliorum ducentes, reuertebãtur, iamq; prope fines poloniæ peruenerãt, dum ſpeculatores adeſſe Suatopolk ducem Morauiæ, cum frequenti exercitu, plus de pedite q̃ equite habente, retulerũt. Subſtitit illico Zeliſlaus, & præmiſſis imbecillioribus, cum captiuis ſarcinis & ſpoliis in poloniam, in ſtatiuis heſternis præſtolato Suatopolkõ, congreſſus eſt uterq; exercitus, magna ũ pro uictoria utroq; plurimum adnitente. Ad ueſperũ tandem, cũ hora tercia rum pugna cœpiſſet, diſceſſit utraq; acies æquo marte, hæc in Poloniam, altera in Morauiam præda non excuſſa. Zeliſlaus uero dux militiæ, dum pugnã inſtauraret, manum dextrã amputatione amiſit, qui ſiniſtra manu amputatorem occidit. Huic Boleſlaus dux poloniæ manum ex auro fabrefactã loco carneæ obtulit & adaptauit, nec contentus præfatus dux Boleſlaus de his, quæ Zeliſlaus cum exercitu in Morauia ægerat, altero exercitu forciori collecto, per alpes poloniæ Morauiam ipſemet ingreſſus eſt, & ſingulis ad munitiones

Sbigneĩ ſeditio Bohemorum commotio.

Boleſlaus in morauos arma ſumpſit.

Poloni & morauí equo marte pugnauerũt.

Morauía denuo depopulatur.

nitiones, & abdita ſiluarum, cum fortunis diffugientibus, nec Suatopolco reſiſtentiam opponente (plurimũ eñ ex prima pugna debilitatus erat) libere Morauia peruaſtata, amplioriq; incendio afflicta, incolumis cũ ſpoliis in poloniam rediit. Sumpta ultione de Morauis, ultum iri cupiens de Pomeranis iubet milites equeſtres in Glogouia cõuenire, tanq̃ in Bohemos tranſiturus hac cautela uſus ut Sbigneum & Pomeranos fallat, clandeſtineq; profiliẽs quinq; diebus per ſiluas & inuia, ad Cholberk peruenit, & duabus cohortibus a tergo relictis, cum tercia in diluculo portam ciuitatis oppugnat, iãq; effractis foribus, in ciuitatem cum ſuis inſiluerat, duxq; Pomeraniæ terrore perculſus, ſubito elapſus erat, cũ ciues eorum paucitate cõſpecta, ſeſe adhortantes glomerati eos excluſerũt & muros ſtrennue defenderũt, ut etiã iũctis duobus agminibus poſt ſe relictis, & uſq; ad ueſperã Cholbergeñ oppugnãdo, nihil profecerit. Direptis itaq; ſuburbiis, pariter & uiciniis incẽſis, ſigno dato in Poloniã cum ſpoliis diſceſſit. Reuerſuſq; in æſtate cum eodẽ exercitu Pomeraniam uaſtabat, & niſi Swatoborum uuum reſtituãt, ab incendiis & uaſtatione Pomeraniæ non ceſſare aiebat. Fuit Swathoborus princeps oræ maritimæ. Vaſallus & cognatus Boleſlai, ſed fide uagus & inſtabilis, hunc ſubiecti eius Pomeranis, propter crudelitatem ipſius, occidendũ tradiderũt. Itaq; illico ex carcere eductum Pomerani in caſtra Boleſlai Swathoborum perducunt, & pro libertate patriæ depræcati, diſceſſum Boleſlai obtinuerunt, attamen non ſatis pacatus Boleſlaus de Pomeranis, anno domini M. centeſimo ſexto, miſit Scarbimirum principem militiæ cũ exercitu in Pomeraniã, qui uicis & oppidis munitis, ſed ignobilibus expugnatis, cum captiuis & ſpoliis in Poloniã rediit, & illico eadem uia qua regreſſus erat, cum priori exercitu ad caſtrum Bithom peruenit & illud expugnatum exuſſit, prædamq; conquiſitam in Poloniã intulit, & cũ non nullis militibus ad Boleſlaum apud unum ſuum nobilem, in dedicatione eccleſiæ conuiuantẽ, acceſſit, de geſtiſq; in Pomerania eum certiorem reddidit. Exhilaratus dux Boleſlaus, de ſuorum militum fœlici reditu, relictis ſenibus in conuiuio, ipſe cum cẽtũ militibus iunioribus, & Scarbimiro ad uenandũ feras in proximo ſaltu proceſſit, reperitq; Pomeranorum, circiter tria milia ad uaſtandũ Poloniam poſt ueſtigia Scarbimiri per ſiluas & abdita progrediẽtes. In quorum multitudinem non referendo pedẽ Boleſlaus cum centũ militibus inſiliens, quoſq; obuios proſternebat, cuneos Pomeranorũ pertranſeũdo, & perforando. Et iterum altera uice, tanq̃ leo ferox, innumeros occidendo, hoſtile agmen penetrauit. Donec in tercia giratione ac reuerſione, unus exclamauit apertũ diſcrimẽ Boleſlao imminere, & ideo ceſſandum fore. Caballus ſiquidem ducis perforatus, omnia uiſcera defluxa emiſerat. Scarbimirus etiã princeps militiæ uulneribus confoſſus, dextro oculo mutilatus fuerat, & princeps dumtaxat quinq; militibus ſequentibus tutabatur. Accepto ergo militis equo, dux Boleſlaus ad conuiuantes regrediebatur, hoſipſos conuiuas in obuium pro ſubſidio ei ferendo, audita pugna, occurrẽtes & de præſumptione Boleſlaum redarguentes. At ille ex temeritate uictoriã, & ex præſumptione gloriam aſſecutus, iubens ſuos arma corripere, ad ulciſcendũ in Pomeraniã an

helabat

Colbergeñ oppugnatio.

Boleſlai altera in pomeranos expeditio.

Altera expeditio in pomeranos.

Boleſlai audatia.

Swatopolci in polonos bellum.

helabat. Verum Swatopolk expulso de Bohemia Borziuoy suo patruo, iu sto duce Bohemiæ, in Boleslaum exacerbatus quoniã patruum eius ipsum Borziuoy, hospicio comiter susceperat. Cum copiis equestribus & pedestribus, contra Poloniam procedens, usq; ad Cloczko peruenerat & morabatur Diuisit itaq; Bolesla9 exercitũ, utriq; negotio satisfacturus, & cum una parte uersus Bohemos, iter arripuit. Quo audito Bohemi, acie dissoluta in domos regrediuntur. Scarbimirus uero cum altera parte exercitus. Pomeranos attriuit & subiugauit, ut cuncti præter Albenses qui Bialagradenses dicuntur iussis Boleslai parerent, ad hos Boleslaus binos clipeos blancum & rubrum, pacem & cruentum bellum, per eos signans misit, ut pacem aut pugnam eligendo complecterentur. Qui arrogantia plurima utrumq; cõtra Boleslaum acceptarũt, Boleslaus merito lacessitus eorum ciuitatẽ ad orsus expugnabat. ipseq; primus ãteibat, & multis superne interfectis portam ciuitatis cum cæteris resecuit & perfregit. Ingressusq; urbẽ, passimq; cũctos nemini parcendo trucidabat, uerum Albenses cognita sua præuaricatione, uenerũt cum pueris & mulieribus, proniq; & ad pedes procidentes. A Boleslao gratiam præcati sunt, non pro se, quoniã supplicio dignos se iudicabant, sed pro coniugibus & minorennibus. Cunctis proceribus Polonorũ ad excidium ciuitatis anhelantibus, Boleslaus clemẽtissima indulgentia mi sertus, prohibuit militibus ciuitatis prædationem. Albenses in gratiam acceptando, ex inde occasione sumpta, aliæ ciuitates de pietate Boleslai confidentes homagia Boleslao sponte præstiterunt, scilicet Caminensium, Golibergensium, Velunensium, Cosomineñ & cæterarum ac maritimarũ ciuitatum, astringentes se in illius subiectione fideliter permãsuros. Adiecit insup dux Boleslaus in autumno eiusdẽ ãni oppugnationẽ castri & oppidi Czarnkow in deditionẽq; redacto castro & oppido, quod fuit iurisditionis Pomeranorum, Gnieuomirum eiusdem castri heredem, ad gratiam baptismi cum to ta ipsius geneologia adduxit, ei noua prouisione Czarnkow largitus est, & inscripsit, Contigit eodem anno Martino archiepiscopo Gneznen, cũ Nicolao Archidiacono præfatæ Gneznen ecclesiæ secum præsente in ecclesia Spiczmerieñ, sub audientia missæ, aduenerunt Pomerani & omnibus terris. Nicolaus Archidiaconus euoluit se de ecclesia fugiens. At Pomerani cõ prehendentes ipsum (putabãt em fore Archiepiscopum) posuerũt in uehiculo, ingredientesq; ecclesiam abstulerũt sacra uasa, & res ecclesiæ. Archiepiscopum uero Martinum non tenuerũt, quoniam omnibus ministris ab eo diffugientibus, collectis uiribus effeti corporis ascendit sub tectum oratorii, seq; inter laquearia occuluit. Plagauit autẽ omnipotẽs deus Pomeranos, familiã, coniuges, & affines eorum, qui uasis sacris abutebantur, ut mania, ac epileusia agitarẽtur, seq; inuicem morbo agitati, ferro & saxis impeterẽt, & plures occiderent. Donec compuncti reatũ suũ cognoscentes, & idolatriæ renunciãtes. Nicolaũ Archidiaconũ cũ uasis & rebus ecclesiæ ablatis, ad suũ Archiepiscopũ remitterent, reatuq; baptismate diluto, decimas diu negatas tribuerunt, & idola muta confregerunt, prout ãtea per prædictum Martinũ archiepiscopũ monebantur. Et hac de causa intercipere & captiuare ipsum in oratorio

Albensium expugnatio.

Czarnkow expugnatio

Pomeranorũ sacrilega pda.

in oratorio Spiczmerieñ nitebãtur. Item Kosle castrum ad fluẽta Odræ in Slesia situm, fortuito conflagratum erat. Dux uero Boleslaus uelociter cum suis accurrens, ipsum ex fundamentis edificabat, ueritusq; ne Bohemi paucitate ipsius explorata, & ducem & castrum inuaderent, misit legatos ad Sbigneum naturalem fratrem, ut gẽtes suas mitteret ei in subsidium. Sbigneus autẽ aduersus Boleslaum arrogãter & acerbius locutus est, & nũcios eius turpiter tractauit, quod Bolesla9 moleste qdem, sed patiẽter tulit. Castroq; Cosle perfecto, ad animum iniurias Sbignei reuocãs, quid in hac re agẽdum foret, ad consilium retulit, inuentũq; est prout rumore publico uulgatũ erat Sbigneum Bohemos, Pomeranos, & Prutenos in fratris Boleslai & suarũ terrarũ excidium, suggestionibus, fœderibus, pecuniis, & multipharijs promissis, animasse, singulisq; præsentibus, tetriora adicientibus, intercipiuntur nuncii Sbignei cum litteris, ex quarum lectione multæ fraudes repertæ sunt, interimq; nũciatur Sbigneum Bohemos & Pomeranos contra Boleslaum & sua dominia concitasse, uniuersis cõsiliarijs pessima facinora Sbignei execrantibus, censent uelut pestem cõmunem exterminandum. De omnibus terris quas ei paterna indulgentia donauerat eiiciendũ, tres hostes una contra se Boleslaus animaduertens, deliberabat cui primũ occurreret. Conduxit itaq; ex Pannonia & Russia mercenarios milites, significauitq; socero suo Swatopolkoni duci Kiouieñ ut in suo periculo, personale cũ suis copijs illi ferret auxilium. Prudentiq; usus consilio, primum Bohemos sibi conciliauit, & in Bohemiam redire persuasit, ad Pomeranos pugnatum contendens cunctos terrore cõcussos, dissipatos comperit. Sbigneus intelligẽs sese quæsiturum, pauore perculsus ex maiori Polonia (ibi siquidem Pomeranos iuuabat) in Mazouiã fugit. Boleslaus uero expugnata Gnezna: & castris Spiczmierz: & Lancicia, quæ ditionis Sbignei erant, insecutus est Sbigneum cum auxilijs Hungarorũ & Ruthenorum, quæ ei aduenerant. Tum Sbigneus in desperationẽ uersus, cœpit sollicitus esse de uita, & mediãtibus inter Boleslaum ac Sbigneum, Baldwino Episcopo Graccouieñ cũ Baronibus cõmunibus, adductus est Sbigneus, obiectisq; & exprobratis sibi uicijs, suppliciter orauit, ut concessa ei uita aliquam portionẽ regni sibi concederet, iuramento præcibus & fletibus astruens nunq; se Boleslao aduersaturũ, sed ut miles suo principi obediturum, Boleslaus misericordia motus, assignauit ei dumtaxat Mazouiã, & utrũq; exercitũ Hungaricũ & Ruthenicũ remisit ad sua.

Expeditio in pomeranos.

Sbignei dedítio.

CAPVT VIII.

ANno uero domini. M. centesimo octauo, Colomannus rex Hungariæ, contentione facta cum Boleslao duce Poloniæ in territorio Scepusieñ, fœdus inierũt, auxilia mutua contra quemcunq; hostem, præcipue tamen contra Henricum imperatorem, eo anno Pannoniam demoliri conantem, concluserũt, accessit fœderi & affinitas. Nam Stephanus filius regis Colomãni natu maior, accepit Iuditham Boleslai ducis poloniæ natam. Cui pro dote assignauit terram Scepusieñ, & ab eo tempore in proprietatem hungarorum transiit. Henrico autem imperatore hungariam inuadẽte, misit Boleslaus appellatus Crziuousti fortem exercitum in auxilium regi Colomãno. Boleslaus uero cum nobilibus ex polo

Scepusiũ Hungaris datũ. Henricus Hungariã inuadit.

Boleslaus bohemiã hostiliter inuadit.

nia, habens secum Borziuoy & Sobeslaum duces (sed exules) Bohemiæ, in potenti exercitu ingressus est Bohemiam, quoniã Swatopolk dux Bohemorum, cũ bohemis Hẽrico imperatori contra regem Colomannum Boleslai affinem ferens auxilia in Hungariam exierat. Et facile profligatis Vaczkone, ac Muthina quos pro gubernatoribus Bohemiæ Swatopolk reliquerat expugnatis aliquot castris & Bohemorum oppidis, in poloniã cũ spoliis reuersus est. Iurauitq; Henricus imperator Swatopolko, ulcisci q̃ primum iniuriam eius in Boleslao duce Poloniæ. Boleslaus in Poloniam reuersus duo mala offendit. Sbislauam suã consortem mortuam, & castrum Vscze a Pomeranis interceptum, quod anteq̃ expugnaret (sciuit em̃ illud ualido præsidio munitum) obsedit castrum Velen, in quod Gniuomirus auctor proditionis & traditionis castri Vscze, a Boleslao olim baptisatus, se receperat Sbigneo naturali fratre in exercitu Boleslai officio coadiutoris fungente, clandestine Pomeranos contra Boleslaum concitauit, ut obsessis ferrent præsidia. Et uenientibus Pomeranis noctu, in Boleslaiq; exercitũ irrumpentibus, dux Boleslaus, qui excubias secundum consuetudinem ultra exercitum agebat, a tergo Pomeranos inuadens, eos profligauit & prostrauit. Captusq; est inter eos Sbigneus: & detracta galea cognitus. Qui pro excusatione finxit se anteclisse Pomeranos: ut eorum aduentum prænunciasset, & ita captum esse: uerũ notissima fuit fraus & dolus ipsius. Ideo dolo non patrocinãte: exilio damnatus: in Bohemiã se contulit. Velenses uero ad ultimum in desperationem uersi: Boleslao portas aperiunt in signum pactionis: ciroteca de dextra Boleslai petita & obtenta, quod milites animaduertentes in murmur & odium cõmoti, omnes Pomeranos in Velen occiderũt. Boleslao multitudinẽ nequit q̃ castigare ualente. Captus est & Gnieuomirus, q̃ Pomeranos a fide Boleslai alienauerat & p̃ p̃fidia, fuste capite eius discusso, interiit.

Boleslaus gemínũ malum reperit. Velen obsidet.

Vscze interceptum.

Sbigneí prodítio. Pomeraní cesí.

Dolus sbigneí.

Sbigneí auxílium.

Gnieuomirus captus interémptus est.

CAPVT IX.

Expedítio henrící quartí in poloniam.

MAgna atq; heroica huius Boleslai facinora, & quæ nulli regum ac Poloniæ principum tã prospere ut sibi obuenerũt, prosequendo tangenda est uictoria, quã de imperatore Henrico quarto reportauit. Anno siquidem domini. M. centesimo nono Henricus quartus, ad ulciscendũ rembelli in Pãnonia male gestã, & inuasionẽ atq; uastationem Bohemiæ, in Boleslao duce poloniæ, habens secũ Swatopolkum ducem Bohemiæ, & Sbigneũ fratrẽ naturalem præfati Boleslai ducis poloniæ. Ingressus est poloniam, & expugnato castro magno Lubusz (quod post expugnationẽ Maydenburgensi archiepiscopo contulit) processit ad interiora Slesiæ, usq; ad Bithom, & cũ aliquot excursiones de Bithom milites polonorum in exercitũ imperatoris fecissent, sine oppugnatione discessit. Et ad Glogouiã singula obuia uastando in die sancti Bartholomei peruenit, eam machinis & expugnatione affitiens. Quapropter postularunt Glogouieñ sub pacto inducias quinq; dierũ. In quibus si dux Boleslaus dominus ipsorũ non præstaret eis auxilium, cederent sub iugum & potestatem imperatoris quod ille annuit dũ mõ primores ciuitatis Glogouieñ darẽt filios suos natu maiores in obsides, quod & fecerũt. Boleslaus uero dominus Glogouieñ, audita

Lubusz expugnatur archiepiscopo maydenburgeñ datum est.

Obsessa glogouia.

dita eorum legatione, laudauit fidelitatem ac constantiã ipsorũ, ne quoq; subiicerent se quouis modo imperatori, sub interminatione prohibuit, asserens plus ualere bonũ reip. q̃ filios primeuorũ Glogouiæ, iurauitq; dux Boleslaus nisi Glogouieñ in fide manerent, omnes crudeliter post discessum imperatoris exterminare uelle. Quo relato ad Glogouieñ, turbati quidem, tamẽ ut par erat, remp. prætulerunt. Et muros humiles, duobus diebus quibus induciæ durarũt refecerunt, fimoq; & roboribus abrupta repleuerunt. Henricus imperator lapsis quinq; diebus, cognita rebellione Glogouieñ, ui, quãto maiori potuit ciuitatẽ expugnabat. Et ne tot præcipui eius milites inter pugnãdum occiderentur, iussit filios Glogouieñ obsides, extendi supra pallia, seu supra asseres, quibus milites tanq̃ palliis expugnantes fortalicia munitur Sed nec sic mansuetiores redditi sunt Glogouieñ, simul nãq; iacula in filios, quẽadmodum in Cesarianos contorserunt. Boleslaus autẽ dux poloniæ, nedum sub Glogouia, uerũ ab inicio ingressiõis imperatoris in terras poloniæ die noctuq; exercitũ eius lacessiuit, pabulantes captiuando, p̃dantes & obuiantes interfitiendo, ad egerendũ exeuntes rapiẽdo, de nocte sæpenumero exercitum impatoris inuadendo & pturbando, ita q̃ imperator de necessitate duplaret noctis custodiã, sic & uictualia imprædãtes, i maiori numero & robore necesse fuit mittere. Et quia Swatopolk cũ suis bohemis, fuit grãde robur imperatori. Boleslao uero ex antiquo fuit perosus, & magnum impedimentũ, ideo proposuit dux Boleslaus plurima donaria, si quispiã suorũ militum Swatopolk obtruncaret. Ad quod patrandũ supra cæteros, obtulit se Ioãnes bohemus miles filius Cziſce, de familia Vrsouienſiũ, qui nunc Rauite appellantur. Is quoniã notos & cognatos in exercitu bohemorũ habuit, secure inter eos (gerens se pro milite bohemorũ) deambulabat. Perspectoq; uigesima prima die Septembris Swatopolkone, stãte in papilione ante imperatorem, contorsit fortissime acutissimã lanceam & pectoralia Swatopolkonis, a brachio in brachiu transfixit, ut illico cadens sine uoce expiraret. Ioanes autem Cziſce, statim arrepto equo, quẽ paratissimũ habuit exiliens de tentorio cesaris, cœpit fugere, uulneratisq; & aliis occisis, persequentibus se ad ducem Boleslaum saluus peruenit, & plurimas possessiones in regno Poloniæ donatione Boleslai percepit, & tanq̃ alter Mutius romanus pro patrato facinore laudatus est. Henricus uero imperator perterritus, tota nocte exercitum in armis tenuit, Boleslai aduentũ opperiẽdo. Sequẽti die iussit cadauer Swatopolk in Pragã ad tumulandum duci, bohemos secũ præliatũ iri satagens retinere, qui minime cõsentiẽtes, abierunt una cũ ducis sui funere in bohemiam. Sbigneus quoq; Boleslai frater naturalis, eos est secutus imperatore male contento de discessu bohemorum. Occiso Swatopolko, dux Boleslaus legatum ad Henricũ regem Romanorũ, pro pace tractãda quẽdam comitem Scarbek misit, tres tracturas pro armis deferentẽ, tales W. qui imperatori monstrãti ei thesauros suos, ad expugnandũ Boleslaum cũ sua gente (ut aiebat) sufficientem, si homagia & seruicium imperatori non impenderent, facetia usus, detracto ãnulo ex suo digito, proiecit in thesaurum cesaris inquiens, aurum iungatur auro. Ad quẽ cesar Hẽricus ait, habdangk quod ex almanico

Altera Glogouieñ magnanima fides.

Boleslaí consílium in necem Swatopolkónis.

Swatopolko interemptus.

Exemplum Mucíj.

Ex facetia habdang familiæ origo.

ex almanico ſonat, habeas gracias. Vnde uſq; in hodiernam diem familia illius domus uocatur habdanek. Infecta legatione imperator remiſit legatos & ipſe ſuadẽtibus ſuis præfectis diſceſſit, nõ expugnata Glogouia, ſub qua tot pericula, tum in militibus, tum in Swatopolkonis ducis nece acceperat. Et procedens contra Wratiſlauiam, aduenit in uicum uno miliari a Wratiſlauia diſtantẽ. nũc Pſiepole nominatũ. Quem Boleſlaus cõſequi properauit, iã em̃ ſuppeciæ ei ex Mazouia aduenerãt, ex terris Sandomirien̄, Lublinen̄, ac Ruſſia. Et ordinatis aciebus, a mane uſq; ad meridiẽ, duriſſimo marte pugnauerunt. Erat autẽ exercitus imperatoris, longe maior & fortior, exercitus uero Boleſlai minor, & de agreſtibus plures continens, multiq; ex pugna uolebant excedere, niſi Boleſlaus circuens omnes ſtrẽnue pugnare compelleret, & ꝓ ſauciatis nouos ſubſtitueret. In furore autẽ pugnæ, dux Boleſlaus aciem Sleſitanorum, quã uſq; ad illud tẽpus in ſubſidiis reſeruauerat, in latus ceſarianorũ q̃ fortiſſime induxit, & ordinem ceſarianorũ diripit, tũ exercitus Boleſlai eſſe melior, & ceſaris fugere cœpit. Ipſe quoq; Henricus imperator illico ſuorum monitu, abiectis ſignis imperialibus, ne cognoſceretur in fugam ſe conuertit: Pleriq; ergo almanorũ interfecti, alii in fuga capti, & duci Boleſlao præſentati ſunt, quos in honore iuſto ſemper habuit. In hunc modum dux Boleſlaus glorioſam uictoriã de Henrico imperatore ſtrẽnue reportauit, & tanq̃ Hanibal poſt Cannẽſem pugnam laudibus eſt celebratus ad locum autẽ certaminis tanta confluxit ad cadauera canum copia, ut iter agentibus ſuo morſu diu noceret. Iccirco uſq; in hodiernã diẽ uicus ille Pſiepole (quod ſonat campus canum) nominatus eſt.

Obſidia Glogouię ſoluta.

Henrici quarti clades ex polonis.

Boleſlai in victos liberalitas

CAPVT X.

ANno aũt ſequenti imperator Romã ad coronationẽ tranſire cupiẽs, ueritus eſt, ne eo abſente dux Boleſlaus uicinas regiones inuaderet & exureret, utq; milites captiuos liberaret, ſuggeſſit ꝑ communes amicos ut Boleſlaus eũm acc̃deret. Super quo dux Boleſlaus diu deliberabat, tandẽq; ad uota & amicorũ promiſſa in comitatu inſtructiſſimo Henricũ quartum in Bamberg acceſſit, excuſans ſe imperatori de retroactis bellis, & aſſerens ſe & gentem ſuam nũq̃ ſeruiuiſſe, nec tributa a prædeceſſoribus eius, imperatori præſtitiſſe, ideoq; in priſca libertate ſeſe cõſeruandum poſtulauit. Imperator aũt eo benigne & honorifice ſuſcepto, pro ſuo uoto ſe facturũ ſpopondit omnia. At Boleſlaus nacta opportunitate, ſororem imperatoris ſibi in uxorem poſtulauit. Filiam uero imperatoris, nomine Criſtinam minorẽnem, ad nubendũ filio ſuo ſeniori Wladiſlao & irrecuſabiliter obtinuit: Cõpoſita itaq; pace, cũ gemina ſponſa, & dote copioſa in Poloniã redit, & oñes captiuos almanos Hẽrico regi Romanor̃ remiſit. Henricus uero caſtris in Polonia conquiſitis abrenunciauit, & qa occiſo Swatopolko bohemorũ duce: Wladiſlaus ducatum bohemiæ Othone Swatopolkonis germano repulſo occupauerat, qui poſt Swatopolkũ præfatũ ducatũ bohemiæ ſuſceperat. Ideo Borziuoy natu maior Wladiſlai bohemiã regentis perteſus exilii in polonia, accepto exercitu a Boleſlao polono, ingreſſus bohemiã pluribus eum bohemis iuuantibus, ad Pragam peruenit

Boleſlaus bambergam venit.

Ceſaris & Boleſlai affinitas.

Borziuoy bohemiã ingreſſ⁹

uenit & eam poſſedit, totamq; bohemiam recuperare adnitens, ad lamentabilem Wladiſlai quærelã per imperatorẽ euocatus, mancipatus, carceribuſq; deputatus eſt. Wladiſla⁹ uero reſtitut⁹ eſt in ducatũ bohemiæ, quod dum cognouit Boleſlaus, cum ualido exercitu circa feſtum ſancti Michaelis ingreſſus bohemiã, per plures nuncios euocabat Wladiſlaum bohemiæ ducem, ut inter eum & fratres eius, tanq̃ cognatos ſuos pacem honeſtam componeret. Wladiſlao aũt dolum timẽte, & Boleſlaum de bohemia expellere ſatagente. Ira concitatus Boleſlaus totam orã circa fluenta Albeæ deuaſtauit & exuſſit. Congreſſuſq; cũ exercitu ipſius circa fluuium Czibnia, eũ octauo idus Octobris cõflixit. ãno domini. M. centeſimo undecimo, & Wladiſlaus cũ reliquiis in Pragam refugit. Boleſlaus uero plurimis ſpoliis & captiuis onuſtus, in poloniã ſaluus cũ Sobeſlao & ſuo exercitu rediit. Videns Swathawa ſenioreẽ filium ſuum Borziuoy carceribus apud imperatorẽ mãcipatũ, alterum filiũ Sobeſlaum in Polonia exulantem, terciũ minorem natu Wladiſlaum ducem bohemiæ in bello uictũ & proſtratum, timens peiora indies oriri, interpoſuit ſeſe tanq̃ matrem & mediatricem, & pacem inter Sobeſlaum & Wladiſlaum germanos cõpoſuit. Aſſignataq; ei ciuitate Zacenſi cũ ſuo diſtrictu, euocauit ipſa & dux Wladiſlaus ex Polonia Sobeſlaum. Depoſt uero intelligens Wladiſlaum de conſilio Vaczkonis baronis, ac conſiliarii eius, concluſiſſe Sobeſlaum captiuandũ, obtruncauit Vaczkonẽ uerituſq; Wladiſlaum fugit per Sirbiã (ubi uno menſe detẽtus ſeruabatur) in Poloniam, a duce Boleſlao iterũ benigne & liberaliter ſuſceptus. Quem uolens reducere Boleſlaus cũ magna potẽtia bohemiã intrauit, requiſiuitq; Wladiſlaum, ut prænominatũ Sobeſlaũ in gratiam reciperet, & poſſeſſionem ei debitam aſſignaret. Ad quod reſpondit Wladiſlaus. Iamdudũ tũ amplam gratiã, tũ legittimam portionẽ bohemiæ aſſignaſſe Boleſlao, quas nolens conſeruare, indignum ſe reddidit. Verũ ſi (inquit) Boleſlaus Sbigneũ fratrem ſuum naturalem apud me exulantem reaſſumpſerit, portioneq; ſui ducatus debita prouiderit: proſequar & ego gratia Sobeſlaum. Cernẽs Boleſlaus q; æquitati Wladiſlaus non initeretur, ad ulteriora bohemiæ exercitum ducens, uicos & agros bohemorum igne & gladio deuaſtare imperat Ad quod prohibẽdũ cũ ſuo exercitu aduenit iãdictus Wladiſlaus, locauitq; ſua caſtra proxime, ſolo fluuio Czibnia, ſatis limoſo, & ſine periculo impermeabili inter ipſos medio. Ad conſerendam ergo & conficiendã pugnã cum Wladiſlao, quũ fluuius Czibnia non poſſet trãſiri, mouit caſtra ſua Boleſlaus uerſus Albeam fluuiũ, ubi tranſitu reperto flumen Czibnia permeauit, ad ſtationẽq; Wladiſlai accurrẽs dũtaxat focos & fauillas comperit. Quorſumq; cũ ſuis gẽtibus ſilenter abierit perquirendo reperire non potuit. Laxatis igitur & late ſparſis militibus, prædas & ſpolia collegit, ſicq; in Poloniã reuertebatur, in tranſitu ciuitatem Cleczko exuſſit, & militibus ſpoliandam conceſſit. Cum peruenisſet ad ſiluas magnas, Poloniam & Bohemiã diſterminates, per exploratores didicit bohemos in ſiluis inſediſſe. Et iter iuciſiõe roborum clauſiſſe, tũ altera die illuceſcẽte, militibus animatis, ordinauit per turmas exercitũ. Ipſe cũ ſuo exercitu dextram tuebatur, Scarbinirũ princi

pẽ militiæ

Borziuoy vinculis iniectus.

Boleſlai in bohemia ſtratagema.

Mater filios compoſuit.

Vaczko trucidatur.

Sobeſlai in poloniã reditus.

Boleſlai in bohemiã regreſſ⁹

Boleſlaus bohemiã vaſtauit

pē militiæ siniſtrum cum ſuo exercitu tenere diſpoſuit, aliqua diſtantia inter exercitus interpoſita. Cū uero ad extrema ſiluarū aduenissent, ubi putabant eos bohemi et ordinem diſoluiſſe & prouidētiam abiecisse ſparsim & ſingillatim in eos inſiluerūt, in unamquāq; cohortē & ordinationem ut alia alteri us periculi eſſet inſcia. Boleſlaus uero dux poloniæ ad ſuam cohortē, primū occurrētem bohemum, haſta confixit & deiecit, ſequentē Derſlaus ſuus pincerna, idētidem ex equo deiecit & interfecit, pugnaq; in immēſum in omnes partes creuit, bohemis pluribus cadentibus, quoꝝ periculum euitādo Wladiſlaus eorum dux ſignum receptui dedit. Diſcedentibus aūt bohemis, Poloni primū ſuſpicati ſunt dolum, tandem cōperta fuga eorum, perſecuti ſunt eos quoad conſequi potuerunt, interficiendo & captiuos reducendo. Peracta pugna Boleſlaus impoſitis in plauſtra ſautiaris rediit cum toto exercitu in Bohemiam longe lateq; uaſtando, & iterū atq; iterum urendo & depopulando, plurimis ſpoliis & captiuis oneratus, cum Sobeſlao, & toto exercitu in Poloniam triumphās, & de uictoria laudes deo perſonans, reuerſus eſt. In ſequenti anno ad inuadendum bohemiā, nouam expeditionē parabat, quam Wladiſlaus dux bohemiæ (non em̄ cum latuit) nunciis & ſupplicationibus intercœpit, pollicens æquas conditiones pacis tenere, Sobeſlaoq; cōgruam ſortem in Bohemia præſtare, itaq; conuenientibus in die ſancti Procopii ad fluuium Niſſæ tribus ducibus, Boleſlao poloniæ, Sobeſlao & Wladiſlao bohemiæ pacem firmant & aſſignant, acceptante Sobeſlao pro ſua ſorte, Hradecz cū quattuor caſtellis & toto diſtrictu in Bohemia, & ciuitatē Olomuncz cū ſuo diſtrictu in Morauia, manumiſſiſq; captiuis & exulibus reſtitutis, ab utraq; parte diſceſſum eſt cum leticia.

Boleſlai inſperata pugna & victoria.

Boleſlaus bohemiā depopulauit.

Pacis condiciones.

CAPVT XI.

Pomeraniam & Prutenicum bellum.

DVm Boleſlaus finitimis bellis detineretur. Pomerāni & Pruteni quietem non ferentes, in Mazouiam non denunciata hoſtilitate irruerunt, depopularunt, conflagrarunt, captiuoſq; abducentes diſcedebant, magnus uero Comes, Mazouiam gubernans qui olim Wratiſlauien̄ oram rexiſſe ante commemoratus eſt, extemplo & quāto celerius potuit agreſtibus bellatoribus eos inſecutus eſt, & dum ſe tutos eſtimarent, ſopori deditos ante diei lucem, inopinate inuaſit & oppreſſit, ſexingentos occidit, mille atq; ducēros captiuauit, paucoſq; ex eis fuga ſaluauit, & in ſiluas diſperſit, quos de ſiluis nedum uictores, ſed & mulierculæ tanq̄ pecudes ligatos e nemoribus extrahebant. Maxima cauſa huiuſce uictoriæ, ut Vincentius in ſua chronica meminit, fuit Simon Ploceñ præſul qui ab inicio irruptionis hoſtium, uſq; ad deletionem ipſorum, non relaxauit animū & ora, una cum toto clero a ieiuniis planctu & obſecrationibus, pro uictoria ſuæ genti diuinā clæmentiam deuotiſſime implorando. Similis uictoria eodem anno obtigit Sleſitanis, qui ſatellites Sbignei fratris naturalis Boleſlai, Sleſiā deprædantes conflixerunt, & in uincula dira conieccerunt Dux aūt Boleſlaus de ultione in Pomeranis & Prutenis per magnum Mazouiæ præfectū patrata non contentus. In ſequenti anno. M. centeſimo tredecimo eis bellum indixit. Et conuenientibus bellatoribus in Cruſzuiczam, uiderunt

Pomeranorū clades in mazouiam.

Cauſa victorię

Similis victoria apud Sleſitanos

Boleſlaus in pomeranos bellum agit.

uiderunt lucidiſſimum adoleſcentē in pinnaculo oratorii ſancti Viti ciuitatis Cruſzuicien̄ exiſtentē, ſplēdore late & uſq; ad campeſtria micantē, motoq; exercitu de loco ſtationis, prælibatus adoleſcens e pinnaculo deſiliens exercitū antecedebat, pomū aureū, antiqua hiſtoria habet pilum. i. iaculum non pomū quod in manu geſtabat per uiā ante ſe iaciendo. Hunc Boleſlaus tanq̄ fœlix omen, cum exercitu ſuo ſecutus eſt, donec ad Nakel peruenit, ubi diſparente ductore adoleſcente, ſpemq; capiēdæ urbis, ex uibratione & pomi proiectione uerſus Nakel relinquente, uallauit Boleſlaus caſtrū & oppidū Nakel, in quo Pomerani ſe recludētes, aſſidua damna regno Poloniæ inferebāt, & poſt tormentorū proiectiones, conſiderantes ſe nō poſſe ſubſiſtere, ac cōtra Boleſlaum tueri, quindecim dierū inducias pecierunt, & obtinuerūt, quibus lapſis, ſi auiſati Pomeranorū principes non ferrēt eis ſubſidium, poteſtati Boleſlai ſubderentur. Inuenerunt aūt legati Naclenſium, ad obeundū bellum ſupra q̄ quinquaginta milia Pomeranorū & Prutenorum. Qui militari iuramento ſe obſtringētes, equiſq; relictis, omnes per inuia & ſiluas uſq; ad Nakel ſilenti & compoſito agmine peruenerūt. Erat aūt dies ſancti Laurēcii martyris, quem Poloni feſtiuum habuerunt, armis (eo q; induciæ eſſent) depoſitis, miſſarū ſolenniis occupati. Verū peractis diuinis officiis, hoſtium innumerabilis multitudo apparuit. Quare tumultuarie arma corripiūt, quiſi a pomeranis ſic fuiſſet inuaſi, ſine negocio faciliterq; uicti fuiſſēt. Sed a deo ꝓpitio aliter diſpoſitū eſt, nam Pomerani defenſioni ſatis aptū locū conſpicientes ſe foſſis muniebā-, ſudibuſq; & haſtis acutis & longis, in extremitate, a tergo, frōte & lateribus, ordine denſo, terræ infixis igneq; poſito ſeſe ualabāt. Propere itaq; Boleſlaus, relictis in caſtris præſidiis ordines in hoſtes ducit, exercitū in duo agmina diuiſit, primo ipſe præfuit, ſecundū Scarbimiro præfecto militiæ cōmiſit, quū aūt obequitando, hoſtes tergo nō eſſe ſcptos exploraret. Scarbimirū ſupatis poſtremis hoſtium foſſatis immiſit, q in eorū terga inuectus, impigro marte Pomeranorū tirones trucidabat, hinc clamores æditi, eos qui in acie erāt perturbabant, qui iā ſociis (imminēte Boleſlao a fronte) auxilia ferre non poterāt. Boleſlaus concitato equo, ducis & militis officium gerens, in hoſtes irrupit ſuperatiſq; foſſatis per ſudes & lanceas, pluribus militibus obtritis, pluribus equis aut necatis, aut confoſſis, aliiſq; ſuffectis, in omni pte pugnatū eſt & Pomeranis atq; Prutenis dirutis, q obliti præſtiti iuramenti, omnes qua poterant paſſim exilientes fugiebant. in proximis ſiluis latibula & ſalutem quærentes. Occiſa feruntur eo prælio quadraginta milia Pomeranorū & Prutenoꝝ, duo milia capta. Cæteri in paludibus & locis limoſis merſi perierunt. Extat in hodiernum diem, haud paruus collis ex congeſtione cadaueꝝ & ſuper iniectione terræ reſultans, in monimentū perpetuum & certaminis locū quottannis demonſtrādus. Caſtellani & oppidani Naclenſiū cum ſex aliis oppidis uicinioribus (uiſa ſuorum nece) in ditionē Boleſlai ſe dediderunt. Pro his ſummo opifici deo glorioſo, & beato martyri Laurentio, in cuius feſto uictoriam Boleſlaus nactus erat, Poloni gratias laudeſq; peragebant.

Nakel ex omine vallatum.

Boleſlai ex pomeranis maxia victoria. Quadragínta millia cœſa.

SBigneus ducis Boleslai frater naturalis, sciens omnem spem recuperãdi aliquã fortẽ in polonia, tũ ex cõcordia cũ bohemis & duce eoꝝ, apud quos exulabat, ad flumẽ Nissæ facta, tũ ex grauicæde, totaliq; humiliatione Pomeranoꝝ atq; Prutenoꝝ circa Nakel inflicta sibi adẽptã, misit legatos oratũ ire ducẽ Boleslaũ, ut miseratus suæ inopiæ & deiectionis aliquã porciũculã in polonia ꝓ sustentatione ipsius de mera pietate largiret'. Boleslaus misericordia motus, dissuadẽtib? ei cõsiliariis acceptauit eũ in gratiã, dummõ Sbigneus recõciliationẽ probitatem, & humilitatẽ cũ cæteris uirtutibus induceret. In hanc spem reduxerunt nuncii Sbigneum in poloniam, uenit autẽ in curiam Boleslai cum pomposa arrogantia, cum cantoribus modulantibus, tubis psallentibus, & timpanis sonantibus, ense ante ipsum præcedente. Boleslaus licet ulcerato animo hæc uideret, tamen dissimulatione ut decuit usus, suscepit eum magnifice ac gratiose. Illicoq; consiliarii suapte ulceratũ animũ Boleslai cœperũt bile inflammare, coarguẽtes eũ, ꝙ hostẽ patriæ, sororem latronum, omnibus dolis ac fraudibus, pessimisq; facinoribus plenum, in sui totiusq; regni exitium reassumpsisset. Ne ergo uitam Boleslao, ueneno aut ferro prior præriperet, aut regno nouum discidiũ induceret, anteq̃ de polonia fugã arriperet, regno lugubrem iacturã pararet. Consulunt ut maturaret cruẽtam beluam occidere. Boleslaus ira concitus consensit militibus occidẽdum Sbigneum, uisa itaq; oportunitate & loco inter exprobrandum ei uicia, & patriæ damna per eum illata, orta contentione eum interfecerunt. Quamq̃ alia historia dicat fuisse exoculatum, & post ex doloribus breui uitã finiuisse. Scarbimirus palatinus Graccouien, & princeps militiæ Boleslai, sequutus Sbigneũ ad eam lapsus est insolentiam & arrogãtiam, ut primum submurmurationibus, deinde publicis probris Boleslaum fugillaret, postremo conciliata manu consanguineorum, affinium & ei fauẽtium, cœpit Boleslao rebellare, & cum eo (contumacia suadente) si quid Boleslaus attentaret bello decernere. Quo compræhenso iussit Boleslaus eum in carcere excœcare, & dignitate palatinatus Graccouien priuare, totaq; illa procella perinde ac si nunq̃ fuisset conquieuit & dispersa est. Et ne inpost similis temeritas obueniret, præposuit Castellaniã dignitati palatinatus Graccouien, quod usq; in hodiernũ diem permanet & custoditur. Doluit tamen Boleslaus, & eũ utriusq; facti pœnituit. Post plures eñ annos, scilicet anno Christi. M:cẽtesimo uigesimo nono, totam quadragesimã ieiunauit in pane & aqua, in nuditate & cilicio pro expiatione necis fratris & Scarbimiri. Post festa autẽ paschæ, in priuato habitu ne agnoscereturꝰ peregrinatus est cũ clericis & sacerdotibus, pauciscq; militibus ad sepulchrum sancti Egidii sui patroni, cuius meritis conceptus erat, & multas uictorias reportauerat, singulis diebus exeundo de hospicio, orauit horas canonicas maiores, & minores beatæ Mariæ uirginis, insuper & septem psalmos pœnitẽtiales cũ letaniis. Inter orandum autẽ nudis incessit pedibus, & de austeritate pœnitentiæ quicq̃ non obmisit. In transitu omnes Cathedrales, & collegiatas ecclesias, Abatiales ac Conuentuales, & hospitalia uisitauit, singulisq; insigne elenodiũ ex auro uel argento obtulit.

Sbigneí in poloniam reditus

Consilium in Sbigneí necem.

Sbigneí interitus.

Scarbimiri rebellio.

Scarbimirus excœcatur.

Castellania Gracouien tũc palatinatui præficitur.

Boleslaí pœnitentia.

In monasteriũ

In monasterium sancti Egidii, processionatim inductus est per Abbatem, & religiosos præfati monasterii qui ei obuiã exiuerant, mansitq; inter illos 15 diebus cũ summa deuotione, orationibus, & elemosinarũ largitionibus, ad sepulchrũ sancti Egdii ut sæpe prostratus & gemebundus, multa donaria monachis præciosa relinquẽs, & eos ualedicens reuersus est, simili ordine ut prius habito, in deuotione: elemosinaꝝ erogatione, ac ecclesiarum uisitatiõe donec poloniã ingressus est, cũ maxima hilaritate a suis exceptus. Nec his contẽtus in altero anno, cum uiris ecclesiasticis & suis militibus pedestri itinere, corpus sãcti Stephani in Alba regali conditum in habitu cognito uisitauit, & perspexit, ab Hungariæ rege Stephano socero suo, Episcopis & magnificis regni Hungariæ sũptuose prouisus & tractatus. Ex Hũgaria per Graccouiã transiens more peregrino adiit Gneznã, ad uenerandũ reliquias beatissimi põtificis Adalberti, proxime añ hoc in ãno dñi. M. uigesimo cẽtesimo septimo, kalendas Marcii septimo, ꝓ Iacobũ archiepiscopum Gnezneñ, ex abditis locis (ibi propter metũ Bohemorum scrupulose occultatis) in publicum productis, & omnibus christifidelibus ad uenerandum reuelatis. Ad sepulchrũ itaq; sancti Adalberti ueniẽs, prostratus cũ lachrymis, scelus suum præcabatur sibi dimitti. Obtulitq; ea uisitatiõe ecclesiæ Gnezneñ octuaginta marcas auri puri pro sarcofago beati Adalberti struendo, donauit quoq; omnibus põtificibus canonicis præsentibus, personis ecclesiasticis & suis baronibus nobiles & splendidas uestes, sed & sanctuariis ac ministris ecclesiæ Gnezneñ uestes decentes tribuit.

Boleslaí peregrinaciones sũ maq; liberalitas.

CAPVT XII.

ET quia dux Boleslaus expugnatã Nakel, & alia sex oppida ꝓut in superioribus tactum est, tradiderat in potestatẽ Swatopolkoni, uni ex satrapis & consiliariis poloniæ, dexteritate & fide plurimũ ualenti. Cuius origo fuit de domo Griffonũ, gẽtis polonicæ ueteri familia, nihil fraudis in eo suspicatus, intellexeratq; eum uiolato iuramẽto a fide defecisse, uolens eius perfidiã ultum iri, ãno dñi. M. cẽtesimo decimo octauo impeditus est maximis pluuiis & diluuiis, in polonia & circũuicinis regnis uigẽtibus. Cœlum siquidẽ post occasum solis in tantã rubedinẽ uersum est, ut quasi ignis, tribus horis colluceret, & statim sequutæ sũt pluuiæ toto ueris tempore, nec cessarunt in æstate, inundatiões fluminum effundendo, & quasi alterũ Cathaclismum producendo. Itaq; in anno sequẽti multũ uentoso & instabili, armato milite Pomeraniam deuastabat, congressusq; cũ exercitu ex Pomeranis & Prutenis, ex ualidis iunioribus atq; agrestibus coadunato, fere totũ florem iuuentutis eorũ extinxit, nec duci Boleslao Pomerani & Pruteni ultra resistere proposuerunt, sed quoad uixit, deuote in obedientia ipsius permanserunt. Ex inde uersus Nakel ad opprimendũ Swatopolkonẽ fidefragum, & fidelitatis uiolatorẽ, peruenit, & a festo natiuitatis Mariæ, usq; ad natalẽ domini, Nakel expugnare non ualuit, prouiderat siquidẽ Swatopolk uiris & uictualibus peroportunis ac sufficiẽtibus Nakel, nec ira qua Boleslaus in perfidiam eius exarserat, nec uulnus quod a sagitta de Nakel excœperat, effectum & uindictã sortiri potuit, propter hy

Boleslaí postrema in pomeranos expedicio.

Boleslaí victoria.

emis ergo aſperitatem & militū intollerantiā, propter etiam inſtantiam quā ſæpenumero præcatus eſt Swatopolk, cum ipſo pacē confecit, pecunia pro demulctatione & filio pro obſide ab eodem receptis. Nec tamen perſtitit in fide Swatopolk, ſed ut prius rebellauit. Iuſte ergo Boleſlaus furore incēſus

Nackel oppūgnatio.

in tertio anno cū expedito milite Nakel obſedit, & primū ingeniis & armis bellicis expugnabat, tādem turribus ligneis altitudinē murorū excedētibus per foſſata impleta uſq; ad murū deductis, fortiori ui defenſores oppidi affligebat. Sed Pomerani conſilio Swatopolkonis perſuaſi, turribus ligna pinatica ſubiecerūt, & deſuper proicientes reſinā, lardum, butirum, cæteraq; inflāmabilia. Polonis ea amouere negligentibus, turres igne conſumpſerūt, ſecundoq; & tercio alias turres celeriter erectas & ad murum perductas, ſimili incendio depaſtas exuſſerūt, quarto uero admoras prohibentibus Polonis minime ualuerunt exurere, ex turribus identidē cominus per iacula & certamina afflicti, fracti tandē Naclenſes & uiribus deſtituti, telis ſimul & uictualibus deficientes, ſaluum diſceſſum cū ſuis rebus a Boleſlao pecierunt, quo negato, treugas pacis in aliquot dies poſtularūt, & his non obtentis, iterum

Nakel ſedicio.

affectarunt ut ſolam uitam eis donaret & Swatopolkonē ei tradendū uiuū aſſumeret. Hoc acceptauit & caſtrum cū oppido Nakel inuaſit atq; ſpoliauit, Swatopolkonē uero uiuum comprehendit, & perpetuis carceribus deputauit, nec amplius cuipiam de familia ipſius, munitiones tanq; hominibus doloſis tradidit. Tandem Volodorū, Przemiſliæ ducem ex Polonia prædas

Swatopolk vinculis infectus.

ut ſæpe agentem, per milites & ſuos præfectos conflixit, & eum poſt conflictum fugientem, in loco qui Viſſoko dicitur cōprehenſum, milites in Gracouiā duci Boleſlao adduxerūt, hunc uinculatū Vaſilko dux Premiſlieñ ui-

Volodorꝰ premiſlię dux victus.

ginti milibus marcarum argēti redemit, ſtatimq; datis duodecim milibus argenti pro reſiduo filiū Iaroſlai pro obſide poſuit. Ex poſt uero quingenta uaſa argentea, uidelicet lances, picaria, ciphos, de opere græco, pro complemento ſolutionis impendit, ſicq; Volodorū in toto eliberauit. In anno quoq; domini. M. cēteſimo uigeſimo tercio. Boleſlaus Poloniæ dux, Iaroſlaum ducem Wladimirieñ affinem ſuum in Ruſſiā reducens, qui apud eum in Polonia per quadriennium moratus eſt, cōuenit circa Przemiſliā cum auxiliis & ducibus auxilia præfato Iaroſlao præbentibus. Colomāno fratre regis hungariæ, Volodoro & Vaſilkone Przemiſlieſibus, & duce Wlodimir Wlodorouicz, acceptiſq; hungaroꝝ & Polonoꝝ ſeptem milibus Iaroſlaus exercitū prænominatorū ducum antecedebat, & expugnatis caſtris olim ſuis, e quibus ſpoliauerat eum Wlodimirus Kiouieñ dux, ſcilicet Belſz Czirneow Wlodimiria præuenit caſtra Colomāni, & Boleſlai ducū, & appropinquās portæ Kiouieñ quæ polonica dicitur, congreſſus eſt cum peditibus ex Kiow contra eū egreſſis, quibus obtritis & fugatis, alii noui in ſupplemētū eorum ſuperueniētes, plures milites hungaros & Polonos, qui Iaroſlaum comitabātur occiderunt, equūq; Iaroſlai ducis telis confoderut, ſic q uulnerū impatiens, ſeſſorem ſuum Iaroſlaum ducem in terram deiecit, pugnaq; ingēs facta eſt. Ruthenis illum capere adnitentibus: Hungaris uero & Polonis defenſionem ducis opponētibus: Ruteni in Kiow fugere coacti ſunt. Iaroſlaus aliquot

Iaroſlai in ruſſiam reductio.

quot uulneribus cōfoſſus, paucis poſt diebus mortuus eſt. Colomānus itaq; & Boleſlaus cum cæteris ducibus ad Kiow uenientes, cœptā obſidionem caſtri Kiouieñ continuauerūt. Sed Andreas præfectus caſtri, a Wlodimiro in tutelam relictus, exiēs ſupplex pacem orabat, & quoniā Iaroſlaus gratia cuius bellum aſſumpſerāt uita functus erat. Duces Boleſlaus & Colomannus inſtātibus Volodoro & Vaſilkone ducibus Przemiſlieñ ſuffragatoribus ſuis pacem conceſſerunt, ſinguliq; duces ad ſua redierunt.

Iaroſlai iteritꝰ

CAPVT XIII.

ANno domini. M. cēteſimo uigeſimo quarto, præparatis nauclēris & nauibus circa Gedanū, dux Boleſlaus accepto ſecum Petro de Dacia, qui poſtea dictus eſt Piotrek magnus comes de Skrzin, & tota militia bene armata, ſecūdis uētis in Daciam peruenit. Erat autē cauſa nauigandi, quoniā pater Petri comitis de Skrzin, per litteras nūciauerat, Henricum regem Daciæ a fratre ſuo germano cuius nomen Abel, pluribus uulneribus interfectū, omneſq; theſauros præfati regis ſibi occulte commiſſos, ne ergo in manus occiſoris quouis modo deuenirent, hortatus eſt ut Petrus tales theſauros reciperet in Poloniam. Dux itaq; Boleſlaus per totam Daciā publicat & inſimulat ſeſe ueniſſe ad ulciſcēdum innocentem regē Henricum ſuum amicum, in Abel occupatore regni, germano prædicti occiſi regis. Ex inde cuncti nobiles Daciæ, deficientes a truculento occiſore, adheſerunt Boleſlao, & caſtra omnia in manus Boleſlai contulerūt. Occupator uero regni, uidens ſe deſertū exul de regno profugit, tū Boleſlaus perſuaſit regnicolis Daciæ, ut legittimū regem eis eligerent. Ipſe uero clam a parente Petri recepto aureo uellere, & plurimis theſauris a longo tpe cōgeſtis, totaq; cognatione Petri, bene ditatus proſpere in poloniā reuigauit. Iſte eſt Petrus, cui ob merita, dexteritatē, & fidem eius, contulit Boleſlaus comitatum in Skrzin, cum aliis multis poſſeſſionibus, in uxorē eidē dando Mariam principē Ruſſiæ, germanā Iaroſlai ducis Wlodimirieñ. Iſte qui in Polonia extruxit ſeptuaginta ſeptem eccleſias lapide ſecto & dolato.

Nauigalis expedicio i daciā

Petrus comes De Skryn.

Iſte eſt qui duo monaſteria conſtruxit & dotauit, unū ſanctimonialium ordinis Præmōſtrateñ in uilla Chalino Wladiſlauieñ dioceſis, quod ſucceſſu tēporis tranſtulit, propter uberius ſolum in oppidū Strzelno eiuſdem dioce. Wladiſlauieñ. Aliud monaſterium extra muros Wratiſlauiæ ad ſanctum Vincentium, quod abunde dotauit, & fratres Præmōſtratenſes nouiter propagatos introduxit. Iſte pro inſigni geſſit, in campo albo figurā ſimilē litteræ capitali K. in parte anteriori tres tracturas, ad ſimilitudinem trinæ crucis habentē hoc modo ꝟ, ſupra galeam uero cignū ferebat. Nūc aūt eiuſce geneologiæ nobiles Poloni a præfato Petro propagati, cignum dumtaxat, p armis ferūt, alia præclara facinora & exitus mortis huius comitis poſtea dicētur. Boleſlaus dux Poloniæ q̄q̄ ſoſpes glorioſus & multum ditatus in Poloniā ex Dacia rediit, tamen urbē Graccouieñ in toto conflagratam exinde turbatus reperit, reperit & eā oram, quæ eſt a Przemiſlia uſq; ad Byecz de prædatā abs Wladimiro, filio Volodori ducis Przemiſliæ, qui nacta oportunitate, abſente Boleſlao ſpoliata pecora & plurima ſuppellectili, nemi-

Monaſteriū in ſtrzelno.

Monaſteriū .ſ. vincencij extra muros wratiſlauieñ.

Arma familie cum cigno.

Cracouia conflagrata.

 ne repugnante

ne repugnante, secūdis successibus in Przemisliam intulit. Ob hoc Bolesla
us frendens, aduersus Przemisliam cum omnibus suis militibus processit, &
quæq; obuia uastādo prostrauit. Cui Volodor cum suo & aliorū ducum ex
ercitu, in loco qui dicitur Vilihew occurrens, pugnauit, sed a Polonorum ex
ercitu frequentissimo tanq̄ sicci calami contritus & castris exutus est. Cœci
derūtq; inter alios Ruthenos, duo Boyarii magis strennui, scilicet Nawrot
nik & Zaszithnik. Volodor uero in fugā uersus, ad Halicz diuertit, ubi ex
ercitum renouans uita fūctus est, & in ecclesia sancti Ioannis quam ipse fun
dauerat in Przemislia sepult9, relinquēs duos filios Wlodimirum cui cessit
Swinigrod & Rosczislaum cui Przemislia, p sorte obuenit. Sequuta est eo
anno hyems seua & frigida, in qua perierunt non solum pecora, sed & homi
nes, fames quoq; in Polonia uiguit. Boleslaus autē dux beneficiorū pinsignes
triumphos diuinina bonitate perceptorum memor, muros ecclesiæ cathe
dralis Graccouieñ, pfundos erexit, duas eidē turres adiūgēdo, plura eccleſia
stica ornamēta, calices & cruces donauit, & uigīti canonicos seu præbēdatos
cū Radoszchone Graccouieñ episcopo addidit. Boleslao certis uillis & pos
sessionibus, Radoschone pōtifice Graccouieñ decimas manipulares, contri
buentibus. Collationē omniū præbendarum circa antistitem Radoschonē
& suos successores perpetuo manere iubens.

Bolesłai victo
ria contra vo
lodomirum.

Viginti canoni
ci i ecclesia gra
couieñ additi.

CAPVT XIIII.

MOrtuo Stephano rege Hungariæ filio Colomāni, & genero du
cis Boleslai, anno Christi. M. centesimo uigesimo primo, de uo
to & unanimi uolūtate Hungarorū, postergatis filiis præfati re
gis Stephani, suffectus & in regem Hungariæ coronatus est Be
la cœcus filius Almi, quē olim Colomannus pene ab utero matris infantulū
ut ei spes regni rescinderetur cœcauerat, quod tamē omnium prouisor deus
aliter disposuit, & eum regnare fecit. Filii ergo, iā dicti Stephani, una cū ma
tre Iuditha, ad auum suum ducem Boleslaum in Poloniā uenerūt, supplicā
tes ut eorum conditioni pupillari misertus, eos in regnum Hungariæ restitu
eret. Is uero cum magna potentia suorum militū, prænominatos nepotes se
cum ducens, Hungariam potēter ingressus est, Et in Scepusio occurrente ei
Alberto, Marchione Austriæ, qui sororem Belæ in coniugē acceperat, cum
copiis Germanorū, & regis Hungariæ duro cōmisso prælio, primos in acie
cōtriuit & reliquos in fugā cōuertit, duxq; ipse Albert9 Austriæ ad regē Be
lam refugit. Boleslao aūt duce Poloniæ uersus Budam, cū filiis Stephani &
toto exercitu procedente, legati ex Polonia aduenerunt, Sobieslaum ducem
Bohemiæ orā Wratislauieñ cis Odram deuastasse, & prædā in Bohemiam
abegisse nūciantes. Re infecta & consilio suorum inductus, reuersus est Bo
leslaus cū exercitu in poloniā, tutius propria defensare, q̄ aliena oppugnare
ratus. Composito exercitu, in Bohemiam transire uoluit, sed nepotes eius &
hi qui cū ipsis erant hungari, poposcerūt & cum maxima instantia obtinue
rūt, ut relictis nobilibus prouinciæ Wratislauieñ ad opponendū Sobieslao
& Bohemis, iterū Hūgariam repeteret & ingrederetur, quod illo agente, &
uersus Budam sine resistentia procedente plurimis hungaris filiis Stephani

Boleslai in hun
garia victoria.

Sobieslaus po
loniam uasta
uit apud odrā.

indices

indices adherēntibus: Belaq; rege in castro Vissegrad confugiēte, nuncii ex po
lonia consequentes ipsum, exposuerūt nobiles prouinciæ Wratislauieñ im
petū Sobieslai non ferentes ex campo diffugisse, & Sobieslaum tricētas uil
las cū monasteriis, ecclesiis & aliquot oppidis cōflagrasse, copiosamq; præ
dam in Bohemiā deportasse. Dux Boleslaus relicta hūgaria ad tuendū pro
pria diuertit, & rectiori uia in Morauiā ueniēs, singula quæq; obuia exussit
& strauit, prædam ingentem hominū & pecorum in Poloniā deferendo. Re
fert nouissimus chronicæ hungarorū scriptor, regē Stephanum filium Colo
manni filios legittimos non habuisse, nec uxorem, sed pellices tenuisse, & ic
circo carens herede, post se regnaturū designauit Belam per suū parentē cœ
catum, ad suscitandū stirpem regiā, filiam Vros de Seruia tradēdo ei in uxo
rem. Ob hoc quidam Polonorū historici aiunt, hunc Boleslaum ducē Polo
niæ tradidisse filiā suam, ex Ruthena genitā, Colomāno altero filio Colomā
ni regis Hungariæ ad coronandū eum in regem Halicieñ, & non Stephano
maiori natu regis hungariæ, illiusq; Colomāni ducis Halicieñ prolem iuuis
se, ad assequendū regnum hungariæ. Addidit insuper dux Boleslaus in āno
sequenti aliā expeditionem in Bohemiā cū omniū suarum terrarum potenti
is, & Ruthenorū auxiliis, ad ulciscendum in Sobieslao suas iniurias, qui uio
lato iure hospicii cōmorationis in Polonia, & fauēdo pactis cū Bela rege hū
gariæ initis, Poloniam afflixit, & incipiens a finibus poloniæ, usq; ad flumē
Albeam uilllas, uicos, & oppida exussit, homines captiuauit, pecora & sup
pellectilem abegit, Bohemis cū duce Sobieslao in certamen publicum pro
dire non audētibus, dumtaxat longius ab exercitu uagātes Polonos in locis
iniquis rapientibus, assumpta præda absq; quauis resistentia, dux Boleslaus
cū suis in Poloniā reuersus est. Dimissisq; & abeuntibus in sua loca Polonis,
Sobieslaus a tergo cum Bohemis & Morauis in oram Poloniæ propinquio
rē Bohemiæ, irrupit, & illatis aliquibus damnis, propere in Bohemiā reuer
sus est. Reparanti Boleslao in anno sequēti nouum exercitū, aduenerūt lega
ti Lotharii regis Romanorum, hortātes & postulantes, ut ad ipsum perso
naliter accederet, offerens se inter eum, & ducem Sobieslaum, æquā pacem
compositurū, super quo adhibito consilio, dum ab omnibus fuisset approba
tum, Lotharium regem Romanorū in Bāberk cū notabili comitiua accessit,
ubi aderat dux Sobieslaus, tentauit ergo Lotharius cū suis principibus pa
cificare Boleslauū poloniæ, & Sobieslaum Bohemiæ duces, ut in subsidiū ac
ceptis gentibus ducis Bohemiæ progrederetur in Italiā, ad ordinandum res
ecclesiæ turbatas, & accipiendum coronationem Romæ. Re uero infecta
utroq; duce suas iniurias plurimum perpendente, cœpit postulare Lothari
us a duce Poloniæ quietem & pacē Bohemis per trienniū, ne subsidio Bohe
morum frustraretur. Cui acquieuit & per trienniū soliditatē pacis cum Bo
hemis seruare repromisit, & priusq̄ triennales treugæ inter duces expirarēt,
per cōmunes barones bohemiæ & poloniæ, facta conuētione in Cleczko, in
præsentia ducū Boleslai & Sobieslai, cōfecta est pax inter eos perpetua. Ex
Italia autē Lothario reuerso accessit eū Boleslaus Poloniæ dux, & iussus ho
magia pendere ex terris Pomeranorū & Rugianorum, tanq̄ ad imperiū spe

Sobieslaus po
loniā ingressus
hostiliter.

Boleslai cū lo
thario in bom
berg cōuentio

Treugę triēna
les.

Pax ppetua fir
mata.

ctantibus. Reſpondit terras proprias Polonorũ, nunq̃ imperatori tributari as fore. Dimiſſus igitur ab imperatore in poloniã rediit in pace, uerum dũ ta lia geſſit cum Hungaris, Bohemis & Imperatore. Principes Ruſſiæ defecti onem & rebellionem meditari cœperũt, quam prior perſuaſit, & aliis Ru thenis propoſuit. Iaropolkus Wlodimirouicz, inquiens, quoniã turpe eſſet totiens ad aliena bella obeunda Ruthenos trahi, & ſub principe alterius ri tus cum dedecore & ſcandalo eorum detineri. Nunc ergo excutiẽdum eſt in quit iugum ſeruitutis noſtræ, non enim poterit polonus tribus hoſtibus im plicitus, Hũgaris, Bohemis & Ruthenis cũ omnibus ſatis pugnare. Hac de fectione ad Boleſlaum perlata, dum in conſilio ſciſcitaretur quid agendũ fo ret, inter alios iuſſus dicere conſiliũ Petrus Wloſczouicz, comes de Xanſz ſic orſus eſt. Non poteſt compeſci fluxus aquarum, niſi fons prius extirpe tur aut occludatur, nec frondes oriri prohibentur, niſi radice euulſa, ſic neq; poteſt Ruthenorũ meditata defectio compeſci, niſi is a quo proceſſit Wlo dimiriæ princeps opprimatur. Ipſeq; ſuſcepit hanc prouinciam prouidendã & principes Ruſſiæ in fide continẽdos, uafro itaq; uſus ingenio, accepto ap paratu lugubri, cum paucis fidis comitibus facti ignaris, ad ducem Wlodi miriæ Iaropolkum peruenit, & cauſam ſui aduentus, tyrãnidem Boleſlai du cis Poloniæ, cum frequentibus iniuriis aſſeruit. Rogans ut ipſum tanq̃ prin ceps æquiſſimus, comitate & humanitate decor9, iure hoſpicii exciperet & confoueret. Gratus fuit Iaropolko aduentus Petri Wloſczouicz, gratus & principibus Ruſſiæ, putabant em̃ deſtinatam rebellionem ex hoc tempore oportuno maturaturos. Verũenimuero Petrus obſeruabat ducem Iaropol cum, & quodam tempore cum paucis prandentẽ, iubens ſuos arma corripe re, hoſtem ſe proteſtatus, compræhendit, eũ proſtrauit, atq; in uincula conie cit, celerrimoq; curſu in poloniam detulit, & Boleſlao tãq̃ munus optatum præſentauit, laudatus & multis poſſeſſionibus remuneratus, eo q; unius ho minis captiuatione omnes Ruthenos in fide cõtinuit. Sed longe aliter q̃ ſpe rauit prouenit, nam Vaſilko genitorem ſuum Iaropolkum redimendo, ad ar bitrium Boleſlai grande præcium expendit & tribuit. Quendam quoq; hun garum, pari uafricia atq; dolo ſubordinauit, & ad Boleſlaum decipiendũ mi ſit. Is ne fraudator notaretur, exulẽ ſe finxit, omnibus reb9 exutũ per Belam regem Hungariæ, quoniã partem nepotũ Boleſlai fuiſſet ſecutus. Boleſlaus primum fauore hominem doloſum proſecutus, tandẽ Viſliczam oppidum natura & aquis munitũ, Nide fluuii in modum coronæ circumfuſum ei gu bernandũ commiſit. Ille nacto tempore oportuno cũ Boleſlaus pro reformã da pace ad Lothariũ regem Romanorũ ſe reciperet, ſub confiſcatione bono rum, camere ducali applicandorũ, cunctis uicinis cũ pignoribus & fortunis eorum in Viſliczam confluere præcepit, quoniã ex certis litteris accepiſſet duces Ruſſiæ rebellione publicata propere in poloniam accelerare. Singuli ergo territi cum omnibus fortunis in Viſliczam ſeſe receperũt. Hũgarus ue ro dudum meditatus dolum, intimat duci Wladimiriæ, ut cum multis genti bus ad Viſliczam ſexto idus Februarii ueniret, pro uoto ſuo populis & op pido potiturus. Anno ergo domini. M. cẽteſimo triceſimo quinto, ſexto idus Februarii

Ruthenorũ defectio.

Dolus petri. wloſczouicz.

Viciſſitudo doli.

Februarii, noctis tempore ſub ſilentio apertis portis ciuitatis infidelis hun garus Ruthenos omnia debachãtes introduxit, ſenibus & impuberibus nõ parcentes in omnem ſexum omnemq; conditionẽ hominum in ore gladii ſe uientes, ad ultimũ omnem ſubſtantiã extirpãtes, cũ hominibus & pecoribus exuſta ciuitate in Ruſſiã abduxerũt. Hoc triſti nũcio ad Boleſlaũ plato, fre mens & exagitat9, collectis ingenuis una cũ agreſtibus, ad interiora Ruſſiæ penetrauit, ducesq; non reperiẽs (omnes ſiquidẽ in longinquas ſiluas & inuia Boleſlaum tanq̃ fulmẽ metuẽtes ad deliteſcendum fugerãt) in plebẽ Ruthe nam, & tecta innocua deſeuiẽs, ad ulciſcendum mortem & damna ſuorũ pro ruebat. Contritiſq; omnibus, acceptis hominibus & ſpoliis in poloniã rediit Ruſſiæ principes pro deſolatione ſuarum terrarũ, dura & graui triſticia af flicti, conuentiones circa Wladimiriã faciunt, & ultionẽ ex Boleſlao ſumen dam concludunt, perſuadente tamen Iaropolko duce Kiouieñ occultis dolis & non manifeſtis modis, circũueniendum ac opprimendum ipſum ſtatuunt, quoniã Polonorũ potentiam aperto bello frangere nequirent. Eiiciunt ergo & expellunt Hallicieñ ducem Boleſlai affinem, quia conſilia eorũ polonis proderet, qui ad Boleſlaũ ſeceſſit in poloniam. Subordinat poſtea Iaropol kus Kiouieñ, primores Hallicieñ ut apud Boleſlaum reditũ & reſtitutionem ſui ducis peterẽt, ut pro honeſtamẽto ipſius perſonalem reductionem ei præ beret. Aduenunt & hungari uicini regioni Hallicieñ, Ruthenis ſimilia refe rentes, reſtitutioni ducis Hallicieñ ſe auxiliaturos promittentes. Conſtituto itaq; & præfinito die, dux Boleſlaus Halliciẽſem principem paruo exercitu reducebat, appropinquãti autẽ Halliciæ, occurrens exercitus hungarorum utrumq; ducem excœpit, & in extremã poſteriorẽq; partem abiit, deinde tur mæ Hallicieñ, ſimilem ſalutationẽ & applauſionem facientes, in terga exer citus polonici, quæ hungari iã occupauere diuerterũt. Quo inſpecto dux Bo leſlaus ad Wſeboriuui palatinũ Graccouieñ principem militiæ dixit. Suſ picaris ne Wſebori hoſtilitatẽ nobis parari, & a fronte aliis ueniẽtibus, a ter go hungaros & Hallicieñ nos inuaſuros, principiis obſtandum eſt, nec eo ſer monẽ complente, copioſiſſimus exercitus Barbarorũ & Ruthenorũ cum du ce Iaropolko aduenit. Paucis igitur ſuis adhortatis ut ſe uiros meminerint, & animam potius honeſte funderẽt, q̃ miſerabilem ſeruitutẽ ſubirẽt, ſic fatus cũ eſſet circumcluſus hoſtibus in aduenientes a fronte irruit, & contrita ala ei obuia, in alios inſiluit, & magna cœde attriuit, fortunæq; confidens uicto rem ſe euaſurum ſperabat, uerum quodam Palatino, cuius nomen ſcriptores ſubticent timore perculſo, de pugna fugiente, pertracta eſt poſt eum magna pars exercitus Boleſlai, ut certocertius poſſet uidere ſe uincendum q̃ uicto rẽ, non deſtitit tamen bellicoſiſſimus princeps omniquaq; hoſtes proſterne re, donec ab omnibus, telis, lanceis, & gladiis impetitus, equo ſub eo confoſ ſo & interfecto, pedes pugnãdo, hoſtes reprimeret. Quo uiſo quidam miles gregarius, de ſuo equo deſcendens, eũ duci Boleſlao præſtitit. Cape, inquit, illuſtriſſime princeps hunc equũ, & te meliori fortunæ reſerua, ſicq; exceſſit & in Poloniã utcũq; mœrẽs regreſſus eſt. Miles quoq; ille gregarius ſaluus redit, cui ob præſtitum beneficiũ, plures poſſeſſiones, magiſtratus, & digni tates Boleſlaus tribuit. Palatino uero profugo, miſit colum, penſum, & pelli ceam

Viſlicia capta.

Boleſlaꝰ iñ ruthenos vindicta.

Boleſlaꝰ ex ruthenis clades.

ceam leporinam. In colo ſignans cum fœminam. In pellicea leporem & metu culoſum. In penſo chordā & ſuſpenſionē ipſius. Palatinus acceptis donis & ſignatione eoꝝ intellecta, meſtiſſimus in nocte in campanili proprii oratorii ſe ſuſpendit. Theſauri regni, pro redemptione captiuorum expoſiti ſunt, nō tamen omnes captiui redempti ſunt, plures eorū deficiēte publico ærario ue nūdati, in ſeruitute perpetua & fame uitam finierūt. Boleſlaus uero ſemper ingeminans accuſabat fortunam quod eum dereliquiſſet, accuſabat & fugā Palatini ſuſpenſi, nihil conſolationis accipiens, nec ex animo merorē ex conflictu perpeſſum dimittens, donec in ægritudinem lapſus eſt, & prope annū in lecto decubuit, ſentienſq; ſe moriturum, diuiſit regnū inter filios. Wladiſlao inter fratres ſeniori ex Ruthena genito, legauit terras Graccouieñ, Siradieñ, Lancicieñ, Sleſiam, Pomeraniā, & primeuitatē principandi. Ex Adleyda uero ſorore Henrici imperatoris genitis, legauit: Boleſlao Criſpo terras Mazouieñ, Dobrzineñ, Cuyauieñ & Culmeñ. Mieczſlawo ſeni, a maturitate moꝝ nuncupato, Gneznen, Poſnanieñ, & Caliſſieñ. Henrico primo Sandomirieñ & Lublineñ. Kazimiro autē infantulo nihil appropriauit, hortatuſq; ut ei portionē æquam aſſignaret. Reſpōdit iā dudu aſſignaſſe, miranti buſq; aſtātibus dixit, nō intelligitis inter quattuor rotas currus, quintā ſedē eſſe in medio. Sic & huic infantulo, intra quattuor Tetrarchas, mediam eſſe ſucceſſionem. Suſcepto aūt uiatico diuiniſſimæ euchariſtiæ expirauit, anno domini: M. cēteſimo triceſimo nono, ætatis quinquageſimo quarto, regni uero trigeſimo ſexto, ſepultus in eccleſia Ploceñ, cum cineribus paternis. Fuit Boleſlaus habitū corporis mediocris, colore fuſcus, ad credendū facilis, faciliter ex credulitate ad leuitatē & picula incidens, uelut in profligatione Hallicieñ. Pluribuſq; aliis euentibus ei obtigit, fuit in teneris unguiculis laboris, inediæ, & frigoris impatiēs, robuſtꝰ corpore, ab adoleſcētia martialibus deditiſſimus, nullus regū & principū Poloniæ uſq; in hanc diem bellicoſior eo fuit. Nā quadraginta ſeptē uicibus, publica acie, ſigniſq; collatis pugnauit, totidēq; victoriis potitꝰ, triūphauit, præter in ultima Hallicieſi pugna, in q̄ fortunā peſſum iuit, & eum deſeruit tanq̄ alterum Hanibalem. De liberalitate ipſius monaſteriū Szeczechouieñ, ordinis ſancti Benedicti, pluribus poſſeſſionibus, in ſui memoriam & mercedem ſempiternam, poſt Szeczechonē magnificum fundatorem dotauit.

Regni diuiſio in filios boleſlai.

Boleſlai mors et laudes.

Boleſlai victorię.

Monaſterium ſzeczechouieñ ditatum.

CAPVT XV.

RVthenorum duces Swatopolk, Wlodimir, Dauid, Olech, & Iaroſlaus, facta cōuentione cū ducibus Polowczonū in Stachow, pacem conficiūt, & ad maiorem firmitatem obſides ex utraq; parte inuicem dant, non diu tamē Polowczi pacem ſeruabāt. Inuadebant nanq; Ruſſiam excurſionibus, & prædis aſſiduis, eapropter Swatopolk Kiouieñ, Dauid Swatoſlauicz, Dauid Wſeſlauicz, Mſciſlaꝰ nepos Hreorii, Vieczeſlaus Iaropolczicz, & Iaropolk Wlodimiriuicz, duces ruſſiæ uocando Dauid, & Olech Dauid cōparente. Olech uero ægritudinem ſimulante, anno domini. M. centeſimotercio, cum ſuis gentibus æſtate non exſpectata in Schuten uenerūt, quos ut audiuere aduenīſſe Polowczi, in maxima multitudine

ma multitudine collecti ſunt in ſuperbiſſimo ſpiritu cū Ruthenis pugnaturi. Immiſit autē dominus terrorem Polowczis, ut tam ipſi, q̄ equi eorum cōtriſtati tremerent mœſtiq; procederēt. Ruthenis (præces deo & elemoſinas eccleſiis porrigentibus) letis animis & equis eorū hinnientibus cum ſpe contra Polowczos gradientibus, quos ut uiderūt Polowczi, perculſi terrore terga uerterūt. Ruthenis eos cœdentibus atq; perſequētibus, uiginti duces Polowczonum eo prælio ſunt occiſi, ſcilicet Ruſſcoba, Kocza, Harſlonopa, Kilthanopa, Kumana, Azupa, Kurthaka, Czenyerepa, Surbor, & alii plures, multa milia cœſa ſunt, multaq; capta, caſtra direpta ſunt, aurū gemmæ, pecora, cameli, & captiui in Ruſſiā deducti ſunt. In illa die amplam ſalutē per contritionē inimicorū ſuorum deus Ruthenis tribuit. Eodē tamen anno Pruteni & Lithuani terras Ruſſiæ uaſtarunt, Polowczi cladem ſuam ulciſci uolentes, clam in eam oram Ruſſiæ, quæ Zarzeczko appellatur inſiluerunt Swatopolk uero, dux Kiouieñ ſuū exercitum, ei Ioannē & Iuankonem Zacharzycz & Koſorina præficiens, miſit aduerſus eos, quos apud Danubiū conſequētes ſpolia excuſſerūt. Cum Polowczis tamē in dimicationē non uenerunt. Adhuc autē ſpirantes minas, magiſq; ulturi clades ſuas Polowczy, in magna multitudine in Ruſſiam cum Bonyak uenerunt, Sarnkan & aliis principibus, ſtatiua circa Lubnya locantes. Swatopolk uero Kiouieñ, Wlodimir, Olech, Swatoſlaus, Mſciſlaus, Vyeczſlaus, & Iaropolk, duces Ruſſiæ cum ſuis gentibus, tranſito flumine Sula anno domini. M. centeſimo ſeptimo duodecima Auguſti, in Polowczos irruerunt improuiſos. Qui grandi timore perculſi, non potuerunt in ordines ire, ſed alii pedeſtres, alii raptim conſcenſis equis, in proximas diffugerunt ſiluas: Ruthenis eos uſq; ad Chorela perſequētibus, & q̄ plures occidentibus, occiſus eſt dux Taſza, germanus ducis Bonyak cum aliis. Rutheni potiti caſtris, & omni ſuppellectili eorum, redierunt cum gloria & magno gaudio in ſedes ſuas. Nec his contenti duces Ruſſiæ, inſtaurant exercitum & qui egre inuaſionē Polowczonū propulſabāt, iamiā ultro bella eis inferre feſtinabant. Educūt itaq; copias equeſtres & pedeſtres, ſecunda dominica quadrageſimæ, ſuperatoq; flumine Sula, ueniunt in Chorela. Ex inde ordinatis curribus & aciebus procedebant p flumen Oltha & Vorzſkla, uſq; ad flumē Don qui eſt Tanais, illic arma induentes, & ſigna militaria extendentes, compoſito agmine incedebant ad caſtrū Rukanye, ubi refecti piſcibus & uino, ad aliud caſtrum Szuuorow pertingunt, quod exurunt, & Polowczos ad tuendum ſua paratos excipiūt, adhortāteſq; ſeinuicem Rutheni, & mori deuouentes potius q̄ fugere, acies polowczonū fuderunt, reliquos diſperſerūt. Poſt paucos dies, nouo & fortiori exercitu Polowczonū aduenīente, ex pluribus legionibus adaucto, pari fortuna profligatus eſt p Ruthenos. Et per quattuor dies perſequētes ipſos receptis caſtris, uxoribus, paruulis, camelis, equis, pecoribus, aliaq; ſuppellectili eorum, in Ruſſiam reuerſi ſunt cum maxima leticia, a proceſſionibus ſuorum honorati atq; excœpti. Poſt hoc in breui uidelicet anno domini. M. centeſimo duodecimo. ſedecimo die Aprilis, mortuus eſt Swatopolk dux Kiouieñ, ſocer Boleſlai Crziuouſti, tumulatꝰ in eccleſia ſācti Michaelis i Kiow

Ruthenorū victoria.

Ruthenorū victoria.

Ruthenorū duplex victoria.

Swatopolci mors.

quam

quam construxerat, & uertice deaurato decorauerat. In locum eius suffectus est Wladimirus germanus eiusdem Swatopolkonis. Orta autem seditione militum in Kiow, curia Putate palatini Kiouieñ dirupta, & iudei in Kiow commorantes spoliati sunt. Celeriter ergo duce Wladimiro per nuncios accersito & suscepto, militum insultus conquieuit. Iaroslaus aũt filius Swatopolkonis Kiouieñ, cuius germanam Sbislauam, Boleslaus dux Poloniæ habuit in uxorem, possedit Wladimirieñ ducatum. Perrexitq; contra Iaczwingos, quoniã frequentibus excursionibus terras Russiæ deprædabãt, & prælio mito eos uicit, parteq; regionis eorum uastata, abscessit. Dictum autẽ est in præcedentibus Iaczwingos fuisse idolatras, conformes Lithuanis & Prutenis, in linguagio non parum cum eis dissonos, quorũ metropolis & arx fuit Drohiczin usq; in hodiernũ diẽ permanẽs, deinceps Wlodimir princeps Kiouieñ, habens suspectũ Iaroslaũ ducẽ Wlodimirieñ, ne eũ de ducatu Kiouieñ expelleret, ipsum in Wladimiria cum auxilio ducũ Dauid Vasilkonis Roscislai, Volodorouicz & filiorũ Olech obsedit. Iaroslaus nihil sibi conscius e castro inermis descendit, & uerbis modestis reconciliauit & sibi Wlodimirum Kiouieñ placauit, præcãdo ne falsis assentatorum suggestionibus, quibus plena est domus potentum, credat. Continuo ergo Wlodimirus obsidionem soluit, & in Kiow reuersus est. Scripsitq; denuo litteras præfato, duci Iaroslao, q̃ machinaretur eum exturbare de sede Kiouieñ aut morte necare, eapropter ipsum ad se in Kiow accersit. Qui præcauentibus eum Wladimiri militibus de periculo, uenire negauit, persuasusq; uafro suorum militũ consilio, commẽdato castro Wladimirieñ suis militibus, cum uxore, filiis & omni suppellectili in poloniã ad ducem Boleslaum diuertit, & quadriennio p̃ ipsum benigne fotus est, donec eũ cũ duce Colomãno filio regis hungariæ reduceret. Castrũ aũt Wladimirieñ post discessũ Iaroslai deditum est Wladimiro duci Kiouieñ, in quod filium suum Romanũ transmisit, quo celeriter obeunte, alterũ filium Andreã ad regendum Wladimiriã surrogauit. De re cuperatione autem castri Wladimirieñ & interitu huius Iaroslai sub oppugnatiõe Kiow, patuit in actis Boleslai ducis polonie. Wladimirus uero dux Kiouieñ Iaroslai patruus, ãno Christi. M. centesimo uigesimo sexto, decima Maii mortem obiit, sepultus in ecclesia diuæ Sophiæ, cũ paternis cineribus apud Kiouiam. Cui successit in sedem Kiouieñ, Mscislaus senior filius. Iaropolk uero alter frater in Pereaslaw ducatum possedit. Audientes Polowczi mortuũ fore Wlodimirum ducem Kiouieñ, irruperunt in Russiã. Iaropolk uero Pereaslauieñ dux, non exspectato auxilio fratrũ, eos conflixit & superauit, multosq; in aquis suffocauit. Hæc in Russia ad partẽ orientalem acta sunt. Ad occasũm uero filii Volodori, olim ducis Premislieñ, Wlodimir, & Roscislaus in dissensionẽ uersi, aliena comportarũt auxilia Roscislaus Ruthenorũ uidelicet Mscislai Kiouieñ, Gregorii ac Iuan Vasilkouicz. Wlodimir uero hungarorũ, factoq; tractatu de pace per barones apud Scirzecz, nec pace confecta Wlodimir in hungariã perrexit cũ uxore, filiis & tota familia, auxilia adducturus. Roscislaus autẽ oppugnauit castrum ipsius Swimigrod, quo non expugnato (reliquerat eñ in eo Wlodimir tria milia armatorum

Iarzwingi uicti.

Iaczwingi qui populi fuerint.

Vladimiri mors.

Iaropolci victoria.

torum castrum bene tutantium) discessit, aliquot militibus de suis desideratis & occisis. Repetita aũt oppugnatione, denuo obsedit castrũ Swimigrod sed strage frequenti accepta ab excurrentibus de castro, ab obsidione discessit. Mortuo Mscislao duce Kiouieñ, anno domini. M. cẽtesimo uigesimo nono, surrogatus est pro eo Iaropolkus frater suus dux Pereaslauieñ, obsidioneq; lacessitus dedit duci Andreæ Pereaslaw. Isaslao autẽ Swantoslauicz Wladimiriã, exurentibusq; filiis Olh cum auxiliis Polowczonũ oppida, & uillas circa flumen Sula, tandem in Pereaslaw Vscza & Szupon, præfatus Iaropolkꝰ dux Kiouieñ cũ filiis fratris Wladimiri egressus eos uicit & filii Olh cũ Polowczis fugierũt. Ruthenis eos lõge pseqũtibus, ipsis aũt in locũ certaminis redeũtibus, inuasi & cœsi sunt per Olhouiczos, captiuatusq; est Iaropolkus kiouiẽsis, & nepos eius Vasilko cum pluribus Boyariis. Sed dux Iaropolcus captiuitatem euadens fugit in kiow. Quem cum Olhouiczi obsidione cinxissent, habẽs copiam bellatorum resistere noluit, sed æquis cõditionibus cum ipsis composuit.

Mscislai mors.

CAPVT XVI.

wladislaus monarcha tercius.

MErore, nimioq; dolore Boleslao (in Russia bello haud pspere gesto) tabefacto, & mortuo, regnicolæ Poloniæ, circa Graccouiã conuenerunt, anno domini. M. centesimo quadragesimo, & principibus præfati Boleslai filiis iuxta patris testamẽtalem præsignationẽ regnũ poloniæ diuiserũt. Wladislaumq;, eo q̃ natu maior esset, monarchã & primeuũ ducem, cui cæteri omnes subessent, decreuerũt, atq; elegerũt. Non contentus aũt Wladislaus sorte sua, cœpit impulsu auariciæ ducatus fratrum expetere. Incitatus a coniuge sua Cristina, animũ ipsius affligente & quottidie perurgente, ut ni esset semiuir, non pateretur sortem regni possideri a fratribus. Cum Wladislaus tanq̃ patris successor totam hereditatẽ paternam, pro integritate & decore reip. deberet usurpare, turpis siquidem esset peritura regni mutilatio & diuisio, turpis & pluralitas principum. Adiiciebat non competere filiæ imperatoris, habere maritum, semiquartã partẽ regni tenẽtem, nec ad huiusmodi truncatã & tenuẽ possessionẽ, uerum ad totius regni successionem fuisse despõsatam, aliter plurimos locupletiores cõiuges ex parentibus consecutam fuisse. Wladislaus igitur Cristinæ suæ coniugis insultationibus & assiduis exagitatus suggestionibus, animum quo suos fratres exueret possessionibus assumpsit. Mãdauitq; tanq̃ monarcha omnibus contributionem & exactionem in regno poloniæ ei soluere, & subiectis fratrum ab eorum obedientia secedere, nec aliquis resistebat, dumtaxat Wseborius palatinus & militiæ princeps, qui tutando pupillos, fortuna aliquotiens tentata Wladislai gentes conflixit. Et Petrus Comes magnus de

Mulieris periculosum consilium.

Skrzin, ſæpenumero honeſtis abducens perſuaſionibus Wladiſlaum, ne in propria uiſcera ageret. Neq; fratres ſuos exhereditaret, ꝓpter quod Wladiſlaus præcedentē indignationem in Petrum reſumpſit. Fuit autē indignatio ex ioco, de coniugibus exorta, huiuſcemodi, Venationi intentis, Principe Wladiſlao & Petro Comite de Skrzin, longeq; in abdita nemora feram inſequentibus, contigit in nuda humo pernoctare. Et quia mutatione loci, & ſtramentorū, uentriſq; rugitu ex inedia & ſiti præcedentis diei, ſomnus eis non acceſſit. Iocans dux Wladiſlaus, inquit, mollius Petre hac nocte tua cōiūx cum Abbate Strelneñ. quieſcit, q̄ nos. Erat aūt uxor Petri comitis maria, conſanguinea matris ducis Wladiſlai. Petrus aūt comes pro deductiōe cōtabulatiōis aliud ſimile adiecit reſpōſū. Quid ſcis illuſtriſſime princeps ſi tua coniūx nō mollius cubat cū Dobyeſz. (Erat aūt Dobieſz miles a Criſtina amatus, eiq; intantū & aſſiduus & familiariſſimus, ut pudicicia Criſtinæ a pleriſq; propter frequentationē Dobieſz carperetur.) Mox ira concitus dux Wladiſlaus, eum in corde furorem ſuppreſſum occultauit. Reuerſuſq; ad uxorem, tum ex mœrore, tū ex interrogatione Criſtinæ iocoſū ſermonem Petri comitis reuelauit, excāduit fœmina, ſuaimq; tuendo famam, aſſidue inſtitit ut de Petro comite uindicta ſumeretur. Expugnatus Wladiſlaus cōmilitiri Dobyeſz (quoniā is contumeliam pati uideretur) tanq̄ huic facinori idoneo, ut Petrum Comitem, occulte ad pœnā raperet, uiſaq; oportunitate, ꝙ filiā ſuā Petrus tradebat in matrimonium, Iaxæ duci Zerbiæ in Wratiſlauia, & haſtarū ludos, præmio ꝓpoſito, uictoribus ꝓmiſerat, tanq̄ ad ludum haſtarū cum frequentibus complicibus Dobyeſz ſuperuenit, & raptū Petrum duci Wladiſlao obtulit uinctum, qui inſtante truculenta & implacabili muliere, lingua exciſa, & oculis effoſſis, uiſu priuatus eſt. Aiūt tamen hiſtorici Polonorū, toto quinquennio quo ſuperuixit præfatus Petrus, miraculoſe, & loquelam, & uſum rehabuiſſe. Mortuo Petro relatus eſt in Wratiſlauiam, & in medio chori monaſterii ſancti Vincencii extra muros Wratiſlauieñ, ordinis Præmōſtrateñ, quod ipſe dum uiueret ſumptuoſe fundauerat, & edificauerat, tumulatus. Poſtea coniūx eius, adiecta eſt cineribus ipſius, de quibus huiuſmodi rithmi ad tumulum dictati uidētur. Hic ſitus eſt Petrus, Maria coniuge fretus. Marmore ſplendente, patre Gwilhelmo peragēte. Is Petrus (ut fertur) ſalutari ſatiſfactione ſibi Romæ a pœnitentiario iniūcta. Eccleſias magnifice cōſtructas, ac ſumptuoſe erectas, in regno Poloniæ ex pecunia olim regis Daciæ, auxit plurimum, e quibus nōnullæ ſub his noſtris tempeſtatibus conſpectui apparent, atq; cernuntur, quædam uero, ædificioꝝ ſtructura pro temporū curriculo immutatæ. E quarū numero ſūt hæ Graccouiæ ad ſanctū Iohannem, & ſ. Andream, extra menia item Graccouiana in Zwierzyniecz ad ſanctū Saluatorem. In Kazimiria ad ſanctū Laurentium, in Wratiſlauia ad ſanctum Vincentiū, & ad ſanctā Mariā in arena cum earum Abbathiis. Item ad ſ. Michaelem, & ad ſ. Martinū in prædicta Wratiſ. in Strzelno, in Chelino, in Lancicia, in Clobuczko in utraq; Skrzin in Zarnow, in Payaczno, in Ruda, in antiqua Syewior, in Chelnycze, in Wierczyczow, in Kigye, in Tyniecz, i Clewyſzka, in Opatow, in Pkanow in Koſczelecz

Ex ioco indignatio.

facinꝰ peſſimū

Mira loquutio

Petrus deſcrin mortuus.

Eccleſiæ extructę per eundem ad ſ. Ioannem. S. Andream In Swyerzyniecz. Saluatorem. S. Laurentium in kazimiria.

in Koſzczelecz Wladiſlauieñ dioceſis, in Kalyſch ad ſanctum Laurentium in Czirwienſko cum earum Abbathiis, ad ſanctū Swiradum, in Kazimierz maioris Poloniæ ad quinq; fratres, in Miſtow ad ſanctū Petrum, in antiqua Konin, in Niſa. in Kothlow, in Numborgk ſāctimonialium prædicatorū, in Rabino, in Czirwony Roſzczol, in Lawyn duæ, Cōuētualis & parrochialis in Thulcze, in Lezow. Ante Krobya ſancti Egidii in cimiterio aūt parrochialis eccleſiæ in Konin, ſaxeam collocauit columnā, in qua ſequentia metra ꝑ ſtatuarium ſculpere iuſſit. De Kalyſch hic medium in Cruſzuicze fore punctum. Indicat iſta uiæ formula iuſticiæ. Quam fieri fecit Petrus Comes Palatinus. Gubernauit ſiquidem prouincias Kaliſſieñ & Cruſſwicieñ, ex Boleſlai Crzyuouſti donatione. Et dum ex una in aliā crebriter pergeret, mediam illius itineris & diſtātiæ intercapedinē in Konin fore, experientia didicit, Sed redeūdum eſt ad Wladiſlaum. Mutilato Petro Comite, Wladiſlaus dux, ſuos fratres e regno exterminare cœpit. Collecto ſiquidē ex omnibus dominiis proprio exercitu, accerſiuit & auxiliaria ſubſidia Ruſſiæ ducum, Wſewoldi ducis Kiouieñ, qui ſibi Swantoſlaum ſuū filium una cum ſuis gentibus miſit. Inſup Iſaſlai Dauidowicz ducis, Wſewoldimiri Hallicieñ. Depulit itaq; Henricū de Sandomirieñ, & Boleſlaum Criſpum de Ploceñ, caſtris. Quibus ſeſe in caſtrum Poſnanieñ ad Meczlaum ſenē eoꝝ germanum recipientibus illico eos inſequutus uallauit, ſepibuſq; & turribus circumdedit, tormentis arietibuſq; quatiens, & multo alio apparatu bellico inſultans expugnabat. Rutheni autem barbarica immanitate conciti, cœdes hominum paſſim faciebāt, prædas multiplicabāt, uirgines & matronas ingenuas deflorabāt atq; proſtituebant. His itaq; probris, Reuerēdus pater Iacobus, metropolitanæ Gneznēn eccleſiæ Archipræſul laceſſitus, quadriga uectus, quia grādeuus & ſenex, habitu Archiepiſcopali indutus, ſuaq; Tiara ſeu inſula ornatus, in Wladiſlai ducis tabernaculum ingreſſus eſt. Atq; e ſella, principi Wladiſlao, ne fraternas poſſeſſiones raperet perſuadebat, ne quoq; genitoris teſtamentum uiolaret, ac fratrum curatorem, pupillorūq; tutatoré ſeſe gereret. Barbaros Ruthenos compeſceret, abhominabiliaq; per exercitum patrata & patranda reſcinderet, Wladiſlaus autem huic prudenti perſuaſioni, & catholicæ correctioni, nullo pacto acquieſcere uoluit. Iccirco Iacobus Gneznēn Arzhiepiſcopus, uir iam ſenio confectus, e ſella cui inſedebat ſeſe erigēs inquit. Anctoritate omnipotētis dei, cuius ego miniſter indignus, officiū gero, te monitum & rebellem excommunico, Pharaonicaq; obſtinatione induratū anathematizo, ac ueluti incorrigibilem diuinæ ultioni, te puniendū reſeruo. His effatis, quadriga uectus tabernaculum exibat. Vector autē in uehendi officio incautus exiſtens, ultimo axe, ſtatuam papilionis euertit, ita ut papilio totaliter in terram deciderit, in futuri mali præſagium. Wladiſlaus autē dux in hiſce omnibus, ſuas animi paſſiones contriuit, nec Archiepiſcopo, & aurigæ eius quopiam maledixit. Cūq; Boleſlaus, Henricus, & Meczlaus, germani fame & fratris tyrannide obſeſſi angariarentur. Nec irruptionibus in hoſtes ex caſtro factis aliqua ex parte releuarentur. Vltima deſperatione acti, ſe complectentes mutuo, cum ſuis armatis quibus caſtrū muni-

Alia multa tēpla extruxit.

wladiſlai in fratres ſęuicia.

wladiſlaus excomunicatur.

erant: q̄ primum fortunā experiri ſtatuerunt, & aduerſo pectore, ex uulnere potius q̄ fame mori iudicabant. Quadam igitur die, hoſtes eos obſidentes, ſparſos hincinde conſiderabant. Alios comeſſationi deditos, alios uoluptatibus & ludis, cæteriſq; iocis aulicis intentos: alios poſt crapulā ſomno grauatos & ſopitos, inermes ac inordinatos. Temporis oportunitate freti, extenſo de cacumine turris ſigno rubeo, in hoſtem cum peritiſſimis ſuis militibus & reliquis infirmioris etiā ætatis ordinibus: cum ualido clamore irruperūt. Et iniecto igne: tabernacula culmis & ſtraminibus tecta conflagrarunt: propereq; uerſus ducem Wladiſlaum acceleratēs: quoſq; occurrentes inermes trucidarunt, & trementes in omnem partem diſperſos conflixerunt. Dux uero Wladiſlaus diffugiētes inſequutus: cū paucis, equorū permutatione adhibita, fugit, & merens Graccouiam uenit. Duces uero Ruſſiæ Swantoſlaus: Iſoſlaus & Wſeuoldimirus eorum fortunis priuati: per Graccouiā Ruſſiam petūt. Duces uero utpote Boleſlaus Criſpus, Henricus & ſenex Meczla⁹ ex manubiis utriuſq; exercitus tū Polonici tum Ruthenici ditati: plures ex forenſibus milites armauerunt, proprioſq; omnes aſciuerūt: & Wladiſlaum inſequētes Graccouiam peruenerūt. Ipſe uero eis nō exſpectatis in Germaniam ad Conradum Romanorum regem fugit. Boleſlaus uero Criſpus, Henricus primus, & Mieczlaus ſenex germani, Graccouiā ingreſſi arce potiti ſūt uictoriaq; modeſti uſi, nō em̄ ſeuierūt aduerſus Criſtinā glotē ſuā, nec filios ipſius. Ne autē quicpiam ſiniſtri & deterioris, aliqua occaſione oblata nonnunq̄ in eā attētaretur, perſuaſa in Germaniā cum filiis, Boleſlao alto, Mieczlauo, & Conrado loripede diſceſſit, ac in Conradi Romanorum regis curia Wladiſlao marito ſuo ſeſe applicuit. Ecce qui alienos potētatus ardētius expeciit, iuſte proprios amiſit, Ecce ſuperba Criſtina, leuiros ſuos peroſa, & exicium eor̄ anhelans atq; procurans, abſq; leuirorum machinatione humiliata abiit, dominiorum ſpe fruſtrata. Hæc eſt illa Criſtina, quæ omnes Polonos habuit faſtidio, conſortia eorū, habitum & mores dedignans, eos incultos & fœtidos aſſerens, non ipſos ad officia nec menſæ admittēs ſeruicia ſolis Germanis contēta ipſiſq; omnia diſtribuens officia. Hæc Criſtina ruſticos incitabat & pro ſua induſtria alliciebat ut pro celebrioribus āni feſtiuitatibus ad uberiorem regiæ menſæ apparatū offerrent, gallos, āſeres, porcos, frumentū, auenam, & cætera eſculentorū et poculentorū genera, quibus ſecundum locorum qualitatē ex aeris temperamento gubernatam regnicolæ abūdabāt, hoc (ut præſumitur) faciens, nimia habendi auiditate uel ſua illiberalitate, quæ ſingula uoluptatibus, & luxuriei erāt ſubſeruientia. Quom aūt ſemel ab eis quicquā oblatū erat, quottānis & ꝑpetue ad fiſcū ut darent inſcriptione ratificabat. Contumaces uero & negligentes uerbere, aut carcere percellebat. Ideoq; ex Polonia odioſa diſceſſit.

wladiſlaus ab obſidione pulſus.

wladiſlai fuga in almaniam.

Nota bene. Vnus Deus & pater.

CAPVT XVII.

Monaſterij Andrzeow fundatio.

EAſualia & incidentia hoc perpendūtur capite. Monaſteriū em̄ Andrzeouieñ Graccouieñ dioceſis, ordinis Ciſtercieñ. Ioānes alias Ianick Wratiſluiaeñ Epiſcop⁹ primū fūdauit. Expoſt uero Gneznen̄ Archiepiſcopus, cū Clemente, de domo Griffonū ſuo germano

germano, in prædio ſuo Brzeſnycza, anno domini. M. centeſimo quadrageſimo eidem monaſterio oppidum Andrzeow, cum prædio Brzeſnicza & ſeptem uillis Potock ſcilicet, Lyſzakow, Rakoſzino, Rakowo, Lanczno, Tarſzawa, Chorzowa pro dote aſſignarunt, nec quicpiā iuris ſibi in eiſdem reſeruarūt, excepto tributo ſibi & eorum ſucceſſoribus ex oppido Andrzeow præſtando, corda occiſorum pecorum uidelicet, & de ſingulis allecū uaſis in præfato oppido uendendis, aliquot alleca, quod Andrzeowieñ Abbates ex poſt ab eorum nepotibus redimerūt. Fratres autē in prædictū monaſterium introducti ex Morimūdo, monaſterio in Burgūdia ſito, accerſiti fūt, ob hoc monaſterium Andrzeowieñ a pleriſq; minor Morimundus uocitatur. Eodē anno Sobieſlaus dux Bohemiæ, ſciens Boleſlaum Krzyouſti uita functum Sleſiam uaſtauit, principibus Poloniæ quadrifariā diuiſis nequitq̄ tamen repugnātibus, & eam ſibi totam appropriare cupiens, uicum Koſczan undiq; paludibus ſeptum, inſtāter munire cœpit, præſidium eidē imponere uolens, ſed acutis correptus febribus, in Pragāq; delatus, diē obiit 16 kalendas Marcii in Viſſegradeñ eccleſia ſepultus. Item anno domini 1105 Myeſzko ſiue Myeczlaus ſenex, dux maioris Poloniæ, poſt obtētam cū fratribus uictoriā de Wladiſlao eorum fratre, duo monaſteria Ciſtercieñ ordinis fundauit, unū in Lanida ducali uilla ſupra fluenta Warthæ, & alīud in Pagrowiecz, dotauitq; ea uillis, prædiis & amplis introitibus, Introduxitq; in eadē fratres ex monaſterio Vetus mōs dicto, tribus miliaribus a Colonia Agrippina diſtāte, & priuilegiauit ut Colonieñ dumtaxat in præfatis monaſteriis ſuſciperentur & fouerentur nonq; alterius nationis homines. Quod cum feciſſe cōſtat ob honorē a Colonieñ, in uiſitatione eccleſiarū Aquiſgrani & Colonienſium ſibi exhibitum: Iaropolc⁹ Wlodimirouicz Kiouieñ dux moritur decima die Februarii, anno Chriſti. M. centeſimi quadrageſimi, & in eccleſia ſancti Andreæ ſepelitur. Et licet Vyeczſlaus frater ſuus kiouienſem ſedē accepiſſet, Wſeuoldo Olhowicz attamen in kiow cū ſua militia ueniente, ne ſecum dimicare cogeretur per medium metropoliti pacificatur & de kiow exceſſit, & Thurow acceptauit: Wſeuoldus aūt principatū kiouieñ in pace poſſedit

Minor Morimundus.

Sobieſlaus bohem⁹ dux Sleſiā vaſtat moriturq̄.

Monaſteriū landa fūdatur.

Colonieñ ſoli ſuſcipiuntur.

Iaropolci mors.

CAPVT XVIII.

Boleſlaus Criſpus.

ANno domini quadrageſimo ſexto ſupra milleſimum centeſimum pulſo duce Wladiſlao, pulſaq; Criſtina eius coniuge una cum filiis, Boleſlaus Criſpus, fratrum conſenſu, prælatorum, Baronum, regni Poloniæ monarchiam ſortit⁹ eſt, ſuamq; hereditatem terras Mazouiæ & Cuyauiæ tenuit. Terra uero Graccouieñ, tū propter monarchiam, tum propter curā Kazimiri germani infantuli ſibi adiecta eſt. Is Boleſlaus fratres magna affectione coluit, modeſtiā, liberalitatemq; in omnes exercuit, exindeq; cuncti allecti, ſumma deuotione iuſſiones ipſius obibāt, en

quantā uirtutū efficatia, tyrannidi contraria. Conradus autē Romānōrūm rex, præcibus Wladiſlai ducis, atq; Criſtinæ conſortis ſuæ inductus, legatione miſſa, popoſcit, ut Boleſlaus Criſpus una cum fratrib⁹, duci Wladiſlao portionē eum contingentem redderet. Dumq; Conradus, anno Chriſti 1147 pro ſubſidio terræ ſanctæ ferendo, iret per Poloniam cum frequentiſſima ſuorum principum & militū multitudine. Et Boleſlaus Criſpus cū germanis Myeczlao & Henrico, in metis ei perſonaliter occurrentes, cum magna ueneratione, præfatum Romanorū regē & ipſius exercitū per Poloniam conducentes, omnes ſumptus & expēſas liberaliter tribuerunt, pontes & peſſagia refecerūt, ad extremumq;, Conſtantinopolim uerſus deduxerūt. Inſtabat ſæpius pro Wladiſlao ut in polonia reaſſumeretur. Boleſlaus autē tam frequētibus impatoris inſtātiis uictus, ſe nō abnuere reſpōdit, dū impator e terra ſācta rediret. pluribus itaq; militibus perditis, ex calce, farine & panibus per Græcos & Thurcos admixta, reuerſus tandem poſt mediū annum Conradus per Wladiſlaumq; ſollicitatus p̄ ſuos Oratores adhortatus eſt, ut Boleſlaus ſuæ promiſſionis memor Wladiſlaū in principatus, ad eum ſpectantes recollectos reacceptaret. Boleſlaus uero Conradū certiorem reddidit, fratris Wladiſlai reaſſumptionē non abnuere, dummodo regni ſciſſio, nouaq; bella exinde non orirentur, quod nō euenire haud eſſe ueriſimile affirmabat Eo reſponſo Conradus Romanorum rex furore cōcitus, cum omnibus Germaniæ ducibus, & Wladiſlao duce Bohemiæ poloniā ingreſſus eſt, & tranſmeato flumine Odra, eam demoliebat & uaſtabat. Boleſlaus uero cum ſuis fratribus, & tota regni Poloniæ militia, uidens ſe imparē tantæ multitudini exercitus imperatoris, id quod ſibi foret expediens recte diſcutiēdo, cum imperatore decertare noluit, ſed ex patris conſuetudine diuiſo exercitu, ex locis inſidioſis & iniquis cæſareum exercitum laceſſiuit, pabulantes rapiendo, lō giuſq; ab exercitu exeuntes occidendo. Obtentaq; ſecuritate, ut magis ingenio q̄ acie confligeret, papilionem Cæſaris ingreſſus, ſe ſuoſq; germanos ei ſtrictiori affinitate iunctos, iuſtioremq; habere cauſam q̄ Wladiſlaum, nec unq̄ Wladiſlao nociuiſſe expoſuit, ſed rogātibus oppræſſis fratribus dū eis miſereri noluit, ſuo crudeli facinōre in exiliū abiit. Exorabilem ſe præberet imperator, e Poloniaq; recederet, poſt receſſum ipſius Wladiſlaū quādoq; reaſſumendum non cunctaretur, Et quia Boleſlaus Criſpus liberalis fuerat, principes Germaniæ, ut eorū perſuaſione Conradus diſcederet, quod & fecit, plurimis deuicit muneribus, Sic Boleſlaus ſua prudentia Conradum imperatorem e polonia abduxit. Wladiſlaus promiſſis Boleſlai ludificat⁹, acceptis ab imperatore militum ſubſidiis, & Sleſiæ applicās, nec gratiam fratrum repperiēs, duo edificauit caſtra, Nyemcze & Grerdis, ex quibus ſpolia & incurſiones agere cœpit. Boleſlaus autē cū fratribus, & ſuis protūc habitis militibus caſtra occupauit. Wladiſlao uero pro auxilio ad Conradum redeunte, quod anteq̄ per eum adductum eſſet. Obſeſſi milites ex pacto cū principibus inito, ne quid hoſtile paterētur, in Germaniam abierunt. Conraduſq; Romanorū rex, quoniā a tempore Hieroſolimitani peſſagii indies languidior fieret, ex ipſo languore uitam finiuit, in Haynbergk ciuitate imperi-

ali ſepultus.

Conradus romanorum rex p̄ poloniam in terram ſanctā.

Græcorum & Turchorum in Cōradum peſſimū facinus.

Pro wladiſlao Con. in polo. expedicio.

Conradus polonia exceſſit.

ali ſepultus. Duxq; Wladiſlaus ſpe fruſtratus permanſit. Boleſlaus autem Criſpus, a ceſariæ qua naturaliter adornatus fuerat Criſpus cognominatus Animaduertēs ſolium ſuæ monarchiæ pacatum, accepit in conſortem Anaſtaſiam Wſeuoldimiri ducis Hallicieñ filiam, & circa Graccouiam nuptias ſolenniter perægit. Cuius exemplum ſequutus Myeſzko ſenior, dux maioris Poloniæ & Pomeraniæ Eudoxam altam Wſeuoldimiri Ruſſiæ ducis filiam in uxorem accepit, ex moreq; circa Poſnaniam nuptias celebrauit, qua breui ſuperuiuente, filiam Belæ cœci regis Hungariæ mortui, & ſororē Geyſzæ tunc regnantis regis Hungariæ, Gertrudim nomine, accepit in conſortē Henricus uero eorum germanus dux Sandomirieñ & Lublineñ, refutatis nupciis, quoniam cœlibē uitam elegerat, cum uoluntariorū militum delectu, in pulchro apparatu, ad tuēdam terrā ſanctam (quoniā illa tempeſtate a regibus chriſtianis ipſius quærebatur recuperatio) profectus eſt. In profectiōis articulo, eccleſiam parrochialem in uilla Zagoſcz ad fluuiū Nida cum bona dote fundando, & terras Sandomirieñ ac Lublineñ, Boleſlao Criſpo ad gubernandum cōmendando, poſtq; unius anni lapſum, ſoſpes in patriam rediit, militibus ſuis nonnullis, morte & periculis abſūptis. Ducibus Poloniæ aliquot annis tranquille & ſine bellis uitam agentibus, aduenere legati imperatoris Friderici Barbaruſſa ex Herbipoli, requirentes prædictos duces Poloniæ, & Wladiſlao apud imperatorē exulanti redderēt hereditatem, & ut quingentas marcas argenti, ſingulis annis ad ærarium cæſaris inferrēt. Repondit dux Boleſlaus cum ſuis germanis, ex reſtitutione fratris, bellum ciuile & exterminium patriæ futurū eſſe. Sub imperatore uero & tributis nūq̄ fuiſſe regnū Poloniæ, rogarēt pro inde cæſarem nuncii, ut contra duces indignatione non moueretur. Fridericus uero hac reſponſione irritatus, magnas concepit iras & cum ampliſſimo exercitu ex Germanis & Bohemis, aduna-
to, undecimo kalendas Septembris Odram tranſuadando, Poloniam intrauit. Cui duces Boleſlaus, Myeczlaus & Henricus, cum robore exercitatiſſimoq; militū occurrentes, propter imparitatem & euidentiſſimū periculum noluerunt cōgredi, partitis itaq; militibus ex locis iniquis, hoſtes laceſſire nō ceſſarunt, ſingulaq; loca & uillagia, per quæ exercitus imperatoris erat trāſiturus exuſſerunt, ut tam milites q̄ equi eorum tabeſcerent & conſumerentur inedia, ſed & fluxus uentris diſintericus exercitum imperatoris inuaſit, ex qua peſte plurimi cadebant & moriebantur. Cæteri metu perculſi reuerſionem a cæſare præcabantur. Cæſar non habens pugnandi copiam quoniā nec hoſtis ad confligēdum apparebat, nec caſtra aut ciuitates munitæ ad expugnandum in Polonia reperiebantur, ſoli agri innocui exurebantur & uaſtabantur. Igitur turpe ratus cæſar abſq; fructu diſcedere, per medium Wladiſlai ducis Bohemiæ, circa uillam Criſogwe, inter Wratiſlauiā & Poſnaniam conſiſtentem in hūc modū cum principibus Polonorum conuenit, ut fratrem eorum Wladiſlaum exulem in ſuos ducatus reſtituerēt, & imperatori tricentas lanceas aduerſus Mediolanum pro æſtate futura mitterent. Acceptata eſt utraq; conditio, a Boleſlao, Myeczlao, & Henrico polonorū principibus, ad diuturnioremq; pacem conficiendam, Fridericus imperator affi-

h 4 nitatem

Henricus Sandomirieñ dux Hieruſalem p gir.

Friderici Barbaruſſę poſtulatio.

Friderici in poloniam expēditio.

Pax & affinitas Friderici cū ducibus polonię.

nitatem cum ducibus Poloniæ dando in coniugem Myeczlao duci maioris poloniæ, & Pomeraniæ Adleydam neptem suam (iam em̃ Gertrudis altera coniũx Myeczlai uita functa excesserat. Post fœdus & huiusmodi promissa, de restituẽdo Wladislao facta, Wladislaus de calamitoso exilio redire uolens parabat necessaria cõmeatui, sed grauissimo correptus morbo, quarto nonas Iunii, anno Christi. M. centesimo quinquagesimo nono, animã exalauit, & in Aldemburk sepulturam percepit, ubi & sua consors Cristina cõmoras, postea fato ex humanis rapta marito est apposita. Refert alia polonorũ historia Wladislaum in fines Poloniæ uenisse, & innouatis castris Grotecz, Velen, Nyemcze Poloniam continuis inuasionibus perturbasse, euocatusq; per fratres ad colloquiũ in ploczko, ueneno sũpto occubuisse, & in eo dẽ Ploczko sepulturam habuisse. Ecce qui fratrum bona rapere conabatur propriis priuatus misere occubuit. Post cuius e uita excessum tres filii ipsius, Boleslaus altus, Myeczlaus, & Conradus loripes. Ad promotionem imperatoris Friderici Barbarussæ p Boleslaum Crispũ & eius fratres adolescẽtum patruos, Slesia præcariæ dotati sunt. Qui inter eos Slesiam diuidentes Boleslao alto oram Wratislauien̄ cum eius appẽdenciis tribuerunt. Myeczlao Rathiborien̄ & Opauien̄. Cõrado loripedi, Glogouien̄ & Croszneñ, uerum Myeczlatis amore cuiusdam mulieris infascinatus, Opauiam ei perpetua donatione contulit.

wladislai mors.

Slesia in filios wladislai diuisa.

CAPVT XIX.

Pacata undiq; Polonia. Boleslaus Crispus accepta altera consorte Helena filia Roscislai, ducis Przemislien̄. Anastasia etenim prior coniunx iãdudum a sæculo migrauerat, communicato cõsilio fratrum & nepotum, expeditionem cõtra Prussiam indixit, Et superato flumine Ossa, Poloniã & Pomeraniam a Prussia disterminãte, constituendo tres exercitus secundũ numerum trium ducum. Quorũ primũ Henricus dux Sandomirien̄ & Lublineñ duxit. Alterũ Myeczlaus dux maioris Poloniæ. Tercium Boleslaus Crispus monarcha Poloniæ gubernauit, populationem cũ conflagrationibus & cœdibus, longe lateq; extenderunt, quũ maiores Prutenorũ aduenientes pacem supplices præcati, in hunc modum a duce Boleslao pacem obtinuerunt, ut tributa monarchæ Polonorum quotannis darent, & quilibet Prutenus unda baptismatis abluueretur, aliter sub hasta ueniret uenundadus. Vniuersa ergo Prussia, anno Christi. M. centesimo sexagesimo quarto, fidem Christi & baptisma suscepit, idola confregit, tributa Polonis soluenda iurauit. Sed callide & dolose omnia ægit, Boleslao siquidem cum suis gentibus in Poloniam redeunte, anno nondum elapso, nunciis ad Boleslaum missis, fidem Cristianam abiecerunt, tanq̃ onus eis importabile & inasuescibile. Verũ tributa ex more, singulis annis ad fiscum ducis ingerenda promiserunt. Et quia dux Wladislaus quæ dei sunt neglexit, Prutenis resistentiam non opponens, tributa quæ uidebantur ei suffi-

Boleslai in prussiam expeditio.

Prutení ad fidẽ christi conuersi

prutení a fide deficiunt.

cere amisit. Collecto siquidem exercitu Pruteni, repente & itineribus occultis oram Chelmen̄ & Mazouien̄ inuadentes homines abduxerunt, pecora, & plures uillas cum oppidis exusserunt, tum Boleslaus dolore & furore plenus, uolens

nus, uolens iniuriam dei, prophanationisq; fidei Christo & sibi fracte, ulcisci denuo cum fratribus & totius poloniæ gentibus Prussiã ingressus est, demoliendo quæq; obuia, Prutenis in siluis & stagna locaq; inaccessibilia diffugientibus. Erant quattuor Pruteni, ad ducem Boleslaum e Prussia profugi, fidelitate & sinceritate ex longa inter polonos conuersatione, ut uidebatur cõstantes, propter periciam locorum antecedentes, & exercitus polonorũ deducentes, statiuaq; secũdum qualitatẽ locorum præsignantes. Hos Pruteni occulte corruperunt, ut saltem nũc patriæ, magis q̃ polonis fauerent. Ex cõpositione cum Prutenis, finxerunt præfati ductores, multam prædam hominum pecorũq;, trãsitis quibusdam densis & inuiis siluis, reperiẽdam. Cumq; loca iniqua & angustia ingrederẽtur, a natura uoraginosa, & undiq; bituminosa limositate luti circumsita, in superficie uirescentia graminis tecta, Prutenorũ cateruæ ex insidiis insiluerunt, inclusos polonos iaculis & sagittis urgentes & profligantes, intantum ut nec progredi, nec referre pedem retrorsum possent, undiq; uoraginosis & locis lutosis septi. Cadebãt strennui milites telis obruti, quorsumcũq; uero progrediebantur, iniquitate uoraginum absorbebãtur. Aliiq; super alios calcãtes & Prutenos adire conãtes, in profundum cenose uoraginis mersi dehiscebantur & deuorabantur. Henricus uero dux Sandomirien̄ & Lublineñ celeberrimus in acie uiriliter dimicans, telis obrutus, in terram decidit, & per arma confossus, una cum reliquis interiit, & ab sceno cum eis deuoratus permansit. Pauci admodum cum ducibus Boleslao & Myeczlao de malignis locis euoluti, reuersi sunt & in poloniam peruenerũt, gemebundi & tristes, tũ propter duciis Hẽrici interitum, tũ propter stragem infortunatissime perpessam. Sed & Polonia tota deplanxit, lõgos in dies secũdum filios, uxores & cognatos, mortem suorũ consanguineorumquoniam fere totum robur militiæ polonoꝝ Prutenoꝝ fraude occubuerat. Surrogato Kazimiro, quarto Boleslai Krziuousti filio, in principatus Sandomirien̄ ac Lublineñ, cui pater inter quattuor rotas fratrũ nullam assignauerat sortem, alius inopinatus euentus accidit. Duces etenim Slesiæ nepotes ducum Poloniæ, mouerunt eis bellum & uastabãt districtum Posnanien̄, præcipue uero ex Boleslao Crispo monarchiã, ducatusq; Sãdomirien̄ & Lublineñ, simul & Graccouiã cum quibusdam ciuitatibus Slesiæ repetebant, quas usq; in illud tempus Boleslaus Crispus tenuit. Facto ergo cõuentu ducum sub treugis pacis, satis prudenter & grauiter disseruit Boleslaus Crispus monarchiã & Graccouiã non pertinere ad nepotes eius, duces Slesiæ, q̃is ipsorũ genitor eisdem potitus fuisset, quoniã delectionem in monarchatum talia sequerentur, non genituã nec hereditatem. Ducatus uero Sãdomirien̄ & Lublineñ, dumtaxat ad ducem Kazimirũ pertinere, qui nõdum ullam portionem regni poloniæ adeptus esset. Duces autẽ Slesiæ Boleslaus altus, Myeczlaus, & Conradus loripes iamiam potirẽtur, & in hereditatem Slesiam assumpserũt. Ciuitates uero aliquas Slesiæ, se tenere declarauit ad obeũda onera monarchiæ & tutelam Slesiæ, propter bonũ autẽ pacis, iuxta decretum mediatorũ, resignauit Boleslaus castra & ciuitates, quas in Slesia tenuit, suis nepotibus, & facta est pax, ad extremum aũt infirmatus Boleslaus Crispus

Boleslai altera in prutenos expeditio.

Boleslai accepta in Prussia clades. Interit⁹ henric⁹

kazimirus surrogatus henrico.

us Crispus legauit testamẽtaliter ducat⁹ Mazouiæ & Cuyauiæ filio suo uni co Lestkoni. Curatorẽ uero eius & uxoris suæ, adiecit Kazimirũ germanum natu minorem ducem Sandomirieñ & Lublineñ, q⁹ si ex humanis prius Lestko raperetur, præfatus dux Kazimirus succederet in principatus Mazouieñ & Cuyauieñ, thesaurũ autẽ quem habuit, uasa & clenodia aurea & argẽtea inter Lestkonem filium, Kazimirũq; ducem & suam cõsortem, ex æquo diuidere iussit. Obiit autẽ in arce Graccouieñ, pridie kalendas Octobris, anno domini. M. centesimo septuagesimo tercio. Monarchiæ uero regni poloniæ quam administrauit anno uigesimo nono. Sepultus in ecclesia Graccouieñ, in diebus Gedeonis pontificis Graccouieñ.

Bolesłai testamẽtũ & mors.

CAPVT. XX.

Monasterium lubus.

Mieczlaus seu Mieszko dux maioris poloniæ & Pomeraniæ, ãno domini. M. centesimo quinquagesimo quinto, in Lubus monasterium a se cõstructũ diocesis Wratislauieñ, introduxit fratres Cistercieñ ordinis, & eidem liberaliter dotauit, oppida, uillas & prædia pro introitibus, narrant ueterũ relationes Lubus quõdam tempore gentilitatis, polonorum famosum phanũ idolorum fuisse. Insuper præfatus dux Mieszko, suasu Ioãnis qui & Ianik Archiepiscopi Gnezneñ, ex dolatis lapidibus fabricauit ecclesiam collegiatam sancti Pauli in Kalisz, & dotem cõferẽdo in ipsa instituit Prepositum & aliquot Canonicos. Eclipsis solis satis notabilis fuit anno Christi. M. centesimo quinquagesimo octauo. Quam secuta magna fames in polonia plures, mortales absumpsit, & Hierusalẽ de manibus christianoꝝ capta est a Soldano Babiloniæ. Fridericus Barbarussa Romanorũ imperator, pro laboribus & auxilio in expugnatione Mediolani, per Wladislaum ducẽ Bohemiæ personaliter impensis, anno Christi. M. centesimo quinquagesimo nono, eundem in regem Bohemiæ coronauit. Abrogatis ueteribus insigniis scilicet aquila nigra, quam in eam diẽ ferebãt Bohemorum duces, & leonem album noua insignia ei attribuit. Anno domini M. centesimo sexagesimo secundo Iaxa de domo Griffonum, fundauit conuentum in uilla sua Miechow, canonicorũ regularium ordinis sacri sepulcri dominici Hierosolimitani, sub regula sancti Augustini militantium, geminã crucem rubram e regione cordis supra uestẽ gestantium. Dum etenim præfatus magnificus Iaxa pro defensione terræ sanctæ personaliter cum suis armigeris in Hierusalem strẽnue decertaret, in reditu, peciit a patriarcha Hierosolimitano, cui nomen erat Monachus, ut secum adminus unum fratrẽ in Poloniam mitteret, ad plantandum Canonicos regulares præfati ordinis, quod cum obtinuisset, litteras concessionis eiusdem patriarchæ, quæ incipiunt. Monachus diuina pacientia &c. in Miechow detulit, & ecclesiã latericiam, de consensu Mathei episcopi Graccouieñ construxit, quæ postea meis tempestatibus cessit in proram & partem priorem chori, addita & muro extructa denuo altera parte uersus orientem, cum eminenti totius chori desup alta muratione, ecclesiæ siquidem corpus iamdudum præcesserat & constructum, plumboq; tectum, a fratribus loci fuerat. Sed ãno Christi domini. M. quingentesimo sexto in die assumptionis Mariæ noctis sequentis, cõflagrato toto

Tẽplũ. s. pauli in kalisch

Eclipsis.

Hierusalem capta.

wladislaus bohemie rex coronatur.

Monasterium in myechow fundatur.

tò toto oppido Miechow, ob detestandam fratrũ incuriam non protegentiũ totus conuentus una cum ecclesia & amplitudine muroꝝ (tegulis latericiis & plumbo nequicq̃ releuantibus) consumptus & exustus est, nec est possibile ut in diebus nostris tam ornata structura cum ecclesiæ apparatibus & palaciis ãbitus monasterii reedificaretur. Contulit aũt antedictus Iaxa p̃do te conuentui Miechouieñ tres uillas, Komorow, Zegorzicze, & Miechow. Quæ Miechow frequentia & multitudine populi dilatata in oppidũ notabile creuit. Aliud cenobium uirginibus ordinis Præmonstrateñ, de regula sancti Augustini, idẽ ipse magnificus Iaxa erexit & cõstruxit in Zwierzinyeczprope mænia famatæ urbis Graccouieñ. Et ãbob⁹ cenobiis libertates a Boleslao Crispo regni poloniæ monarcha expediuit, ut eorum subiecti non soluant poradine & strozne. Castra non edificent, Pouosz & poduodi non dẽt Monetario non obediant, ad bella nõ uadant, & ut a tributis ac seruiciis cæterisq; oneribus ducalibus in perpetuum libertarẽtur, quod cernimus posteriores duces & reges Poloniæ abrogasse & uiolasse. Cæteros redditus, uillas & decimas, pro uberiori impinguatione utriusq; cenobii Episcopi, duces, & nobiles temporum successu addiderũt. Nonis Septembris, ãno domini. M. cẽtesimo sexagesimo nono, tres soles in occidente apparuerũt. Et post duas horas, duobus disparentibus medius & unicus occidit. Sic & ãnis proximis tres lunæ apparuerũt. Anno domini. M. centesimo septuagesimo, Vernerũ antistitem Plocensem, de domo rosarum, uirum deuotione & sanctitate mirificum, Byeniassius inductione Boleste fratris eius, Castellani Visneñ occasione uillæ Karszko, quam idẽ Bolesta nitebatur pro se, ab ecclesia Ploceñ abstrahere, occidit quarta die Februarii in Biskupicze, uillã episcopali. Tercia q; die post occisionem Byeniassius occisor nusq̃ apparuit. Creditus omniũ estimatione pro carnificio facinore a terra absorptus. Ad relaxandũ autẽ interdictum, quod Petrus Archiepiscopus Gnezneñ in totam prouinciã poloniæ promulgauerat. Boleslaus Crispus dux & monarcha Poloniæ, Boleslã captum, tela noua, cera oblita circumuolutũ, iudicialiter cõdemnatũ, in medio ciuitatis Gnezneñ, tam episcopis q̃ proceribus poloniæ inspectantibus, ad abolendam diuinã iram pro illato parricidio, incendio grandi consumere & exurere præcepit. Cœpitq; extũc beatus Vernerus in Ploceñ ecclesia sepultus, miraculis claresccere, & inuocantibus in cũctis necessitatibus succurrere. Gedeon Episcopus Graccouieñ, anno domini. M. centesimo septuagesimo primo, in oppido Kelcze suæ diocesis quadrato lapide ecclesiã edificauit, in honorem beatæ & gloriosæ uirginis Mariæ dicatam, & in ea quattuor prælaturas instituit, Præposituram, Decanatũ, Custodiã, & Scolastriam præbendas uero sex, & uicarios decem, dotem eis de episcopali mensa in decimis largiẽdo, ordinauitq;, ut singulis diebus horæ Canonicæ deuote explerentur. Mieszko dux maioris poloniæ & Pomeraniæ, fũdauit hospitale pauperꝝ in ciuitate Posnanieñ ad ecclesiam sancti Michaelis, pridie nonas Maii anno domini. M. centesimo septuagesimo, & commisit gubernationem eius fratribus hospitalis sancti Ioannis Hierosolimitani. Donauitq; ei dotem perpetuam, uillas istas, Nithcowi, Glinka, Goszthowo Szamocziruska, Iagodno,

Myechow exuritur.

Monasterium zwyerzyniecz extra Gracco.

Tres soles.

Tres lunę.

Vernerus Episcopus Ploceñ. occisus claruit miraculis.

Iusta compensatio.

Ecclesia in oppido kelcze extructa.

Hospitale Posnaniæ.

godno, Gleyszouo, Czirnyelino, Iarognywy, cum uniuersis earundem uillarum appendentiis. Rodowanus uero episcopus Posnanien in præfatis uillis decimas, necnō decimas in uillis Myleszkowo. Andrzeowo, Vigenowo, Velikye, Zuchilyecz, Oberzekye, Lipnycza de mensa sua episcopali dedit, & præfato hospitali in perpetuum inscripsit.

CAPVT XXI.

wseuoldi mors

ANni domini. M. cētesimi quadragesimi septimi. Wseuold⁹ dux Kiouiensis duodecima Iulii mortuus est, Et Ihor filius eius obtinuit sedem eius. Kiouien uero accersiuerūt Isaslaum ducem Pereaslauien in Kiow, contra quem Ihor cum fratre suo Swantoslao egressi, sine dimicatione ambo fugierūt. Isaslaus aūt in castrum Kiouien introiuit, & post quattuor dies Ihor captus, ad Isaslaum adductus est, primū in Pereaslaw incarceratus, expost, prout supplicauit, in sacerdotē est tōsus

Ihor captus.

Inuidia ergo ducti duces Russiæ, Georgius, Olech, Roscislaus, & Swātoslaus contra Isaslaum insurrexerunt, de sede Kiouien eum eiicere uolētes, & instructis copiis congressi sunt, multisq; hinc inde cadentibus. Isaslaus ad extremum succubuit, & capta uxore, cum filiis ex Kiow in Luczko confugit. Dux uero Georgius in Kiow sede auita consedit, tandem Isaslaus erogauit donatiuū Boleslao Graccouiæ & Mazouiæ. Hēricoq; Sādomiriæ ducibus germanis & hungaris. Qui integra hyeme cum suis gentibus commorati apud eum, uidentes ipsum omnia cunctāter & pauide agere, tā poloni q̄ hungari ab eo discesserunt. Quo comperto dux Georgius Kiouien cum duob⁹ filiis Roscislao, & Andrea, dux Vieczeslaus, Georgii frater, & cæteri duces auxiliares Isaslaum in Luczko obsederunt. Ipsoq; pacem petente per Wlodimirkonem ducem Andrea filio Georgii Kiouien pacem dari persuadente pacem confecerunt, & eam iuramento firmātes, obsidionem soluerunt, tamē mortuo Roscislao Georgii filio duce Pereaslauien, uoluit Isaslaus occupare Pereaslaw, & prohibitus transire Dniepr per Georgium & eius auxiliares duces & Polowczos, conflixit cū eis in nauibus fluminis Dniepr, uicitq; Isaslaus & reuersus cum Vyeczeslao patruo suo Kiow accepit. Dux uero Georgius cum filiis & Polowczis fugierunt, insecutusq; Georgium Isaslaus kiouien dux in Pereaslaw eum coartauit & obsedit, donec necessitate coactus, nouis conditionibus pacem iurando & de Pereaslaw cœdendo, effecit. Hungaros autē prœcio conductos, Mscislaus Isaslai filius, dum in auxilium Isaslao duceret Wlodimirko dux Halicien, apud Szapuhoin in diluculo oñes tāq̄ pecora trucidauit, q̄ ea die inebriati iacebāt tanq̄ mortui, nec eos Mscislaus præ ebrietate suscitare ualuit. Isasla⁹ ergo cōtra Wlodimirkonē misso filio suo Mscislao hungaros conduxit, quibus uenientibus cum Stephano rege eorum, & cum Wlodimirkone pugnantibus, plures de suis occiderunt alios uero captiuauerunt, & fugiens Wlodimirko recepit se in Przemisl. Hunc insequutus rex Stephanus obsedit, & ipsū coangustiauit, intantū ut pacem præcaretur. Venienteq; Isaslao duce kiouien cum suis copiis in exercitum Stephani regis hungariæ, pacem abnuebat, quā illi concessit rex Stephanus & in hungariā discessit. Isaslaus uero in kiow abiit. Eodem āno dux

Isaslai clades. kiouia capta.

Luczko obsessum.

Isaslai naualis victoria.

Georgij ducis fuga.

Hungari trucidati.

Hungari ultionem ex wlodimirkone acceperunt.

Regis stephani pax.

Georgius

Georgius cū filiis suis cum Rosztowczis, cum Susdalcis cūm Polowczis & ducibus de Reszani, obsedit Czirnieow, sed ueniente Isaslao in auxiliū Czirnieouien, Polowczi territi diffugiunt, quos sequutus dux Georgius discessit in Nouogrod, illic relicto Vasilkone filio, iuit in Susdal. Isaslaus autē non inueniēs Georgium apud Czirnieow, abiit in Nouogrod, ex inde Vasilkone discedente ad patrem in Susdal, data petentibus pace reuersus est in Kiow, & misit filium suū Mscislaum in Polowczos, qui eos uastauit, magnā prædam pecorum abegit, & tabernacula eorū recepit. Pluresq; christianos soluit & a captiuitate eduxit, reuersusq; est cum gloria, eo tempore Wlodimirko dux Halicien mortuus est. Isaslaus aūt dux Kiouien ueteres hostilitates ultū iri cupiens, mouit bellum filio Wlodimirkonis ducis Halicien, milites uero rogauerunt filium Wlodimirkonis ut discederet in Halicz, unicus eñ erat, factaq; est cœdes ingens circa flumen Sereth, & tanta inuolutio ut seinuicem non agnoscerent, & utriq; pro uictis abirent. Veniente quoq; Isaslao in Kiow, mortuus est tredecima Nouembris, āno domini. M. centesimo quinquagesimo octauo, sepultus in monasterio sācti Theodori. Et sedē ipsius Kiouien Roscislaus dux de Smolensko accepit, isq; assumpto secū Swatoslawkone, Wseuoldouicz, & Mscislao Isaslauicz trāsit uers⁹ Czirnieow contra Isaslaum Dauidouicz. Isaslaus uero Dauidouicz misit pro Hleb Georgii qui uenit in eius subsidium cum Polowczis, quorū multitudinem Roscislaus conspicatus territus est, mittēsq; ad Isaslaum Dauidouicz, sibi Kiow pro se, & pro Mscislao nepote Pereaslaw cōtulit. Hoc audiens Mscislaus indignatus recessit e campo cum sua militia, quod uidētes alii omnes fugierūt & persecuti sunt eos Polowczi, plures occidendo, alios captiuando. Patrandoq; plurima mala circa Pereaslaw, & ecclesias atq; uillas cōburendo, post hæc Georgius uenit uersus Kiow, & interpositis colloquiis, cessit ei Isaslaus de Kiow quam possederat, ex resignatione Roscislai. Sedit itaq; dux Georgius in Kiow sede auita, & diuisit regiones inter filios. Andreæ dedit Vissehrod, Borzisz Thurow, Hleb Pereaslaw, & Vasilkoni Porszy. Non contentusq; Georgius, q̄ Mscislaus Isaslai filius fuerit pulsus de Pereaslaw, misit contra eum exercitum ualidum, in Przesopnycza se continentē. Qui terrore hostili actus, imparem se uidēs futuræ dimicationi fugit in Luczko, & ex inde in poloniā ad duces Boleslaum, Mieczlaū, & Henricum, qui congregatis dominiorū suorum potentiis, hostiliter uersus Russiam procedebāt uolētes Mscislaum non tantum in Pereaslaw, sed & in sedem Kiouien restituere. Dux autē Georgius kiouien, ueritus polonorum potētiam, p̄ suffragiū Roscislai ducis Przemislien, pacificat' cū duce Mscislao & suis germanis Wlodimiro & Iaroslao filiis Isaslai, & tā ducatum Pereaslauien q̄ cætera omnia quæ ad eos pertinebant eis restituit, iureiurando se astringens, nunq̄ ad occupationē eorum dominiorū aspirare. Sed postea non seruato iuramento ducē Mscislaum in castro Wladimirien obsidione cinxit: Fiebat q̄ grādis occisio inter obsessos & obsidentes. Polonis qui in obsequio ducis Mscislai fuerunt, uarias cœdes in nobilibus ducis Georgii edentibus, intantū ut Georgius pluribus de suis amissis, confusus in kiow redit. Illicq; morbo correptus inte-

Georgius accepit kiow.

i rit, in eccle-

Georgij mors.

riit,in ecclesia sancti Saluatoris apud Berestow tumulatus,ãno domini.M.centesimo sexagesimo quarto,qndecima mensis Maii. Cui successit dux Isaslaꝰ Dauidouicz. Hũc in hyeme Mściſlaus Isaſlauicz e kiow expulit, illicoq; sedẽ kiouieñ fastidiẽs, eã tẽpore Veris Roscislao patruo suo duci Smolneñ resignauit. Sed ille ducatum kiouieũ perosus,cessit duci Wlodimiro Mściſlauicz,quem (indignatione motus) iterũ Mściſlaus Isaſlauicz dux Wlodimiri eñ eiecit & kiow possedit. Quod Andreas dux de Szuszdala non ferens,misit filium suum Mściſlaum cum Rostowezis & Wlodimircis. Affuerũtq; ei auxiliares nouẽ duces Russiæ. Hleb Pereaslauieñ, Romanus Smolneñ, Dauid Vissehrodeñ, Wlodimir Andreouicz, Demetrius Georgii, Georgius & Slauiecz germani, Olech & Gregorius Swantoslauiczy, hi obsederunt in kiow ducem Mściſlaum Isaſlauicz, qui famem non ferens in Wlodimiriam effugit. Duces uero arce potiti, uxorem & filium Mściſlai captiuant, ciuitatem kiouieñ in prædam militibus dant, sed ciuitate non contenti, sacras ædes & monasteria diripuerũt, locat tãdẽ Mściſlaus Andreouicz in kiow suũ patruũ Hleb, quo post lapsũ duoꝝ annoꝝ mortuo. Romanus Smolneñ dux, in eius locũ substitutus est, processu attñ temporis, Iaroslaus Iaroslauicz eo explosο, ipsemet kiouiensem sedem possedit.

Mściſlai dauidouicz.

Mściſlaus dux Andreas dux.

Nouem duces Russiæ.

kiouia militibus in predam data.

Romanus russiæ dux.

Mieczlaus monar. quintus

Mieczlai tyrannis.

CAPVT XXII.

MIgrato autem ex hoc sæculo Bolesłao Crispo. Principes, Myeczslaus maioris Poloniæ & pomeraniæ, Kazimirus Sandomiriæ. Boleslaus altus, Myeczlaus & Cõradus Slesiæ duces Graccouiam conuenere. Deq; omniũ prælatorum & Baronum consensu Myeczlaum, maioris Poloniæ & Pomeraniæ ducem, in monarchã delegerunt, atq; Graccouieñ arcem, cum tota prouincia suæ ditioni præstiterũt, quanq̃ Graccouieñ Kazimirum, ducem Sandomirieñ in monarchã euehere nitebantur, non tamẽ eorũ destinatui satisfacere poterãt. Moxq; post electionem, spei electorum regimen Mieczlai senis non respondit, nam tyrannide, exactionibus, & iniquis calumniis subditos opprimere, pro unaq; damula & dorca occisa, tam ingenuos q̃ agrestes pœnis afficere, eorumq; substantiã confiscare, aut per ducis ministeria distrahere cœpit. Ex magna quoq; opum affluentia, & copiosa prole in fastũ deductus est. Habuit siquidẽ filios quinq; Othonem scilicet & Stephanũ, ex filia regis Hungariæ, Boleslaum, Myeczlaũ & Wladislaum ex consobrina imperatoris Friderici. Ex filiarum quoq; locatione in matrimonia, & affinitate nacta, clarior euaserat, Sobeslao eñ duci Bohemiæ unam, duci Saxoniæ alterã. Friderico duci Lothoringiæ terciã, Boguslao duci maritimæ oræ, & eius filio Boguslao quartam & quintã, Othoni halicieñ ducis filio, Boleslao duci Pomeraniæ, & Wladislao duci Rugiæ filias, in cõsortes collocauerat. Cumq; oppræsſorum

præsſorum uociferatio & gemitꝰ per singulos ordines indies augeretur Gedeon, qui & Getka antistes Graccouieñ, oppræsſorũ habẽs rationem & curam, exclusis arbitris humaniter & paterne hortari atq; præcari cœpit, quatinus princeps Myeſko a detestabili tyrannide desisteret, exactiones euectiones q; (in uulgari polonico podwody nũcupate) rescinderet, officiales q; & reliquos præsides a confiscatione & truculẽtia prohiberet. Quum autẽ eius benignis adhortationibus haud quaq̃ locum daret, quãdam matronam habitu lugubri, ac uultu mœsto, principe cõsilia cum primoribus regni tractãte summisit. Quæ lamentando alta uocẽ proposuit. Habui inquit illustrissime princeps copiosum balantum gregem, illumq; conductis istis mercenariis ad custodiendum & ad caulas reducendum tradidi. Et heu me miserã eorum incuria & negligentia, totus grex luporum morsibus deperiit. Itaq; nisi tu ancillæ tuæ suffragium tuleris tam præcipiti damno pessũdatæ, misera necesse est & orba consummar, tum mercenarii. Filius huius matronæ inquiunt suis rabidis canibus nostras uigilias o princeps sereniſſime puicit, ut turba canum irruente & gregẽ lacerante nihil adiutorii præstare quiuimus. At filius, non inquit clariſſime princeps oues sed lupos, canibus solutis diuerso itinere insectatus sum, & pars canum reuersa in oues insilit. Nõ in me ergo culpa qui lupos abegi contorquenda est, sed in mercenarios crediti gregis desertores. Tulit itaq; sententiam princeps Myeczlaus consiliariorum approbatione ut filius (querius priuignus dici poterat) qm̃ damni occasionẽ præbuisse uidebatur, damnũ lueret, ac genitrici solutionẽ refunderet. Tũ Gedeon Graccouieñ pontifex assurgẽs. Tu o princeps ille es filius, qui matri suæ Poloniæ prouinciæ ad instar priuigni, truculentos tuorum officialium canes immisisti, calamitosas regni Poloniæ ouiculas te nequitq̃ phibente, immaniter trucidantes, proprio igitur dampnatus iudicio consurge, & fœdam auariciã animo excutias, nimiãq; habendi auiditatẽ posthabeto, ac misero gregi iãiã perituro consule. Dux autẽ Poloniæ Myeſko senex, eã pontificis admonitionẽ iniquo ferens animo, prosiliit ac e medio consiliariorum suorum præsentiã subtraxit, præsulem Gedeonẽ in exilium pulsurũ comminãdo. Reliquos aũt Barones & consiliarios ad necẽ, aut membrorũ mutilationẽ cum bonorum confiscatione destinaturum.

Iuridica actio.

Sententi lata ad simile.

Kazimirus iustus.

CAPVT XXIII.

DErecti autẽ animo ac territi, Gedeõ Episcopus & proceres Graccouieñ clam consilium capiunt, & Kazimirum ducem Sandomirieñ sine mora accedendũ, præcandum & adducendũ arbitrantur, ut sua liberalitate, iusticia, fortitudine, & tẽperatia lapsæ reip. succurreret. Quem repugnãtem, ac aduersus fratrem Myeſkonem senẽ nil agere uolentẽ, ampliſſimis persuasionibus & præcibus deuicerunt, ad reip. quoq; tuitionẽ & sustẽ

kazimirus assumptus.

tationem plus q̄ fraternam auſcultationē animarūt. Et e Sandomiria Graccouiam, nobilibus & agreſtibus cateruatim occurrentibus induxerunt, præ animorum leticia uociferantes. Benedictus qui uenit in nomine domini liberator. Myeczlaus uero iiſdem tempeſtatibus a Graccouia in maiorē Polonī am & Pomeraniā ſeceſſerat, hinc arx Graccouieñ, cæteraq; caſtra & munitiones abſq; difficultate & ſponte in Kazimiri deditionē uenerunt. Audita itaq; ſua electione Myeczlaus a monarchatu, arma ſumpſit mittēſq; ad generos a quibus & militaria depoſcebat auxilia, Kazimirum de ſupplātatione monarchiæ incuſabat. Sobeſlaus uero Bohemiæ dux, proprio bello cum Friderico ſuo fratre ſeſe implicatum reſpondit. Saxoniæ autē & Lothoringiæ duces, imperatori ſuam in Italiam miſiſſe militiā, aliāq; imperatoris iuſſu pro recuperatione terræ ſanctæ parādam renunciarūt, cæteriſq; affinibus ferme in eūdem modū ſocero ſe excuſantibus. Myeczlao inſperatus accidit caſus. Otho nanq; eius filius ex primo coniugio natu maior, facta cum quibuſdā maioris Poloniæ militibus conſpiratione, caſtra paterna in maiori polonia occupando, ſe cū tota prouincia ditioni kazimiri ducis ſubiecit. A quo Kazimirus præter caſtrum & ciuitatem Gneznēñ nil recepit, cauſa autē ſurreptionis caſtrorum ab Ottone, deputatio melioris ſortis filiis ſecūdi matrimonii fuit, ipſo prioris matrimonii filio obmiſſo. Defectionem maioris Poloniæ, ſequuta eſt Pomerania ulterior & citerior, ac in Kazimiri obedientiā deuenere. Eſt aūt ulterior Pomerania, quā Slupſko poloni uocant. Cui dux Kazimir⁹ Boguſlaum nobilem, de domo & genere griffonum, præfecit: Citerior uero Pomerania eſt, cuius metropolis Gedanum nūcupatur, cui Samborium, Izironis Mazouiæ comitis filium præfecit. Hii temporis lapſu præ dictarum prouinciarum principatum ſibi uſurparunt. Erat etiam ſub ditione & regimine ducis Kazimiri, Leſtko filius ducis Boleſlai Criſpi, quem cū ſuis Mazouia & Cuyauia prouinciis Izironi comiti grandeuo & prudēti cō miſerat gubernandum. Inſuper Sleſiam ad ſuam obedientiam, concordatis fratribus reduxit. Myeczla⁹ ſiquidē minor natu Boleſlaum altū natu maiorem ex Wratiſlauieñ ducatu depulerat. De quo Myeczlaū cedere iubens, duōs diſtrictus a Graccouieñ prouincia abſtractos eidē in recompenſam largitus eſt, Bitomieñ ſcilicet & Oſwancimeñ. Ex tūc Boleſlai Krziuouſti oraculum uerificatum eſt, quo moriens prædixerat infanti Kazimiro, quadrigā tetrarcharum concurſuram. Super hæc attamen dux Kazimirus anno domini 1179. prouincias Ruſſiæ Breſteñ, Wladimirieñ, Droyceñ, & Przemiſlieñ adeptus eſt, quarum caſtris conquiſitis, ipſas prouincias per ſe adminiſtrabat. Factoq; apud Lanciciam conuentu, in quo, omnes exactiones, iniuſta tributa per Myeſkonem, ſuum fratrē conſtituta, pro ſua induſtria & magna ſolertia reſcidit. Calumniatores nonnullos proſcripſit, alios igne & cauterio notauit, deprauatas cōſuetudines in regno Poloniæ exortas abſtulit & remouit, præſertim ne ānonā & uictualia nobiles agreſtibus non ſolū nō caperēt, uerūetiā nec fenū paleāq; uioleter afferrēt, ne uillanorū caballos raperēt. Neue lōga itineꝝ intercapedine, p ſe aut ſuos ſatellites, ipſoꝝ equos defatigādo eneruarēt, uel in loca diſtātiora abducerēt Epiſcoporū quoq; bona tā mobilia

Otto a patre defecit.

Pomerania vlterior.

Pomerania citerior.

kazimirus pro uincijs Ruſſię potitus.

kazimiri iuſtitia.

Decreta kazimiri.

bilia q̄ immobilia ne diriperent. Et ne tales conſuetudines in poſterū ab aliquo innouarentur, placuit omnes tranſgreſſores horrendo anathemate innodare. Sdziſlaus itaq; Gnezneñ Archiepiſcopus, cū cæteris Poloniæ Epiſcopis, omnibus pōtificalibus indutis, Gedeone Graccouieñ, Ziroſlao Wratiſlauieñ, Onolpho Cuyauieñ, Cherubin Poſnanieñ, Lupo Plocen, Cōrado Camieneñ, Gaudentio Lubucieñ, aſtante Kazimiro monarcha, & tribus principibus Ottone Poſnanieñ, Boleſlao Wratiſlauieñ, Leſkone Mazouieñ, & Baronum multitudine in hunc modū pronunciauit. Qui agreſtiū annonam, aut res quaſcūq; ui aut quouis alio pacto tulerit, aut auferri iuſſerit, anathema ſit. Qui legationis aūt neceſſitatis publicæ uel priuatæ occaſione, præterq̄ ad denunciandū hoſtium in patriam imminentē inſultū, cuiuſpiam quadrupedem & iumentū, in angariam uulgo podwodaticam acceperit uel accipi iuſſerit, anathema ſit. Qui bona pontificū aut eccleſiaſticarum perſonaꝝ decedentium rapuerit, occupauerit, diſtraxerit, etiā ſi perſona ſit illuſtris, & regali, ducali, aut quacunq; alia præfulgeat dignitate, anathema ſit. Qui Epiſcopum ſpoliatores (reſtitutione non habita) acceptauerit, & raptorum aut diſtractorum relaxationem raptoribus (ſatiſfactione legittima non præcedente) impenderit, ueluti ſacrilegii particeps & conſentaneus, & qui ambitioni ſuæ & commodis inhiando ſacrilegio actionem præſtiterit, anathema ſit. Et reſponſum eſt a ducibus & uniuerſo populo Amen. Ad confirmandū autem & perpetuandum præfatas conſtitutiones, ſimul & obtinendū relliquias alicuius ſancti pro decorāda eccleſia Graccouieñ. Dux Kazimirus ex utroq; ſtatu nuncios ad ſummū pontificem Alexandrum tercium miſit, qui Kazimiri conſtitutiones tanq̄ iuſtas & approbatione dignas laudauit & cōfirmauit, legatos de dando ſacro corpore bene ſperare iubens. Confirmatiōis reſcriptum in eccleſia Graccouieñ habetur, cuius exordium eſt. Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, dilecto filio nobili uiro Kazimiro duci Poloniæ ſalutem & apoſtolicā benedictionē. Ex parte tuæ magnitudinis &c. Finis. Datum Thuſcula. quinto kalendas Apriles. Corpus uero ſancti cuiuſpiam non præbuit, quoniam morte præuentus e uita ſublatus eſt.

Sdziſlaus Archiepiſcopus gneznēñ.

Legati romam miſſi.

CAPVT XXIIII.

Legati alij romam.

SVmmiſit itaq; Kazimirus Poloniæ monarcha legatos alios ad Lucium papam tercium, Alexandri tercii ſucceſſorem pro corpore alicuius ſācti ꝓmiſſo impetrādo, Habet alia hiſtoria q̄ Gedeon Graccouieñ præſul, uulgariter Gedka nuncupatus a præfato Lucio papa tercio, ueteri ſodalitate in ſtudio Paduano motus, ſuæ eccleſiæ Graccouieñ quoduis corpus ſanctū donādum popoſcit. Cumq; papa annuiſſet, ſacrarium quoddam (ut ueteres noſtri referunt in eccleſia. ſ. Laurécii extra muros Romanos ſitū) aperire iuſſit, tactoq; corpore & oſſibus beati martyris Laurencii, percunctatus eſt an deo propiciāte Poloniā migrare uelit, illico aūt faciem auertit, ſeſe Poloniā nequaq̄ abducēdum inſinuās. Idē ægit corpus ſancti Stephani prothomartyris. Dubitāte igitur papa, & aſtātibus Polonis perturbatis. Sanctus Florianus in proximo hiis requieſcens, manu extenſa, proficiſcendi in poloniam indicium dedit. Quo cum maximo

Opinio aliorū.

Ex miraculo diuus Florianus in poloniā venit.

solatio & animi gratitudine secrete assūpto, dirigente Egidio Episcopo Mutinensi Commissario domini papæ, in Poloniam āno domini. M. centesimo octuagesimo quarto deuenerunt. Cumq; dux Kazimirus, præsul Gedeon, omniumq; aliarū cōditionum homines summis habitis honoribus, obuiam irent, sacrum corpus diui Floriani, in loco ubi nunc eiusdem beatissimi martyris, a parte septētrionis urbis Graccouien̄ stat basilica, uulgariter Cleparz postea & nunc appellato, substitit. Et accepto respōso, q̄ illic sanctus dei habitaculū, urbē & eius gentē a septētrionalibus inuasoribus ,ptecturus delegerit, a meridionali uero plaga, alterū patronum & protectorem uenturum quum præduxerit. Dux Kazimirus, & pontifex Gedeon, pulchram basilicā in eodem loco, in honorem sancti Floriani edificarūt. Et brachio ipsius sancti, præfatæ ecclesiæ relicto, totum corpus in ecclesiā cathedralem Graccouiensem intulerunt, ac in medio ecclesiæ, in tumba marmorea, pollita & alta collocārūt. Temporum uero lapsu, Kazimirus dux & Gedeon pontifex, in beati martyris ecclesia, collegium prælatorum & Canonicorū, condonatis certis uillis & decimis fundarūt, præposituram ex prouentibus parrochialis ecclesiæ in Skalka erigendo. Iste est beatissimus martyr Florianus, officio princeps militiæ, qui cum percepisset de suis quadraginta milites (quos Aquilino præfecto in Lauriacum Noricum, & est castrum in Bauaria, iussu Diocletiani Cæsaris miserat) pro fide Christi tētos & in carcerem missos, ad suos, se in Lauriacum iturū, & quæq; dura pro Christo passurū rettulit. Excedens itaq; de ciuitate ubi commorabatur Ticia, Lauriacum Ripēse in Norico applicuit, & tanq̄ christianus, præsidi Aquilino per commilitones oblatus. Primum bis dure cōsus est fustibus, deinde præacutis sudibus, secūdum scapulas transfossus, tandē in carcerem detectus, ad extremum sententia cōdemnatus, de ponte, cū saxo ad collum alligato, in Anesum fluuium præcipitatus est quarto nonas Maii. Sursumq; aduersus aquæ fluxum, fluuio undis exuberante delatus, In quodam saxo expositus, & ab aquila alis in modum crucis expansis custoditus atq; protectus est, donec a Valeria matrona deo deuota, ipsomet beato Floriano reuelante & uolente occulte abductus, & sepultus est. Noricum dixerunt ueteres, quam recentiores Bauariā appellant, a Boys gentibus Insubriæ, seu Lombardiæ illic delatis, ut Eneæ Senensi de Picolominibus placet. Vel ab auaris. i. hungaris b. littera ad caput dictionis apposita, ut Blondus asserit, in eam oram delatis. Prius itaq; Noricū ex post Boiaria, nūc uero Bauaria uocitata, germaniæ prouincia. In qua sanctus Florianus martyrium pertulit.

S. Florianus Graccouiā allatus.

S. Floriani tēplum erectum.

Perfunctoria delibatio vitę S. Floriani.

CAPVT XXV.

Myeszko restitutionem quęrit.

EXclusus autē Myesko senex a suo principatu, dux maioris Poloniæ & Pomeraniæ, in Ratiboriam Sleziæ se cōtulit, illicq; cū uxore, & tribus filiis sub magna rerū penuria uitam peragēs, tū per nūcios, tū per epistolas præcatur & obsecrat, quatinus dux Kazimirus in ducatus ipsius eum restituat. Nonq; eam charitatem qua a teneris annis eum amplexatus fuerit, ac in uirum usq; fouerit obliteratione deperire permittat. Si quoq; capitis sui, canis respersi capillis, rationem habere noluerit

re noluerit, ūxoris attamen, suæ glotis, & nepotū, ob euitationem dedecoris & grā is ludibrii suæ toti prosapiæ eo facto iminētis obliuiscī non dignaret. Motus itaq; Kazimirus misericordia, hereditatē illi reddere, & se principatu monarchiæ abdicare uoluit. Consiliarii autē eius & Barones animis consternati, q̄primum in murmur & discrimen irruerunt, q; si de Myeczlao præconceptam non immutaret sententiā, omnes de uita & rebus eorum aliter prospicere uelint, hac itaq; Baronum & consiliariorū obiectione deterritus, sup reuocatioue fratris Mieczlai sentēciam se immutaturū & abrogaturū suis consiliariis est pollicitus Mieczlaus hiis cognitis, atq; a Friderico imperatore ad quē se cōtulerat, nullis reportatis auxiliis, recepto a Mszugio cui filiā loquauerat, maritimæ oræ principe, auxilio, Kazimiro insup clā fauēte & rei cōscio (qm̄ fraternitatis ardebat amore) castr̄ Gneznen̄ intercēpit Ex quo facile omnes cæteras munitiones conquirit, filiusq; eius Otha, psuasione comuniū amicorū recōciliatus, ad patris obedientiā rediit. Breui itaq; tempore Mieszko suum ducatū integre recuperauit, nec eo contentus ad repetēdam monarchiā aspirare cœpit. Et Leszkonem Mazouiæ ac Cuyauiæ ducem, suum nepotem, a Boleslao Crispo, Kazimiri ducis curæ commissum quoniā egritudine indies debilior redderetur, ad se cū ducatibus eius allexit ac uafricius attraxit, ut eo moriente, suis possessionibus potiretur. Qui cognita sua culpa Graccouiā ad ducem Kazimirum ipsius patruum, una cū Zira Comite, suo directore rediit, prostratus igitur & ualitudinarius, gratiā & tutoriā quēadmodū supplicauerat, pmeruit ac reportauit. Nouissime autē de uita migrās Mazouiā & Cuyauiā Kazimiro cōmēdauit. Dux aūt Kazimirus, defectione ciuitatis & prouinciæ Brzesczę, supra flumē Bug sitæ, p cœpta, celerrimo gradu cū militum copiis perueniens, eam in duodecim dierū spacio cœpit, ac defectionis auctores interitu extinxit. Exinde ad Halicz progressus Mscislaum affinem suū, uel ut alia historia refert, suæ sororis filium, quem fratres Spurgii nomine ei impositio eiecerant reduxit. Contra quē Wseuoldus Belzen & Wladimirus Halicien̄ duces germani Mscislai, cum omnibus Russiæ principibus, & Boariorū multitudine superueniētes, signis canere iussis conflixerūt, ac multi a paucis superati sūt, fugitq; Wseuoldus in Belsz, & Wladimirus ad Belam regē Hungariæ. Castrū igitur & oppidum Halicz Kazimiro uictori illico deditū est. Qui illud Mscislao affini suo per prius sacrāmēto adacto q; nunq̄ polonos in aduersis desereret, restituit. Ipse uero in poloniā reuersus est, triennio autē uix peracto Mscislaum ducē Halicien̄ Rutheni ueneno extinxerunt, pro Wladimiro in hungariā celeriter mittentes, ut ueniat & principatum repetat. Wladimirus eo nūcio letus dum rē ad Belam hungariæ regem defert, & subsidia militū, equorū ac supputum expostulans, quibus Kazimiro duci Poloniæ, & Romano duci Wladimiriæ ad Haliciam per eū substituto repugnaret, capitur & in uincula cōicitur. Andreas uero Belæ filius, cum copiis ut Halicz occuparet q̄ celerrime mitt tur, qui Wladimirū se præcessisse fingēs, in castrū admissus, ipsum occupauit, & totam Halicien̄ prouinciam, in suam potestatem redegit. Wladimirus autē uinculorū molestias, apud regem Belam prope biennium per-

Mieszko rebꝰ suis potitus.

kazimiri in russia victoria.

Mscislaus resistutus.

wladimirus vinculis inie ctus:

Andreas Belę regis hungarię filius, Halicz occupat.

wladimirus solutus.

pessus, corruptis custodibus euasit, & collecta ad ipsum manu, raptu uiuere assueta, regiones Russorum perturbabat, ac Pre missliã quæ sub iugo Kazimiri ducis Poloniæ fuit. Anno Christi. M. centesimo octuagesimo septimo, messis tempore circa festum assumptiõis Mariæ afflixit, & multos ex ea captiuos educens uendidit. Verum quum non haberet ubi tute reclinaret frequentibus legationibus & nũciis ad Kazimirũ ducem missis sibi parsum iri de irrogatis iniurijs obtinuit, & ad Kazimiri principis præsentiam admissus humi prostratus meruit, ut præfatus dux poloniæ, abolita eius culpa, etiam Nicolaum Palatinum Graccouien militiæ principem, cũ frequenti exercitu mitteret, ipsum in Halicien ducatum restituẽdũ. Quanq autẽ plerisq minus credibile uidebatur, sub Bela rege hungariæ & Andrea eius filio recuperare

wladimirus kazimiro reconciliatus.

Halicrã, tulit tamen fortuna, ut Nicolao Palatino Graccouien obsessa Halicia uictualia deficerent. Petentibus itaq castrẽsibus saluis rebus dimitti, cũ suis omnibus in hungariã excesserũt. Wladimirus autẽ in Halicz eo pacto

wladimiri restitucio in halicz

locatus est, ut principi Kazimiro & posteris eius sincerus semper & subiectus maneret. Orta est exinde, inter Belam regẽ hungariæ, & Kazimirũ ducem Poloniæ, grandis procella & dissensionũ turbo, intulitq rex hungariæ dãna Polonis hungariæ finitimis. Dux quoq Kazimirus haud impiger hũgariam inuadens identidẽ quæq reperire potuit abægit, locatisq in plerisq locis præsidijs, confinia hungariæ tutatus est. Egre tamen, & cum incusationibus (q pro homine indigno & nulli partiũ fido, Wladimiro principe bella cum hungaris agerent) militiã Poloni obibant. Tãdem per communes regnorum Barones treugas pacis per trienniũ acceptarunt, donec hungari &

Polonorum & hungarorum dissensio.

Treugę

Poloni temporis successu solidam firmarent pacem. Accidit autẽ Kazimiro duce & monarcha Poloniæ in Russia agente, & compositionem inter duces Romanũ Wladimiriæ, & Wseuoldum Belzeñ tractante, septuaginta principales Barones contra Kazimirum conspirarũt, & ut facilius rem aggredẽrentur diuulgarunt eũ Russiæ ueneno interisse, mittentesq aduocarũt Myeskonem senem, suapte cupiditate ad inuadendũ monarchiã procliuẽ. Quo

Noua sedicio.

aduentante urbs Graccouia, & omnia proximiora & circumiacentia castra ei sunt tradita, præter castrum Graccouien, quod Fulco Graccouien Episcopus, cũ suo germano Nicolao Palatino Graccouien de armis uulpium, p kazimiro conseruauerat. Myeszko uero ex blancatis asseribus, & durissimis roboribus munitionem in Graccouia cõtra arcem Graccouien erexit. Et audito q kazimirus cũ Russiæ ducibus Wseuoldo Belzeñ, & Romano Wladimirien, Graccouiam properaret, in erectum castrum, forti impositio præsidio & filio suo Boleslao, ac Henrico kethlicz milite, relicto, pro supplemẽto nouorũ militum colligendo, in maiorem Poloniã discessit. Verumenimuero kazimiro aduenięte, Graccouien ei suam ciuitatem aperiunt, ad ipsumq omnes redeunt, in breuiq nouam munitionem die noctuq expugnando adeptus est ac eam incendit, per pacta ut liberi & salui discederent. Non solum autẽ liberos, sed tam Boleslaum ducem qui se fidei Kazimiri patrui sui cõmiserat, q Barones Myeskonis, plurimis donis onustãdo dimisit. Quo factum est ut Myeszko senex cum fratre suo Kazimiro duce pacem per mediatorem

Mieszko Graccouia potitus

Petrum

Petrũm Archiepiscopum Gnezneñ renouauit & sinceriter composuit. Henricus uero kethlicz omnis fratrũ dissensionis fons & occasio, ad ecclesiã maiorem castri cõfugerat, Rutheniscq ad diripiendam suppellectilem ecclesiæ irrumpentibus. Et Kazimiro sacerdotum clamoribus pro defensione aduocato, expilationẽq compescente, ex Cripta in qua latuit in permixtum uulgus tanq ignotus egressus, deq castro fugere nitens, captus, ac alapis cœsus & ad ducem Kazimiq adductus est, Romano duci in perpetuã captiuitatem traditus Russiã abducendus, ne inter fratres dissensionum foret seminariũ. Præterea Kazimirus Poloniæ monarcha, mortẽ Henrici sui germani ulcisci uolens, & Prutenos in iugum mittere, anno domini. M. centesimo nonagesimo secundo, Prussiã cum omniũ terrarum suarum copiis ingressus est. Cum principibus, Boleslao Posnanien, quẽ loco sui Mieczlaq senex pater eius misit, Boleslao alto Wratislauien, & Mieczlao Rathiborien filijs olim Wladislai, qui personaliter in Prussiam descenderũt. Et magna cautela adhibita per Kazimirũ suosq officiales, ne densissima opacitate siluarum, & limosarum uoraginũ perpetua bituminositate gentes polonorũ uelut temporibus superioribus circũuenirentur, longe lateq uastationem extendendo, habitacula & domicilia cõflagrãdo, & utriusq sexus homines puberes & impuberes trucidando, quibus maiores Prutenoq ad se uenire impulit, qui ad pedes eius in terram prolapsi, ut eorum reliquias non anihilaret, misericordiam deprecati sunt. Kazimiq uero, acceptis retẽtis tributis, receptisq captiuis, receptis & centum obsidibus, cum Prutenorũ perpetuo homagio in Poloniam fœlix remeauit. Et anno sequenti pacem cœptam integram confecit, cũ Bela rege Hungariæ personaliter in antiqua uilla conueniędo, quæ prius attentata, & prælignata fuit per medium Fulconis antistitis Graccouiensis & germani ipsius Nicolai Palatini Graccouien. Ex hungaris uero per Archiepiscopum Strigonien, cum Episcopo Agrien, & palatino hungariæ. Cõclusumq fuit ut rex Bela amplissimo regno hungariæ contẽtaretur, Russia ad regnum Poloniæ spectante. Anno autẽ domini. M. cẽtesimo nonagesimo quarto, in die sancti Floriani patroni ex more antiquo in urbe Graccouiensi dux Kazimirus hostias obtulit, & miserabiles psonas munifice pauit. In crastino uero quæ est dies. s. Gothardi pontificibus & regni proceribus mensam opipare struxit. Omnibusq epulãtibus & letantibus, dum quæstiones de immortalitate animæ Kazimirus dux põtificibus scrupulosas proponeret, modico poculo hausto, subito relapsus corruit, & paulopost expirauit. Incertũ morbo ne, an ueneno (quod mulier quædam ut fertur de Graccouia ad Venerem ipsum inflãmando propinauit) extinctus occubuerit. Depost quarto die in latere chori ecclesiæ Graccouien in monumento murato iusto honore tanq desideratus instaurator patriæ tumulatus est.

Henricus kethlicz vinctus.

Expedicio kazimiri in Prussiam.

Prutenj homagia & tributa soluere coacti.

Pax cum Hungaris firmata.

kazimiri interitus.

CAPVT XXVI.

BOleslaus altus dux Wratislauien, anno domini septuagesimo quinto prima die Maii. Exclusis de mõasterio Lubus monachis ordinis sancti Benedicti per regem Kazimirum ex Cluniaco introductis, locauit fratres Cistercien ordinis, ex monasterio Portuensi,

Cisterciensis ordo in monasterijũ Lubusin troductus.

tuensi sumptos, supra fluuium Szola situato, cum consensu Ziroslai Episcopi Wratislauiensis & Mieczlai senis monarchæ regni poloniæ sui patrui. Cum consensu quoq; germanorum suorũ Myeczlai & Conradi Rathiboriensis & Sbigouień ducum, & filiorũ suorũ. Ferunt hos fratres in poloniã importasse genus pomorum Daport nũcupatorum, quasi de porta albatorũ. Fuit autẽ primus Abbas Cistercień ordinis in præfato monasterio translato Florẽtius. Anno domini. M. centesimo septuagesimo sexto quarto idus Augusti cenobium in Suleyow ordinis Cistercień fundauit dux Kazimirus Sandomirień supra flumen Pilcza in prædio Ruslai comitis qui Christum reliquit heredem, quia liberis caruit. Donauitq; præfato monasterio dux Kazimirus uillas Suleyow, Strzelcze, Campa, Puczonow, Myanow, Dambrowa, Baldrzyczow, mõtem Bucinam, Sczepanow, Piotrow, Chennaz, Thanyow, tredecim plaustratas salis ex Sandomirien si teloneo. Et item alueum salis in Graccouia, nouem quoq; castores de camera ducali. Petrus uero Archiepiscopus Gneznensis ad peticionẽ ducis Kazimiri de mensa Archiepiscopi, contulit eidem monasterio, manipulares decimas in Sulykow, Lanczno, Belam Mileow, Stapm, Stibor, Domczelan. Incorporauit eidẽ cenobio ecclesiam in Budzykow cum decimis Standow, Chenna, & Pasturow. Samborius Pomeraniæ dux monasterium ordinis Cistercień in Oliua ducali uilla sua Wladislauień dioceſis anno domini. M. cẽtesimo septuagesimo octauo, quindecimo kalendas Aprilis fundauit. Et ei pro dote uillas septem Oliuam, Szalkowicze, Stanowe, Sterczow, Glambouy, Granczouy, & Szinczincze præstitit. Assignauit & decimã teloneorũ, piscationum, prædiorũ atq; pecorum. Anno salutis septuagesimo nono supra millesimũ cẽtesimũ Gedeon Episcopus Graccouień fundauit monasteriũ in Vanchoczko ordinis Cistercień supra fluuium Camyona. Et donauit ei de bonis episcopatus Graccouień plures decimas. Ecclesiam quoq; construxit de quadro lapide, quam postea in honorem sancti Floriani consecrauit. Eodem anno. M. centesimo septuagesimonono Vitus de Chotel, ex districtu Sandomirień de domo Ianyna, episcopus Ploceń creatus est. Qui tria monasteria ordinis Præmóstratẽn scilicet in Ploczko, in Vitow, & in Buszko fundauit. Anno Christi octuagesimo quinto supra millesimũ centesimum, Kazimirus dux poloniæ fundauit monasterium Coprziwniczeń Graccouień dioceſis. Et in eo locauit fratres Cistercień ordinis ex Morimũdo sumptos. Cui oppidũ Coprziwnicza pro dote contulit, & libertates plures concessit. Ecclesiam quoq; de quadro lapide in honorem beatissimi Floriani martyris & patroni tãq; noui hospitis fabricauit. Post ducem Kazimiri Comes Nicolaus Bogorius plures uillas dicto cenobio contulit. Cæteriq; nobiles de armis Bogoria & Habdãgk reliquas sortes & prædia deuote cõtulerũt. Eclipsis solis notabilis fuit anno domini. M. centesimo octuagesimo sexto. Quã secuta fuit pestis in polonia & in Russia. Anno domini. M. cẽtesimo octuagesimo nono Ioãnes cardinalis, cognominatus Malabranka a Clemente papa tercio missus, poloniam uenit. Et facta synodo in Graccouia pro reformatione cleri, tã Episcopis, q̃ uniuerso clero pro recuperatione terræ sanctæ, decimã imposuit. Swatoslaus dux

Monasterium in suleyow sundatur.

Eiusdem monasterij dotatio.

Monasterium in Oliua sundatur.

Monasterium in Vanchoczko fundauit.

Monasteria sundãtur in ploczko, in vitow in buszko.

Monasterium in Coprziwniczа fundatur.

Eclipsis.
Pestis magna.

Cardinalis in poloniam legatus decimas imposuit.

laus dux Czirnieouień, congregato haud paruo exercitu, ex inuidia Iaroslaum Isaslauicz ducem Kiouień inuasit. Et ipsum in castro Kiouień nulla diffidentia præmissa obsedit, sic q̃ uix ausugit, spolia itaq; colligens, omnes thesauros, uxorẽ cum filio iuniore, & militiam Iaroslai captam, in Czirnieow (castro Kiouiensi relicto) inuexit. Quo audito Iaroslaus Isaslauicz, cum duobus nepotibus Roscislai & copiis militaribꝰ in Kiow ueniens, omnes ditiores Kiouień spoliauit, præcipue Abbates, sacerdotes, monachos, moniales, & oñes latinos, totam culpam facinoris per Swatoslaum Czirnieouień patrati in eos refundens. Pro liberationeq; compræhensorũ grauem cẽsum exegit, alios uero uendidit. Swatoslaum deniq; Czirnieouień in Czirnieow obsedit, sed cum nõ proficeret, pacem cum eo iniit. Mortuus est autẽ Iaroslaus Isaslauicz, ãno domini. M. centesimo octuagesimo quarto. Et successit ei in ducatu Kiouień Swatoslaꝰ Czirnieouień. Wseuoldus uero dux Wladimiriæ successit Michalkoni fratri suo quartadecima Iunii eiusdem ãni uita fũcto. Superatoq; Mscislao Roscislauicz, qui cum Rothowczis uenerat, eum de Wladimiria exturbaturus. Processit contra Hleb ducem Reszaneñ, habens secum binos filios Swatoslai ducis Kiouień Olham & Wladimirum atq; nepotem suum Wladimirũ Hlebouicz ducem Pereaslauień. Hleb autẽ dux Reszaneñ callido usus consilio, cum Polowczis terram Wladimiriæ ingressꝰ eã crudelissime afflixit, ecclesiasq; & monasteria spoliauit, unde Wseuoldus festine reuersus, cõflixit cum Hleb & Polowczis. Captiuauitq; peracta uictoria Hleb, & in carcerem missum necauit. Duos uero nepotes ipsius Mscislaum & Iaropolcum cœcauit. Polowczos autem trucidauit & deleuit. Cæteros liberos dimisit.

Res ruthenicæ.

Swatoslaus kiow cœpit.

Iaroslaꝰ kiow potitus moritꝰ.

Wseuoldus vicit Hleb & Polowczos.

Lestko Albus

CAPVT XXVII.

ADsubstituendum nouum principẽ Anno Christi. M. centesimo nonagesimo quarto. Conuenerunt primores minoris poloniæ in Graccouiam, & suasu Fulconis antistitis Graccouiensis elegerunt Lestkonẽ album, natũ maiorẽ ducis Kazimiri in monarcham, adhuc ætatem puerilem agentẽ. Ob hoc quidam magnificus opponendo electionem infirmare cœpit. Non decere pueros remp. gubernare. Qui enim nõ sufficit ut seipsum regat, multitudinem plebis nec regere ualebit. Recurrẽdum fore ad Myeszkonẽ senẽ (cuius partẽ tuebatur) censuit. Aut ad aliũ quẽpiã ducẽ. Verũ ex aduerso Fulco Episcopus Graccouiensis tutatus est nominationẽ Lestkonis albi procedere. Cessit ergo successio Lestkoni albo. A cæsariæ alba, nuncupato. Et quia mẽtes hominũ fluxibiles ac instabiles sũt, Nicolaus Palatinus Gracco. & princeps militiæ ad ratificandum & perpetuãdum electionem Lestkonis cum ægissetꝰ gratias omnibus proceribus. Ab uno quoq; eorum iuramentũ confirmationis exegit, moxq;

Delectus principum pro monarcha.

Lesko albus monarcha.

git, moxq; curatores & reipub. gubernatores creati sunt, Fulco Episcopus Graccouieñ, & Nicolaꝰ Palatinꝰ germanus eiꝰ, donec adolesceret princeps Lestko. Conradus uero alter Kazimiri filiũs, cui Mazouia & Cuyauia obtigerat, Cristino Plocensi Palatino educandus atq; dirigendus commissus est.

Myeczlai senis bellum intestinum.

Quo audito Myeczlaus senex dux maioris poloniæ, mẽte cõsternatus est & couocatis omnibus suis gẽtibus, & auxiliaribꝰ ducibus Myeczlao Rathiborieñ, Boleslao Wratislauieñ, nepotibꝰ suis, & Mscezugio Pomeraniæ duce genero suo Graccouiẽsibus bellũ indixit, eo q; se incõsulto, Lestkonẽ puerũ immaturæ ætatis sublimassent, allegãdo de iure ad ipsum pertinere, tam monarchiã regni, q̃ nepotum suoꝝ Lestkonis & Conradi gubernationẽ, tanq̃ ad unicum patruum & tutorem pupillorum. Iamq; uenerat, tectis flammas iniiciendo in dioceſim Gracco., ad Mosgaua fluuium, a cenobio Andrzeouieñ quattuor miliaribus distãtem. Cũ Graccouieñ, Sandomirieñ, Lublineñ, Bresteñ supra Bug, Mazouitæ & Romanus Mscislauicz princeps Wladimiriæ quæ Lucensis appellatur sororinus ducis Kazimiri nouissime mortui, ad Mosgauam applicuerunt, progressum Myeczlao seni impediturі. Ordinatisq; aciebus anno domini. M. centesimo nonagesimo quinto, Nicolao palatino Graccouieñ dextrum cornu, Romano duce Wladimiriæ sinistrum tenente, & Gouoricio Palatino Sandomirieñ in subsidiis relicto cum Myeszkone sene conflixerunt, mutua se cœde obtruncando, perinde ac si inter infestissimos & perpetuo dissidentes hostes bellum gereretur. Neutraq; pte gradum referente, strages horrẽda cadaueꝝ utrimq; ædita est. Ad duces quoq;

Maxima clades domestica.

Boleslaꝰ cœsus

ipsos clades peruenit, Boleslaus siquidem filius Myeszkonis senis in conspectu patris lancea traiectus, ex equo lapsus occubuit. Myeszko senex a quo dum milite gregario impetitus morti destinabatur frequenti ictuum ingemi natione. Ni clamore magno se ducem Myeczlaum asseruisset, & cassidis de tractione ueneranda canicie militem terruisset, quapropter ille miles educẽs

Dux Romanꝰ.

ipsum ex acie, ne ab aliis uiolaretur, fugere consuluit. Dux uero Romanus pluribus uulneribus aduerso pectore sauciatus, & Ruthenis interfectis. Alis uero dispsis Russiã reuertebatur. Omnibusq; pro uictis abeũtibus Mieczlaus princeps Rathiborieñ & Oppolieñ cum nepote suo Iaroslao filio Boleslai Wratislauieñ, superuenit. In quem Gouoricius Palatinus Sandomiriensis irruit, & facta cœde cum impar fuisset numero hostiũ, captus est. Discedenteq; præfato duce Rathiborieñ ex prælii loco, quoniã audierat Myeczlaum senem uulneratum lectica in Posnaniam referri, abduxit in Slesiam se cum Gouoricium palatinum, apud quẽ longo tempore captiuitatẽ cum aliis militibus perpessus est, polonis itaq; sic se inuicem occidentibus fœda strage cõmissa. Fulco Episcopus Graccouiẽsis consequuto duce Romano Wladimirieñ nocte sequenti, præcabatur ut in Graccouiã diuerteret, ad defendẽdum Lestkonis albi partem. Sed illoꝝ uulueribus se debilitatũ & militibus derelictũ dicente. Consilium tamen ut Graccouiã tanq̃ caput regni tutaretur, dãte, tutatus est Fulco, cũ Nicolao palatino & aliis nobilibus forti præsidio arcem Gracco. & reliqua pupillorum castra. Siluitq; utraq; pars militum maioris poloniæ & Graccouiensium. Et bellum propter ignominiã acceptã

quasi

quasi ex cõposito diu distulerũt. Accidit interim, anno scilicet dñi. M. cẽtesimo nonagesimo octauo, q; Wladimirus dux Haliciæ per ducem Kazimirũ olim reductus & in Halicz restitutus prole nõ relicta moreretur. Miserunt ergo consiliarii Lestkonis Nicolaum Palatinum Gracco. cum copiis equestrium & pedestrium, ad occupandũ & in prouinciã Poloniæ redigẽdum ducatum Halicieñ. Puer autẽ Lestko albus minorennis cœpit complexibus & instantiis suos postulare proceres, ut in illam expeditionem reciperetur. Helena autẽ matre ipsius & nobilibus inquientibus, tutius esse in aula eum permanere, q̃ in bellis nondum utilem uersari. Respondit, cur igitur signa muta & inutilia uobiscum fertis, me uero ducem uestrum recipere & a grege mulierum inter quas me commorari tedet liberare recusatis? Laudarũt indolem pueri milites, & eo accepto cõtra Russiam processerunt. Quibus Halicieñ occurrẽtes, Lestkonem tanq̃ dominũ suũ, uafre quidẽ & subdole salutarunt, quoniã audito q; Romanus dux Wladimiriæ esset eis præficiendus, rebellãtes infestis signis cœperunt impugnare exercitum Lestkonis. Verum prima acie repræssa Halicieñ, cæteri & postremi eiusdem exercitus per fugam dispersi sunt. Obsessoq; castro, missis caduceatoribus obedientiam repromiserunt, & Lestkoni portas castri aperuerũt. Tunc diuersi Russiæ principes substitutionẽ in Halicz postularũt. E quibꝰ Romanus Mscislauicz dux Wladimirieñ instãtius postulauit, nunc blande nunc cõminatorie, recensendo cognationẽ Wladimiri, quoniã patruus eius foret & affinis Lestkonis, recẽsendo labores stragem suorũ & uulnera, quæ ad Mosgauam pro Lestkone susCepit, ut de ducatu Halicieñ inuestiretur. Poloni uero attento q; durum esset ante & retro cũ duce Romano & Myeszkone sene pugnare, ducem Romanum in Halicz non in titulum, nec proprietariũ, sed tanq̃ præcarium & homagiarium suffecerunt. Blandus primum, mox infestus. Ad extremũ truculentus Romanus Haliciẽsibus esse cœpit, quosdam trucidando & gladio necando, quosdam terræ uiuos infodiendo, quosdam excoriãdo, & membratim incidendo. Alios uero ad statuam ligatos sagittis conficiendo. Pluresq; tam fœdam crudelitatem fugientes, blandis promissionibus euocatos, & parum per in honore habitos, uariis tormẽtis interfecit, solitus prouerbiũ allegare & inducere, melle non posse uesci secure, nisi prius examen apum opprimatur. In rebellionẽ tandem uersus dux Romanus, anno domini. M. ducentesimo quarto tributa Lestkoni negauit, & terras sibi finitimas Lublineñ & Sandomirieñ clandestinis & publicis incursionibus uexauit, in plerisq; locis præsidia militum locando, & terras ducis Lestkonis infestãdo. Anno autẽ domini. M. ducentesimo quinto fere ex uniuersa Russia turmas equæstres & pedestres contrahens, ad sui ritus Episcopum Wladimirieñ dona misit, ut sibi in Poloniam eunti, & eam triennio uastaturo, auctoritate Pontificali benediceret. Qui donis spretis & benedictionem tanq̃ ad iniquum & execrabile properanti denegauit, cõminationemq; concussionis a duce Romano ei inflictã confutando elisit. Inquiens iniusta bella obeuntes, in patriam non redire uiuos. Ingressus itaq; Romanus cum copiis pugnatorũ, primo æstatis tempore Lublin obsedit, & cum nõ prosperaretur, probe etenim a Polonis defende

k batur

wladimirus moritur.

Expedicio in Russiam.

Romanus præficitur Haliciensibus.

Romani tyrannis.

Romani ducis defectio.

Romani ducis inpoloniam expedicio.

batur, in terras Sandomiriæ grassando descendit, & flumine Istula superato circa Zauichost consedit. Principes uero Lestko Albus & Cōradus, ex omnibus terris suis Sandomirieñ, Lublineñ. Mazouia & Cuyauia bellatores ex nobilibus & plebeis circa Sandomiriam collegerunt, & eis Cristinum comitem Palatinū Ploceñ præfecerunt, qui industria & astu decimanona Iunii oriente sole appropinquauit Russorū exercitui. Romanus uero uix tumultuarie suos ordinauerat, sagittariis Polonorum eum perturbātibus. Cōmissoq; prælio & eo in longum protracto, milites Polonorū in necem ducis Romani fidefragi conspirarūt. Globoq; militū facto in ducē Romanū, & eum protegētes insiluerunt. Equo igitur sub ipso telis confosso & eum deiicere satagentū, ad ripam Istulæ per medias acies cucurrit. Dextrarioq; cadēte, ac fœra equa sibi administrata, Istulā tranauit. Et gratus equæ, de salutis ministerio, inter alios dispersos & fugientes pedes promiscuus cucurrit. Ab insequutoribus Polonis miles gregarius estimatus occisus est. In Sādomiriāq; relatus a duce Lestkone fuit sepultus, deposta Ruthenis & ,pceribus Wladimiriæ mille marcis argenti, & restitutione omnium captiuorū Polonorū redemptus, in Wladimiriam ductus est tumulādus. Somniauerat dux Romanus nocte præcedente conflictum, a parte Sādomiriæ paucos aduenisse carduellos (& sunt aues quantitatis passerum rubea capita habētes) & multitudinem passerū deuorasse, quod dū mane amicis retulisset, iuniores somnium laudarunt, seniores uero uituperarūt, & triste omen ac in malum cœdere prognosticarūt. Adepta uictoria duces Lestko & Cōradus altare sanctorum Geruasii & Prothasii in ecclesia Graccouieñ erexerunt, quod usq; nūc supereſt, quoniam in die prælibatorum sanctorum potiti sunt uictoria. Et ut fertur notabili atq; largissimo fundo dotauerunt, de quo, hactenus non supereſt, nisi parua domus in platea legatorum Gràccouiæ, intitulata domus sanctorum Geruasii & Prothasii, & locus sterilis piscinæ post murum ciuitatis Graccouieñ, retro domos Canonicorum uersus solis occasum sitaq; prouideturq; nostris temporibus præfato altari notarius capituli Graccouiensis quotānis. Sed redeamus ad Myeszkonem senem unde discessimus. Is dux Myeszko qui post cladem ad Mosgauam acceptam pacificus constiterat, ac controuersias gerendas animū inclinauit. Et anno dñi M. cētesimo nonagesimonono. Cuiauieñ. prouinciam, quæ fuit ducis Conradi occupauit. Præterea ad inuadendū ducatum Graccouieñ & monarchiā Polonorū, omnes conatus astu & dolis quæ omnibus armis potentiora existunt, intendit. Et qa animos Fulconis Episcopi, Nicolai Palatini Graccæterorūq; procerū expugnare non ualuit. Ad Helenam principē, matrē Lestkonis & Conradi, suas calliditates diuertit, suggessitq; ei & suasit ut non cunctaretur cum filio de ducatu Graccouieñ excedere, stabilitura ex hoc regnū filiis, quos ipse adoptando & balteo militari cingendo, post breuissimum tēpus, quo in ætate decrepita moribundus in proximo uideretur, heredes relinqueret. Cuyauieñ uero ducatum ex nunc resignaret, q; si ipse ad quē monarchia tanq̄ ad natu maiorem spectaret, eis regnum non stabiliret. Nunq̄ tutam ac diuturnam sedem regni habituri essēt. Credidit Helena princeps muliebri facilitate his

Altera clades. Romani ducis interitus.

Somnium Romani.

Altare Geruasij & Prothasij.

Myeszkonis nouum bellum infestinum.

sermonibus

sermonibus, & anno domini. M. ducentesimo pro festo Bartholomei apostoli habito in Graccouia conuentu. Ab utrisq; principibus & proceribus partis utriusq; sub præfatis cōditionibus iureiurādo in manibus pōtificalibus icta & sancita promissa sunt, sub excommunicatiōis sententia per Archiepiscopum Gnezneñ, & omnes pontifices regni in præuaricatorem ferienda. Sicq; princeps Helena cum Lestkone in Sandomiriam secessit, Myeczlaus uero senex possessionē monarchiæ & Graccouiæ iā tercio accepit. Et ad cōtinendum milites Graccouieñ in fide, castrum forte in oppido Bitomieñ edificauit, & ei præsidiū militum imposuit. Audita mutatione principum Gouoricius Palatinus Sandomirieñ, qui metu Nicolai Palatini Graccouieñ, in Bohemia apud cognatos suos exulauerat, reuersus est, diuisis principatibus hostilitatem in terra Sandomirieñ non ueritus a Palatino Graccouiensi. At alter iā agebatur annus, nec Myeszko senex hominū uersutissimus ex multiplicibus promissis duci Lestkoni suæq; genitrici Helenæ aliquid impleuerat, quem glos sua, primū benignitate, postea muliebri importunitate cōuenit. At ille respondit propri os filios maturæ ætatis & prudentiæ, non debere nec posse, legittimo successu priuare, & nepotes ephebos āteferre. Abiret proinde & intelligeret, ius publicum priuato iure non conuelli nec eneruari. Neq; posse alios heredes q̄ qui ex lumbis suis processerunt creare aut scribere. Eo responso dux Helena perculsa, gemens, & tristis, Sandomiriā reuersa, Graccouieñ Barones obsecrando sollicitauit, ut filios suos in principatum Graccouieñ restituerent. Promittēs decætero nihil se nisi ex arbitrio eoq; in rebus publicis acturam. Myeczlao itaq; in terras maioris Poloniæ abeunte Nicolaus Palatinus Graccouieñ, arce Graccouieñ occupata, Lestkonem album & matrē eius Helenam in Graccouieñ principatum introduxit, & officiales Myeczlai qui plures Graccouieñ proceres iāiam perturbauerat, post illum ex omnibus castris iussit trāsmigrare, solum castrū Bitomieñ pro ipso Myeczlao sene tenebatur. De quo Graccouieñ prouinciam spoliis & rapinis uexabat. Ad repetendum quoq; Graccouieñ principatum trita & nota ingenia conuertit. Mittit ad Helenam Lestkonis & Conradi genitricē, & blādioribus sermonibus q̄ antea eam extenuando tū responsa tum perfidiā priorem aggreditur. Charissima inquit glos non ex me fœdera & conditiones promisse, pro bono filiorum tuorum nepotum meorum, uiolate sunt, sed iniquitate procerum Graccouieñ, qui me principatu Graccouiensi, quia contra eoq; consilia tuis filiis iuxta pacta prodesse uolui, exuerūt. Ex nunc itaq; resigno ducatum Cuyauiensem, & monarchiam cum principatu Graccouiensi mihi assignari opto, ut filios tuos successores perpetuos substituam & relinquam, pacata dux Helena Myeczlai promissis, spopondit se cum filiis e principatu Graccouiensi cessuram, ad uota quoq; Myeczlai promisit Nicolaum Palatinum Graccouieñ exulatum mittere, quoniā liuore inuidorum coram ipsa & filiis eius inculpabatur, cum sincere fidei erga Lestkonem & Conradum semper extiterat, cuius fidei sinceritate, metuebat Myeszko senex Graccouiense dominium sibi denegandū. Accedit Nicolaus Palatinus Helenam, & supplicat ei, & filiis eius, ne hosti communi caput ipsi-

Myeczlaus tercio monarchiā adeptus.

Graccouia pro Lestkone albo capta.

 us deuouerēt

us deuoũerẽt. Non cõsecutusq; gratiam, personaliter Posnaniam ad Myeczlaum senẽ contendit, sperans ex hoste facilius gratiam consequi, q̃ ex suis implacabilib⁹ dominis, quod & factũ est. Nam cum gaudio & magno honore eum dux Myeczlaus excepit, & omnem culpam liberaliter ei remisit, confidens Graccouiam per ordinationem Nicolai Palatini assequi, quemadmodum assequutus est, ad uota siquidẽ eiusdẽ Palatini omnes proceres inclinati, arcem Graccouien & cæteras munitiones omnes Myeczlao tradiderũt

Myeczlaus quarto in monarchiam restitutus.

Et iam quarto, anno domini. M. ducentesimo secũdo in principatum Graccouiensem reductus erat. Nec Cuyauiã resignauit nepotibus, neq; eis successionem prout promiserat in Graccouiã præbuit, quoniã ut aiebat non ex eorum cessione, sed Nicolai Palatini ordinatione optatã monarchiã fuerat assequutus, quinimo sub ipsis nepotibus occupauit, Visliczã oppidum districtus Sandomirien cum tribus castris, asserens ea ad ducatum Graccouien pertinere, paranti præterea alia nepotum occupare fortalicia, morte insperata in Kalisz absumptus est, In ecclesia collegiata sancti Pauli Kalissien, quam ipse construxerat & dotauerat, sepultus, translatoq; oppido Kalisz in locũ quem nunc tenet, & ecclesia sancti Pauli collegiata commutata in ecclesiam beatæ Mariæ collegiatã, relictum est sepulchrũ Myeskonis sub diuo, quod fuit & filii ipsius Myeczlai, & ab incolis in hanc demonstratur diem, quãq̃ uetera certificare sit difficile. Reliquit autẽ Myesko senex duos filios Wladislaum magnum, cognomento Laskonogy, a gracilitate pedũ nuncupatũ.

Myeczlai senis mors.

wladislaus magnus dimicator.

dimicatorem peritissimum, & in ea arte dum in Germania ab ineunte ætate cõmoraretur eruditissimum, & Otthonem natu minorẽ. Eoq; breui obeunte superstes fuit filius eius Wladislaus minor Plwacz a multitudine sputi appellatus, cuius curam Wladislaus magnus patruus ipsius ægit.

Otho, wladislaus minor.

CAPVT XXVIII.

Lesko albus tercio restituitur.

DEfuncto Myeskone sene, proceres Graccouienses Lestkonẽ album ducem Sandomiriæ, sibi in dominũ, & monarcham elegerunt, prosapia & benignitate Kazimiri parentis eius delectati, Adiciente Nicolao Palatino Graccouien conditionem, ut priꝰ Geuoricium Palatinum Sandomirien, uirum probum & strẽnuum, sed ipsius inimicum ammoueret, & in exilium pelleret, uelut ante pulsus erat. Non enim consilia ducis forent stabilia, ubi duo capitales inimici congrederentur At Lestko albus, maluit principatum Graccouien non suscipere, q̃ uiꝝ inno centẽ & utilem expellere. Celebrato igitur alio conuentu, Graccouienses miserunt oratores ad Wladislaum magnũ ducem maioris Poloniæ cognomento Laskonogy, ut iure hereditario ex patre quæsito & iure electiõis de ipso facte, principatũ Graccouien susciperet, & celeriter aduenire. Qui rem ad Lestkonẽ album per epistolam dedit, an ducatũ Graccouien susciperet nec ne. Et si ipse recusaret, an sibi suscipiendum censeret. Ne se & patriã ciuili bello inuolueret. Cum didicisset per rescriptũ, ipsum nõ suscepisse prælibatum Graccouien principatum. Captata beniuolentia, pro maiori cautela a Myeczlao Oppolien & Rathiborien, & ab Hẽrico Wratislauiensi ducibus, in Graccouiam profectus, honorifice susceptus est, atq; de dominio Graccouiẽ &

wladislaus magnꝰ graccouia potitus.

iẽ & monarchia inuestitus, anno domini. M. ducentesimo tercio, qui licet omnibus benignitatem, postulantibus facilẽ aditum, oppressis defensionẽ, indigentibus & militibus munerꝫ profusionem, exhiberet, tamẽ paulopost, mortuo Nicolao Palatino Graccouien, qui ad uotum duces ammouebat. Fulco Episcopus cũ tota nobilitate Graccouiensi, contulerũt dominiũ Graccouiæ Lestkoni albo. Ille uero supplicationibus eorũ & persuasionibus Sandomirien annuens in magno exercitu Graccouiam uenit, & eius possessor extunc ab ãno domini. M. centesimo sexto, usq; ad finem uitæ permãsit. Wladislaus autẽ magnus Myeszkowicz dux Gneznen a monarchia reiectus in pace se continuit, quoniam uir mansuetus & pacificus fuit.

Leszko albus quarto principatu potitus.

CAPVT XXIX.

ANno domini. M. centesimo nonagesimo septimo, Petrus Cardinalis Diaconus Capuanus tituli sanctæ Mariæ in uia lata, legatus de latere a Celestino papa tercio missus, Graccouiã uenit & consequenter in alias Dioceses Polonicas usitando descẽdit, & sacerdotes ne mulieribus & concubinis potirentur coercuit. Plures siqdẽ ea tempestate sacerdotes mulieribus uelut uxoribus legittimis utebãtur, laicis uero quacũq; dignitate pollentibus, iussit connubia in facie ecclesiæ contrahere. In Praga aũt sabbato Sicientes ordines celebraturus, uix præsbiteroꝝ castitatis uotũ spernẽtium manus euasit, per Henricũ Pragẽsem Episcopũ, ducalem tunc in Bohemia exercentẽ potestatẽ, repræssis sacerdotibus libertus. Anno domini. M. centesimo nonagesimo octauo, Iaroslaus filius Bolesłai alti ducis Wratislauien, dirigente patre ordinatus est Episcopus Wratislauien. Hic de consensu paterno ecclesiæ Wratis. terram Nissensem, perpetua donatione contulit & inscripsit, Vixq; triennio exacto, mortuus est, decimo kalendas Februarii anni domini. M. ducentesimi primi, in ecclesia Wratisla. tũulatus. Quem pater eius Bolesłaus altus dux Wratisla. sequutus, eodem anno octauo idus Decembris uita functus est, in monasterio Lubeus sepultus. Is Bolesłaus duas habuit uxores Venczslawã Ruthenã, ex qua Iaroslaum præfatũ Episcopum Wratis. & Bolesłaum atq; Algam uirginẽ genuit, Et alteram Adleydam sororẽ Conradi secũdi imperatoris, de qua genuit Henricũ cum barba, Conradũ, Ioannem, & filiã Adleydem, Dipoldo marchioni Morauiæ matrimonialiter copulatã, Omnibusq; filiis Bolesłai alti immature obeũtibus, & in monasterio Lubeus sepultis, solus Henricus cum barba supstes, patri in ducatu Wratislauiesi successit. Anno dñi. M. ducẽtesimo, die quinta Maii, tẽpore meridiei exortus est terræmotus in regione Polonorũ, & in uicinis regnis, & resumebatur aliquot diebus cum deiectione altiorũ edificiorum. Eodem anno capta Constantinopoli a Venetis & Frãcis, Ascarius imperator græcorũ transiit Tersonã, & ab inde in Gallaciam quæ est Hallicia Russiæ superioris prouincia, & illic aliquãto tempore a Romano duce Russiæ benigniter exceptus atq; fotus est. Monasteriũ sancti Iacobi fratrũ prædicatorum in Sandomiria, edificauit. Adleyda uirgo relligiosa filia Kazimiri ducis Graccouiæ & Sandomiriæ. Anno domini. M. ducentesimo. Hæc in uirginitate deo seruiens, mortua est anno domini. M. ducentesi

Nissa episcopatui wratis. data

Bolesłai alti mors.

Henricus cum barba.

Cõstantino polis a Venetis & Francis capta.

Monasterium S. Iacobi insandomiria.

Monasterium trebnicz fundatur.

mo undecimo, octaua die mẽsis Decembris, & in præfato monasterio sepulta. Trebnicz monasteriũ sanctimonialiũ ordinis Cistercien̄, tituli sancti Bartholomei apostoli, tribus miliaribus a Wratislauia distãs, fundauit dux Hẽricus cum barba. Anno domini. M. ducentesimo tercio, frequentibus præcibus deuotissimæ fœminæ sanctæ Heduigis consortis suæ inductus, quod in quindecim annis perfectum, ad triginta milia marcarũ Polonicaliũ peruenisse calculatũ est, pro dote monasterii, idẽ dux Henricus donauit oppidũ Trebniceñ. Et uillas Lipniczã, Breitnow, Cothouicze, Comestam, Tuczmaydorff, Harthlipdorff, Strankawa, Iawork, Sadilno, & Rozothnycze. Pluresq; alias uillas introitus & census qui pro mille personis sufficerent donatione perpetua contulit & donauit. Beata Heduigi abdicante se iure dotalicii quod in bonis monasterio largitis habebat inscriptum. Moniales ad incolendũ illũ locũ ex Bambergẽsi monasterio accitæ sunt. Primaq; Abbatissa fuit uirgo Petrussa almana. Secunda Gertrudis Hẽrici ducis & beatæ Heduigis filia. Nomẽ loco adaptatũ ferunt ex responso Petrussæ Abbatissæ & sanctimonialiũ, quod duci Henrico interrogãti, an aliqua re ipse, uel monasterium amplius indigeret, responderũt Trzebanycz. Inde nomen indidit loco Trzebnycza, quod in polonico sonat nullius indigens. Circa hæc tempora, nomen gẽtis Lithuanicæ auditum est, prius incognitũ. Qui cum serui Ruthenoꝝ forent, pro solutione tributorũ perizomata, suberes, & pelles, quotannis pendentes. Circa ãnum domini mil. ducen. quintum, in magna multitudine glomerati contra Russiam uenerunt. Duces aũt Olhouiczi cũ ipsis campestre liter cõgressi, fere ad ultimũ eos conflixerunt, licet ex Ruthenis etiam multi cecidissent. Principes Russiæ habito conuẽtu apud Kiow. Intrauerũt terras Polowczonum, & uigesima die Iunii anni domini. M. centesimi nonagesimi quarti, Polowczos de sua uirtute gloriãtes, in maxima multitudine occurrẽtes, conflixerunt, & magna clade prostrauerunt, tabernaculisq; eorũ potiti & spoliis onusti, uictores cũ gloria reuersi sunt. Ihor autẽ dux Russiæ uolens parẽ assequi gloriam, cum duobus filiis & fratre suo Wseuoldo Olhouicz, militibusq; de Czirnieow iuit contra Polowczos, & non contẽtus una uictoria, superauit fluuiũ Don (qui est Tanais) omne genus Polowczonũ deleturus, superuenitq; ingens multitudo Polowczonũ, & prope Don conflixit & deleuit totum exercitũ Ihor, ut nemo ex ea clade euaserit superstes, quapropter terras Russiæ circa Pereaslaw irrũpentes, oñia castra in flumine Sula compræhenderunt. Anno autẽ domini. M. centesimo nonagesimo octauo, mortuo Swãtoslao duce Kiouieñ, & in ecclesia Cirilli Czirnieouieñ sepulto Dux Rurik Mscislauicz principatũ Kiouieñ cœpit, sed processu temporis a Kiouiensibus pulsus, ad Polowczos confugit. Nactusq; suffragia eorum habens in suo comitatu filios Olhæ, in numerosa multitudine secũdà Ianuarii castrum Kiouiense nemine repugnãte cœpit. Barbari igitur Polowczi ecclesiam metropolitanã sanctæ Sophiæ, & uniuersas alias ecclesias, atq; monasteria deseuientes spoliarunt, senibusq; & infirmis partim trucidatis, partim cœcatis, sacerdotes, monachos, monachas, boyaros, ciues, uulgus, cũ uxoribus, & paruulis, in regionẽ suam deduxerunt captiuatos. Captiuati fuerunt eodem

Russi polowczos vicerunt.

Ihor dux russie victus.

Rurickdux kiouia potitus.

eodẽ tẽpore, Mscislaus Wladimirouicz, & Roscislaus duces cũ eorum militia. Rurik in sede Kiouieñ q̃q̃ desertata residente. Dolentes Russiæ principes, præfatã crudelem uastationẽ, post tres annos collectis suis copiis cõtra Polowczos processerunt, Rurik Kiouieñ, Iaroslaus Wseuoldouicz Pereaslauieñ, Romanus Mscislauicz Halicieñ & Wladimirieñ, & Roscislauicz, Mscislauieñ, & inuadentes tabernacula eorum, quæ ipsi Vyeze uocant, magnã hominũ copiã utriusq; sexus trucidarũt, & in Russiã prædas camelorũ, pecorum simul & nõnullos ruthenicæ gentis captiuos induxerunt. Et quia Rurik dux Kiouieñ, ad uastandum terras Russiæ Polowczos conduxerat, a Romano Mscislauicz Halicieñ & Wladimirieñ duce, cæteris approbantibus & rogãtibus, dũ ex Polowczis redirent, captiuatur. Qui illum in Kiow deducens totondit in monachũ, & uxorem ipsius in monachã. Filias uero liberas dimisit, filios autẽ ipsius, Roscislaum & Wladimirũ captiuauit, & in Halicz deduxit. Cernens autẽ dux Swantoslaus Mscislauicz, Kiouiẽsem sedem uacuã principe, appræhendit illam principaturus in ea. Sed Romanꝰ Mscislauicz Halicieñ dux, qui monarcha Ruthenorũ reputari uoluit, ueniens in Kiow, Swantoslaũ Mscislauicz cum ignominia ex Kiow deturbauit, in sedeq; Kiouieñ Roscislaum Rurikouicz, quem apud se tenebat captiuũ, locauit, germanũ quoq; eius Wladimirũ de captiuitate dimisit. Famam potentiæ & clementiæ exinde aucturus, expeditionẽq; in Polonos, quã eo ãno parabat liberius prosequuturus.

Mscislaus' roscislaus' duces capti.

Polowczy cladem affecti.

Rurick captus cum filijs.

CAPVT XXX.

Principatũ Graccouieñ, & monarchiã Polonorum, Lestko albꝰ assequutus, constituit Capitaneũ Pomeraniæ, Swantopolkonẽ olim Mscizugy præfecti Pomeraniæ filiũ, de armis Griffonũ, recepto ab eo iuramẽto corporali, q; præfatã terram Pomeraniæ, pro duce Lestkone, pro filiis eius, & successoribus ducibus Polonorum, fideliter teneret, singulisq; annis mille marcas argẽti, in fiscum ducalẽ Graccouiam inferret. In ruthenorũ quoq; duces, & Lithuanos, excursiones in Poloniã facientes, misit Sulislaum Castellanum Sandomirieñ cũ expeditis militibus. Ruthenorum autẽ duces pugnandi copiã facientes, fusi sunt & fugati. Captiq; sunt duces, Swantoslaus Mscislauicz, Georgius, & Iaroslaus, itẽ Wladimirus. & Constãtinus, multitudoq; nobiliũ Russiæ, quos Sulislaus in Poloniam uinctos deduxit, & duci Lestkoni præsentauit. Anno do. M. ducentesimo undecimo, quorum quidã redempti, alii liberalitate ducis Lestkonis manumissi sunt. In anno autẽ domini. M. ducente. uigesimo, Lestko habens annos duo de triginta, accepit in uxorem Grzimslauam, filiã Iaroslai ducis russiæ. Ex qua successiue genuit filium Boleslaum, & filiam Salomeã nomine. Conradus uero germanus, & minor natu Lestkonis albi monarchæ Polonorũ, terras Mazouiæ & Cuyauiæ quæ ei sorte & æqua diuisione obuenerant, accepit. Et anno domini. M. ducentesimo decimo septimo tyrannidẽ qua refertũ erat pectus ipsius, in Cristinũ Plocẽsem Palatinũ zelatorem & conseruatorẽ adolescẽtiæ ipsius egregium, heredem in Gosdzowo, de domo & familia Gosdzouitarũ, quæ pro insigni liliũ defert. Cuius prudentia salu-

Swãtopolkus pomeranię prefficitur.

Ruthenĩ ĩn polonia victi.

tem & uictoriã in bello Zauichosteñ, deus Polonis dederat. Pro eo q; ipsius mores deprauatos corrigẽdos persuasit, maligne effudit. Nam improbo cõsilio Ioannis Czapla, scolastici Ploceñ, & Cancellarii ducalis, cæterorumq; inuidiosa accusatione: In uilla Kouale, primũ captiuatus, & squalido carceri inclusus, tandẽ excœcatus & ad ultimũ iugulatus est, miles strẽnuissimus cuius strennuitate Pruteni, Lithuani, cæteriq; gentiles sub iugum coacti, ducibus Polonorũ tributarii fuerunt. Moxq; corpore eius in ecclesia Plocensi tumulato. Barbaræ nationes Prutenorũ, audita morte Cristini, iusto dei iudicio terras ducis Conradi depopulati sunt, & per frequentes incursiones impune deuastauerũt. Qui inuocato auxilio Henrici ducis Wratislauieñ, & repræssis Prutenis terram Chelmeñ & castrũ Dobrzin Cruciferis, quos in sui auxilium uocauerat assignauit. Nec tamen sic potuit suas prouincias defendere, tenuem siquidẽ resistentiã barbaris cruciferi opponebãt. Et terræ Culmen & Lubauieñ, penitus desertabantur, quinimo pestem & flãmas uexationis in sua uiscera Conradus immisit, quæ usq; in hanc diẽ de terris Prussorũ & Polonorũ non sunt extinctæ. In maiori polonia, Wladislaus filius Othonis, a multitudine sputi Piwacz appellatus, nondũ annos pubertatis egressus, nõ ferens disciplinam Wladislai sui patrui: Magni ob proceritatẽ dicti uel Laskonogy ob tenuitatẽ pedum cognominati, anno Christi. M. ducentesimo quartodecimo, occupauit castrũ Calisz. At Wladislaus Magnus, dux Gneznen̄, cum exercitu bellatorũ castrũ cinxit, & obsidione Wladislaum Piwacz circũsedit, missiq; caduceatoribus pacẽ cõposuerunt, uiri q cũ eo inclusi fuerunt. Ipse uero Wladislaus Piwacz, timens squalorẽ carceris cũ septem uiris tẽpore noctis oportune fugit, & peruenit ad Andreã regem hungariæ, illic fere nouem annis cõmoratus. Anno autẽ domini. M. ducẽtesimo uigesimo tercio, per internũcios contraxit sponsalia, cum Helinga germana Swatopelkonis præfecti Pomeraniæ, in spem suffragiorũ, quibus a patruo paternã sortem repeteret, qua occasione in habitu monachali adueniẽs, ope & ingenio Swatopolkonis septima die mẽsis Octobris eiusdẽ anni, occupauit castrũ Vscze, exindeq; uexabat regionem maioris Poloniæ. Ad reprimẽdum igitur insultus nepotis, Wladislaus Laskonogy primo Vere, anno domini. M. ducentesi. uigesimo sexto, uallauit castrũ Vscze, suumq; nepotem Wladislaum Othonis, in eo usq; in dies caniculares conclusit. In die uero diuisionis Apostolorũ, uidens superne ex arce Wladislaus Othonis, quosdam stationibus desertis, longius a castris progressos, quosdam somno stratos, alios ebrietate temulentos. Cum omnibus qui secũ obsidebãtur e castro prorupit, & tumultuario inermes aggressus, oñes strauit & fugauit: Dobrogostiumq; palatinũ Posnanien̄sem obtruncauit. Donec clamore Wladislai Magni, milites facto globo in castr̃ ipsũ hostẽ retrocedere cõpulerũt Qua clade deterritus Wladislaus Laskonogy, altera die obsidionẽ soluit. Wladislaus aũt Othonis fretus potẽtia Swatopolconis sui affinis, & suæ partis fautorũ insequutus patruũ Posnanieñ & Calissieñ castra, & ciuitates quæ sortis ipsius erãt, dedentibus se castellanis & ciuibus compræhendit. Et omnia quæ suæ ditionis erant, recuperauit. Sed ad Lestkonem albũ redeamus. Hẽ

Cristini palatini ploceñ miserabilis interit⁹.

Prutenī mazouiam vastarũt.

Prim⁹ Crucifer orũ in prussiã ingressus. 1213.

wladislai othonis bellum.

ricus

ricus cum barba dux Wratislauien̄sis, estimãs Lestkonem album sibi iniuriatum iri, q; minor natu existens ei seniori monarchiam Poloniæ præripuerit Super hæc amplius persuasus, ac animatus incitationibus Marci Palatini Graccouien̄sis, de domo griffonũ, & suæ partis factiosis. Anno domini. M. ducen. uigesimo quinto, uenit prope Graccouiã ad fluuium Dlubnya, uolẽs Lestkonẽ album e monarchia depellere. Cuius propositi Lestko nõ ignarus ei cũ suarum gentiũ multitudine, & Cõrado duce Mazouiæ, quem in auxilium uocauerat, cũ omnibus militibus Mazouiæ & Cuyauiæ occurrit, a quorum multitudine Henricus cum barba territus, expeciit per nuncios colloq;um. Conuenientibusq; ducibus in tabernaculũ, in meditullio utrorũq; castrorum defixum. Henricus cum barba ius monarchiæ, longo sermone sibi tanq̃ maiori natu, & non alteri competere astruebat. Lestkone ex aduerso inducti nes & rationes eius refellente atq; dissoluente, per medium Iuonis Episcopi Gracco. & Baronum cõmuniũ, inter ipsos fœdus ictum est, ut Henricus cũ barba Lestkoni cœderet, de omni iure & titulo monarchiæ, inquantũ ei cõpeteret. Et ut cõfœderarẽtur aduersus quoslibet hostes, quodq; un⁹ alterius sortem non impeteret nec optaret. Oblatisq; Lestko albus magnificis donis principibus, Henrico cũ barba, & Conrado suo germano, ac militibus eorũ Inuitauit ipsos Graccouiã ad reficiendũ & solaciandum. Sed Cõrado abeunte in Mazouiã, Henricus Graccouiam ingressus, huamnissime cũ suis exceptus & octo diebus tractatus est. Post quos onustus amplis donis Wratislauiam remeauit. Anno autẽ domini. M. ducen. uigesimo septimo, Swatopelcone præfecto Pomeraniæ tributa Lestkoni albo solita non mittente, & ad defectionem spectante. Dux Lestko indixit conuentũ pro festo sancti Martini, apud Ganszauam prædium monasterii Trzemeszneñ, prope oppidum Zneinam tenendũ, iussitq; Swantopelcõnem personaliter interesse, ut rebus publicis consuleret, reuera autẽ, ut Swantopelcũ absq; suspitione uenientẽ, opprimeret. Aduenientibusq; ducibus Henrico cũ barba Wratislauieñ, Cõrado Mazouiæ & Cuyauiæ, Vincencio Archiepis. Gneznen̄, Iwone Graccouien̄, Laurẽtio Wratislauien̄, Michaele Wladislauien̄, Paulo Posnanien̄ Laurentio Lubucen̄, Episcopis, Gunthero electo Ploceñ, & q̃plurimis Baronibus. Swantopelcus calliditate edoctus, non cõtra alium, nisi se & suũ periculum conuentũ indictum ratus, aduenire distulit, aduentũ tamen suũ duci Lestkoni frequentibus nuuciis intimabat, explorandæ rei gratia quæ in Ganszawa gereretur. Quarta uero die iã plurima rerum expeditione pfecta, balneum ad curandũ corpora duces intrauerãt, cũ subito Swantopelcus Pomeraniæ capitaneus, oportunitatẽ temporis per exploratores ratus & nactus, cum gentium multitudine superuenit, & hostiliter irrumpens, hospicia & tabernacula ducalia & militaria singulos resistentes obtruncauit. Quo intellecto Lestko albus, de balneo exiliens, & equo conscenso cum paucis eum comitãtibus fugere cœpit, hunc Swantopelcus tanq̃ prædã concupitam omnibus præteritis insectatus, circa uillam Marczinkowo, cũ omnibus suis diu & strẽnue certantibus tanq̃ nepharius proditor interfecit. Henricus uero cũ barba, in balneo nudus aliquot uulneribus sauciatus, in pauimentũ cecidit, quẽ suus

Lestkonis albi miser interitus.

Magna militis in principem fides.

quē ſuus miles nomine Peregrinus de Veſzinburgk mira fide & deuotione protegens, & ipſe multis uulneribus confoſſus, ſuper corpus ducis Henrici procidit, & uterq; mortuus creditus, ſeuiciā carnificum remiſit. Eadem die quæ fuit quartadecima Nouēbris, magna ſtrages in alios ædita eſt. Cadauer Leſtkonis albi per ſuos relatum, in eccleſia Graccouieñ cū maximo luctu ſepulturæ mandatū eſt. Dux Henric⁹ in Wratiſlauiā, lectica uectus, diuertit de uulneribus inflictis in breui curatus, Peregrinū ſpectatæ fidei militē ſemper commendans, & prolem ſuam larga donatione exaltans. Swatopelcus quoq; præfat⁹, de domo griffonū, ab ea die legittimū ſe principem Pomeraniæ gerere cœpit. Et quod uiuente Leſtkone albo ſceleratus carnifex aſſequi non poterat, morte ſui domini quam intulit aſſequutus eſt.

CAPVT XXXI.

Vincēcius epiſcop⁹ graccouienſis.

ANno domini. M. ducente. ſeptimo Magiſter Vincencius Kadlubkonis de Karuow uico prope Opathow, nobilis de domo Koſsze Præpoſitus Sandomirieñ, propter ingenii excellentiam, per Capitulum Graccouieñ in Epiſcopū Graccouieñ electus eſt, q̄uis in eccleſia Graccouieñ nullam obtineret præbendā, ab Innocentio tercio confirmatus, & ab Henrico Archipræſule Gneznenſi conſecratus. Hic undecim manipulares decimas, & ſeptē pecuniales, i uillis circa oppidū Czchowſitis ad menſam Epiſcopalem, uel quod alii aſtruunt ad eccleſiam in Brzeze pertinentes, eccleſiæ Graccouieñ perpetua donatione contulit. Ex quarum introitibus, in uino, oleo, luminaribus, cæteriſq; neceſſitatibus. eccleſia Graccouii. & prælati, cū canonicis eam frequentātibus quottidianis diſtributionibus proūdentur. Nomina uillarum manipulariū decimarū ſunt hæc, Gnoynik, Giothprzidowa, Thymowa, Thworkowa, Iurkow, Vyaſd, Opathkowicze, Luczſlauice, Faſczeſſowa, Conczi ſka, & Zdanya. Nomina uero pecunialiū, Brzozowa, Olſzowa, Slona, Byeſznik, Polichta, Poſzna, item de Kazimiria Graccoui. urbi uicina. Idem Vincencius Kadlubconis Epiſcopus

Vincencij chronica.

Gracco. habitum & ordinem religionis Ciſtercieñ, in monaſterio Andrzeouien profeſſus reſignato epiſcopatu, aſſumpſit, & ex bono factus optim⁹, nudus, nudum Chriſtū, ſequutus eſt, anno do. M. ducēte. decimooctauo. Et poſt quinq; annos ergaſculo carnis ſolutus, in domino q̄uiit, octaua die menſis marcii āni domini. M. ducen. uigeſimi tercii, in monaſterio Andrzeouieñ in medio chori ſepultus. Hic dū cathedram Gracco. regeret, Chronicā Polonorū (quæ incipit: Tres tribus ex cauſis teatrales odere ſolennitates) ſcripſit. Plura de exteris q̄ Polonorū geſtis, nodoſe & inuolute in primis tribus libris perſtringens. Hic etiam decem præbendas in eccleſia Kyelceñ fundaſſe & dotaſſe aſſeritur. Rutheni ad ſedandū ciuilia bella inter eos orta, anno domini. M. ducen octauo, A rege hūgariæ Andrea, ut filium ſuū Colomanū eis præficeret, inteſtinos motus bellorum cōpreſſurum, ſupplicarunt & obtinuerūt. Quo in Halicz ueniēte, & in regē Gallaciæ, per Vincēciū Graccoui: & alios hungariæ Epiſcopos, coronato atq; inuncto, Rutheni in odiū & alienationem uerſi ſunt. Veriti ne per hoc ritus, & genus eorū in exterminium deduceretur. Miſiſlaus itaq; Miſiſlauicz Chrobri a Ruthenis ob præſtantiam

Colomannus Rex gallacie.

ſtantiam appellatus, Polowczonū adiutus auxiliis, expugnauit arcem Halicieñ, rege Colomanno, Vincencio Epiſ: Gracco: & Iuone Cācellario Poloniæ, qui regi Colomāno Salonicā Leſtkonis albi ſororē in uxorem procabāt per turpem fugam elapſis, plurimiſq; hūgaris & polonis occiſis, aut captis & in ſeruitutē uenundatis. Ad ulciſcendum ergo electionem Colomāni filii ſui, Andreas rex hungariæ miſit notabilem exercitum, miſit & Leſtko albus exercitum polonicū, quem rex hungariæ mitti ab eo præcatus fuit. Quattuor autē ducibus Ruſſiæ cū ſuis & omnium principū Ruſſiæ exercitibus, ſcilicet Miſciſlao Miſciſlauicz, Wladimiro Rurikouicz, Roſciſlao Dauidouicz & altero Roſciſlao Miſciſlauicz uenientibus, aduenit & Polowczonū exercitus, geminato numero hungaricū & Polonicum agmen excedens, incaſtellato itaq; Halicieñ cāſtro, ordinatis aciebus proceſſerunt hungari & poloni contra Ruthenorum turmas, ſuperaruntq; poloni exercitum Wladimiri & Roſciſlai Dauidouicz. Roſciſlaiq; Miſciſlauicz, & fugientes, in multa milia plurimos trucidādo perſequuti ſunt. In terga uero hungarorū & Halicieñſium Miſciſlaus cū Polowczis, qui in inſidiis remotius latitabant, irruentes, facile eos proſtrauerūt & paſſim trucidarūt, quoniā ſolutis ordinibus incedebāt. Attiliam Filnyam Palatinum hungariæ cœperunt. Polonos a cœde & perſequutione Wladimiri redeuntes, captiuorū numerū ducentes, & carmen patriū canentes, dum locus euadendi nō eſſet, occiderunt. Extenſo inſuper ſigno Polonorū in alto, reſidui poloni, qui ex cœde diffugerāt, uel ex perſequutione Wladimiri redierāt, illic confluentes, & ſuos cōſiſtere credentes, omnes trucidarunt. Iacebantq; cadauera interfectorū circa Halicz tanq̄ arena inſepulta. Caſtrum Halicieñ Miſciſlaus accedēs primo, & ſecundo, & tercio repulſam paſſus, ipſum ſepiuit. Colomanno autē & qui ſecū in arce erāt negligentius portam caſtri poſteriorem obſeruantibus, una noctium ſuffoſſione facta Rutheni in caſtrum irruperūt, & ſub caligine noctis Hungaris & Polonis fugientibus, & ſeſe de muro præcipitantibus, Miſciſlaus caſtro potitus, eccleſiā ſanctæ Mariæ, in quam Colomannus cū potioribus militibus & fœminis ſe receperat, obſedit, & renitentes fame ac ſiti maceratos expugnauit. Nam uitam dumtaxat pacti, oſtia aperuerūt, mandanteq; Miſciſlao Barones & fœminæ educebantur, quos omnes Polowczis aut ſuis aulicis donauit. Vltimus omnium Colomannus cum uxore ſua eductus, a Miſciſlao acceptus eſt, & in Torczſko ad aſſeruandū miſſus, nec eſt de captiuitate ſolutus, niſi poſt plures tractatus, āno domini. M. ducen: decimo habitos. His conditionibus adiectis, ut Bela filius regis hungariæ, in coniugem Mariam filiam Miſciſlai reciperet, & q; Miſciſlaus poſt triennū Colomāno de Halicz cederet. Et q; libere ſolueret e captiuitate Colomannum & uxorem eius, omneſq; captiuos ſuæ poteſtatis, quæ omnia fuere conſūmata, quia Miſciſlaus dux in Thorczſko ſeceſſit. Annoq; ſequēti mortuus, ſepultus eſt in eccleſia ſanctæ Crucis in Kiow, quam uiuens fabricauerat. Colomāno uero principatus Halicieñ non fuit diuturnus. Nam Daniel Romanouicz occupata arce Halicieñ, Colomānum exinde abegit & fugauit, quem Andreas rex hungariæ uix poſt binam expeditionem in ducatum Halicieñ reſtituit. Duce Daniele

Poloni & Hungari contra Ruthenos.

Poloni cū Hungaris fuſi.

Halicia capta.

Colomannus captus.

Colomannus reſtitutus.

Colomannus iterum pulſus.

Colomannus tercio reſtitutus

Colomanni mors.

niele Romanouicz non audente ſeſe potẽtiæ hungarorũ opponere. Seditq; Colomãnus tribus ãnis in Halicz, & anno Chriſti. M. ducen: uigeſimo quinto mortuus eſt, morbo, an ueneno, incertum eſt. Poſt quem Daniel Romanouicz Halicz occupauit. Sed Iſaslaus dux Halicien auxilio Polowczonũ fretus eum expugnauit, & duci Michalkoni principatũ Halicien cõceſſit. Sub anno domini. M. ducenteſ: nono, prima die Auguſti, ſcribunt quidã Myeczlaum filiũ Boleſlai victoriosi, fũdaſſe monaſterium ſancti Benedicti in Koſczol, ãte Kaliſz & illud monaſterio Tinicien ſubieciſſe. Pro dõteq; uillas cõtuliſſe Coſczol, Gora, Roſzeyowo, Crankowo, Glogowa, Krzyuoſandouuo, Kliſſouo, Pyotrkouo, Nadzerzouo. Cum molendino ante Kaliſz & Lyſzecz ante Konin, bona illius ab omnibus tributis & ãgariis Polonicis liberando. Cometes apparuit anno domini. M. ducente: undecimo, decemocto diebus menſis Maii durans, & ſupra Polowczos Tanaim ac Ruſſiã girans caudamq; in o. caſum porrigens, & aduentũ Thartarorũ ſignificans. Nam ſequenti anno gens Thartarorum in eã diẽ ignorata, conflictis pluribus ſeptentrionis, nationibus, ad Polowczos uenit. Polowczi ſiquidẽ fuerunt gentes, ſecũdum latus ſeptẽtrionale Euxini maris commanentes, ultra paludes Meotidis, quos alii Gothos appellant. Et linguagiũ habuiſſe aſſerunt, quale locuti ſunt diebus noſtris principes de Mankup, ultimo per Baiſſetum imperatorẽ Thurcoz, anno domini. M. quadringenteſimo octuageſimo ſexto exterminati, in Cherſoneſo & inſula Thauricæ, quam uulgari noſtro Przecop dicimus, a Thartaris Przecopenſibus occupata. Thartaris itaq; terras Polowczonũ ingredientibus, per legatũ ipſos principes Ruthenorum, uniuerſis copiis & potẽtiis ſe adiuuari, poſtularũt, quoniam par exicium & diſcrimẽ cos ſicut & Polowczos exſpectaret. Supuenerunt aũt & Thartarorũ nũcii ducibus Ruſſiæ denũciãtes. Ne immiſcerẽt ſeſe Polowczonũ bello & adiutorio, ſed potius exterminiũ eorũ tanq; aduerſariorũ procurarẽt. Ruſſi te uero immaturo uſi conſilio, nunciis Thartarorũ compræhenſis & occiſis, Polowczis terra mariq; auxilia dedere, uidelicet Mſciſlaus Romanouicz cũ militia Kiouien, Mſciſlaus Mſciſlauicz cũ militia Halicien. Item cæteri duces Ruſſiæ Wlodimir Rurikouicz, duces Czirnicouien & duces Smolnen, iũctiq; exercitui oim Polowczonũ puenerũt in Protholcze. Et ab inde ſinguli aſcenſis equis, duodecim ſtatiuis ad fluuium Kalcza uenerũt, ubi tã Thartari caſtra metati fuerãt. Et illico reſpirandi ſpacio nõ dato, Thartari in eos irruerunt. Et contritis ac diffugientibus Polowczis, acies ruthenoz diſiciuntur: Plurimaq; cœde pacta, bini duces Mſciſlaus Kiouien, & Czirnicouien captiuantur. Reliqui fugiẽtes (abhominabile dictu) a Polowczis ſociis per quorum terrã fugã maturabãt, trucidabãtur: Equites quoq; propter equos pẽdites propter ueſtes, occidebantur, & in aquis ſuffocabantur. In illa ergo die Rutheni in peſſimum horrendumq; inciderũt periculum, quale in terris Ruſſiæ nunq; auditũ eſt. Eaq; prima clades extitit, quam Rutheni a Thartaris pertulerũt. Mſciſlaus autẽ Mſciſlauicz Halicien dux, dum ad naues fugiendo peruenisſet, ſuperatis fluuiis perſecutionẽ Thartarorum ueritus, naues abrũpi præcepit, abindeq; fugax in Halicz pauore & trepidatione plenus peruenit

Michalko dux halicia poritus

Monaſteriũ in Coſczol. ſ. benedicti.

Cometes

Tartarorũ prima cognicio.

Polowczy qui fuerint:

Tartarorum nũcii ad duces Ruſſie occiſi.

Tartari polowczos et Ruthenos vicerunt.

nus peruenit. Wladimirus autẽ Rurikouicz, fuga & ipſe ſaluatus, in Kiow peruenies, ſedem Kiouien accepit. Alia uero omnis multitudo Ruthenorũ, dum ad naues fugiẽdo peruenisſet, & eas abruptas offendiſſet, in merorẽ uerſa, dũ undas tranare non poſſet, fame contabeſcens, illic conſumpta eſt. Præter paucos duces & aliquos eorũ milites, qui in lembis fluuios traiecerũt.

CAPVT XXXII.

ANno domini. M. ducente: undecimo, die ſedecima menſis Maii, Myeczlaus dux. Rathiborien & Oppolien, primus filius olim Wladiſlai exulis, & circa Poſnaniã a fratribus conflictus, multũ agilis, procere ſtaturæ, peritus artis gladiatorie, mortuus eſt Cui ſucceſſit unicus filius eius Kazimirus. Iſte Myeczlaus fundauit monaſterium ſãctimonialium ordinis Præmonſtrateñ in Ribniky, quod Kazimirus filius eius in Czarnowanſz ad fluuiũ Malpadew, qui illic ad prope Odræ miſcetur, tranſtulit. Anno domini. M. ducẽte: tredecimo, Wladiſlaus Othonis dux Kaliſſien, tredecimo kalendas Nouembris monaſterium ſanctimoniali ũ in Olobok ordinis Ciſtercien dioceſis Gnezneñ fundauit. Pro dote aſſignans ei uillas Olobok, Tikadlowo, Zidowo, Pole, Wroſle, Rablauy. Et cõtulit eidem uillam Staw, a filiis Laurẽcii Dobrogoſtio & Czeſſacha, pro tribus uillis Chotinino, Golikowo & Pyenyaſzkowo commutatam. Item Virzbyatha filius Clementis militis, eidẽ monaſterio contulit quattuor uillas. uidelicet Conarowo, Grzibowo, Myſlakowo, & Druſkowo. Henricus autẽ Archiepiſcopus Gneznen cõſecrans baſilicam in Olobok, ad peticionem ducis Wladiſlai contulit præfato monaſterio decimas Archiepiſcopales de conſenſu ſui Capituli in uillis inter flumina Olobok, & Baricz incluſis. Reſignante Epiſcopatũ Gracco: Vincẽtio Kadlubkonis, ãno domini. M. ducenteſimo decimooctauo ſuffectus eſt Iwo, filius Saulis comitis de Conſke, nobilis de domo Odrouanſz Cãtor Gneznen, Canonicus Gracco: & ducis Leſtkonis albi Cancellarius. Qui dum pro confirmatione ad Honoriũ papam tercium ſe contuliſſet. Et per Hugolinum Cardinalem, Epiſcopum Hoſtien propter familiaritatẽ quam cũ eo in ſtudio Pariſien cõtraxerat, omnia ad nutum expediuiſſet. Viſis prodigiis ſanctitate relligione & prædicatione beati Dominici, in Poloniã deducendos fratres ſui ordinis peciit. Et alios obtinere non ualens, quattuor familiares & comites ſuos, ſcilicet Iaczkonẽ Canonicũ Graccouien nobilem de domo Odrouanſz de prouincia Oppolien, & uilla Lanka ortum. Item Ceſlaum Polonum Hẽricum morauum, & Hermannum Theutonicũ, per beatum Dominicũ ad ordinem aſſumi obtinuit, & illos in Poloniã deducens, ſancto Dominico ſuperſtite, in Polonia ordinẽ prædicatorum plantauit. Anno autẽ domini. M. ducẽteſimo uigeſimo ſecũdo, cõmunicato conſilio cum duce Leſtkone albo. Cum capitulo & conſulatu Grac: eccleſiã ſanctæ Trinitatis quæ matrix & origo fuit parrochiarum & locum ſpacioſum pro monaſterio prædictis fratribus ſãcti Dominici aſſignauit, & ornamẽtis, calicib9, libris, & cæteris neceſſariis dotauit & ꝓuidit Et eodem ãno in circulo Graccouien nouam eccleſiam parrochialem in honorem dei genitricis uirginis Mariæ præfatus Iwo Epiſcopus Gracco: erigi curauit

Myeczla9 dux Rathiborien mortuus:

Monaſterium Czarnowans.

Monaſterium Olobok

Iwo epiſcopus Graccouienſis

Iatzko.

Ceſzlaus. Henricus Morauus Hermãnus Theuthonicus. or. Pre. ſuſceperunt.

Eccleſia. S. trinitatis.

Eccleſia. S. Marię in circulo Graccouien

curauit,& in eam ius parrochiæ quod in ecclesia sanctæ trinitatis fuit, transtulit. Anno domini. M. ducen: uigesimo primo. A festo paschæ usq; ad autumpnũ, cõtinuus imbriũ descensus inundationẽ causauit, & uernales segetes seminare impediuit. Per autumpnũq; seminata destruxit, exinde pabulis deficientibus mors animaliũ obtigit, homines uero plurimos præcipue agrestes fames ualida per triennĩ cõtinuata absumpsit, ut plures uillæ & oppida habitatoribus consumptis remanerent deserta. Iwo Episcopus Gracco: anno domini. M. ducẽ: uigesimo secũdo, fundauit monasteriũ Cistercieñ ordinis in uilla patrimonii sui Kaczicze prope oppidum Slumniki. Pro dote eidẽ assignando Kaczicze, Prandoczin. Monikouicze, Choleuicze, necnon decimas manipulares mensæ episcopalis, de eisdem quattuor uillis proueni entes. Verum cum intelligeret locum pro monasterio parũ idoneũ. Anno domini. M. ducente: uigesimo sexto, ad Mogilã locum paternæ sortis uberem prope Istulam illud transtulit. Ecclesiã quoq; ex dolata petra, & partim ex cocto latere in titulum sancti Pauli apostoli (quod nunc sancti Bernardi uocant) extruxit & dedicauit. Decimisq; manipularibus de mẽsa episcopali in oppido Dobschycze in uilla Vinari & circumiacentibus uilllis dotauit. Anno domini. M. ducẽ: uigesimo secũdo, Nicolaus de Henrichow. ducis Henrici cũ barba notarius, genere & actione nobilis, de consensu & annuẽtia eiusdem ducis, fundauit monasterium ordinis Cistercieñ in prædicta uilla Henrichow, sui patrimonii Wratis: diocesis prope Nissam. Et tã uilla, q̃ aliis ad illum locũ spectãtibus dotauit. Nec sua omnia deo donasse contẽtus, assumpto habitu in eodem loco, usq; ad mortem fœlix fundator militauit. Eodem anno domini. M. ducen: uigesimo secũdo, Ciuitas Ploceñ, & tota Mazouia per Prutenos & Pomeranos uastatur & cõburitur. Anno Christi. M. ducen uigesimo tercio, Iwo episcopus Grac: hospitale pro personis utriusq; sexus in Prandnik fundauit, quod Fulco episcopus Gracco:, nisi morte præuẽtus fuisset, fundare & dotare decreuerat. Et in præfato hospitali fratres hospitalarios de Saxia cõstituit, geminam crucem albã in nigro pallio deferẽtes, sub regula beati Augustini militãtes. Donãs eidẽ hospitali uillam Krowodrza Item utraq; Wronii, item nonnullas decimas manipulares de mẽsa sua Episcopali. Verum perpendens huiusmodi hospitale, a frequẽtia hominũ longe distare, de Prandnik in Graccouiã ipsum trãstulit. Et ecclesiã in honorẽ sancti spiritus, monasteriũ, & monasterii officinas pro fratribus, habitacula uero pro miserabilibus & infirmis personis construxit: In translatione autẽ huiusmodi, anno domini. M. ducen: quadrageſimo quarto, sexta die Aprilis facta. Præfatus Iwo episcopus duas ecclesias parrochiales, unã sanctæ Crucis in Graccouia, alteram sancti Martini in uilla episcopali Biskupicze supra Vyeliczkam sita, cũ earum decimis & prouẽtibus, pro eiusdẽ hospitalis sub sistentia uiuit. Barbari Pruteni, anno domini. M. ducente: uigesimo quarto facta irruptione in monasterio Oliua, Abbatem cũ fratribus & uniuerso cõuentu captiuant. Et uersus Gedanum deductos, crudeli morte omnes interimunt. Et ex tunc terras Culmeñ & Lubauieñ, per insultus & clandestinas incursiones uastare cœperunt. Nec dux Cõradus Mazouiæ, neq; Cruciferi rubeo ense

Aquarũ inũdacio.

Fames magna.

Monasterium in kaczycze fũ datur translatũ in Mogilam.

Monasterium in Henrichow fundatur.

Mazouia vastata per Prutenos barbaros.

Hospitale Sancti spiritꝰ Graccouia fundatur prius in Prandnick. 1223.

Monasterium Oliua a Prutenis Barbaris vastatur.

beo ense & crũce signati, per ipsum uocati: Desertationi prædictarum terrarum subuenire potuerunt. Eodem ãno Lanthgrauius Poloniã inuasit, & castrum ac ciuitatem Lubusz expugnãdo occupauit. Swantopolcus Pomeraniæ dux, de consensu & consilio Michaelis Wladislauieñ episcopi, anno domini M. ducen: uigesimo septimo, die uigesima tercia Ianuarii, fundauit mõnasterium prædicatorũ sancti Nicolai in ciuitate Gedaneñ. Duces Russiæ Georgius Wladimirieñ, & Iaroslaus Pereaslauieñ ab una. Itẽ Wladimirus Constantinus, & Mscislaus duces Smolnẽses, & Nouogrodenses fratres germani parte ab altera. Anno domini. M. ducentesimo sexto, die Aprilis duodecima confligunt. Et cœsis Ruthenorũ decem milibus, cessit uictoria Constantino, Wlodimiro, & Mscislao. Qui Georgium Wladimiriã diffugientẽ obsidentes pacem ei petenti concesserunt, & ad eos exeũnti, ea conditione ut de castro excederet. Quo excedente datum est Constantino, deinde uictores contra Iaroslaum in Pereaslaw exercitum duxerunt. Qui illico ab eis pacem petiuit & obtinuit, castrumq; Pereaslaw retinuit, tamen plurima munera reconciliatis ducibus transmisit. In æstate aũt sequẽtis anni duces Ruthenorum Wlodimir Rurikouicz Kiouieñ, habens in comitatu Smolnenssiũ militiam, Romanus Borziszouicz, Constãtinus, Mscislaus & Rostislaus filii Dauid Lithuanos Russiã uastantes, magna cœde conflixerunt, Lithuanorũ duces occidendo, fugientes persequendo, in siluis & abditis plurimos interficiẽdo. Eadem tempestate Hleb dux Reszanorũ, auaricia ductus, sex germanos & plures Boyaros, crudeliter peremit, ut integrum principatum Reszanorũ occuparet. In hyeme autẽ anni domini. M. ducen: decimi, Lithuanos rapta ꝓ præda de Russia fugiẽtes, dux Iaroslaus Wstuoldouicz, & Nouogrodenses consequutos prostrauerunt. Plures tamen milites Russiæ detrahãtur: Et dux Dauid Toropeczki occisus iacuit. Iterum sequenti tempore alio exercitu Lithuanorum uastante regionẽ Poloczko, dux Mscislaus Dauidouicz, cũ militia Smolnensium celeriter superueniẽs, incautos absq; numero in Poloczko occidit. Alios in lacubus, paucis admodũ euadentibus, mersit. Anno autẽ domini. M. ducen: decimooctauo, duces Czirnieouieñ cum suis gẽtibus, cum Mscislao Smolnensi, & Polowczis Kamyenyecensem regionem, nemine repugnante, uastauerunt.

Lubusz occupata.

Monasterium ord. pre. gedano. A 1225 fũ datur.

Ruthenica strages sua clades

Lithuani a Ruthenis cæsi.

kamyenyecensem regionem vastãs

CAPVT XXXIII.

POst funestam Lestkonis albi necem per Swantopelcũ Pomeraniæ præfectum, de ãnuentia & scientia Wladislai Othonis maioris Poloniæ ducis & sceleris socii, actam. Anno domini. M. ducente: uigesimooctauo inter Henricũ cum barba ducem Slesiæ & Conradum ducem Mazouiæ, super monarchia & Lestkonis albi puerorũ cura, dissensio orta est. Aggressusq; dux Cõradꝰ Mazouiæ munitiões, quas dux Henricus cum barba erexerat, aliam supra collem fluuii Prandnik, prope oppidum Skala: Alterã in Medzboze prope uillam Wroczirzisz: Cũ clade & captiuitate suorum, ac occisione filii sui Premislai, per ducem Henricum conflictus, inexpugnatas reliquit, & in Mazouiã diuertit. Cumq; Henricus Sleziæ, filium suum Henricũ cũ copiis in Slesiã remisisset, & in Gracouieñ,

Henricꝰ cũ barba & Conradꝰ mazouie ducum super monarchia dissensio.

couien ducatū ſecurus uerſaretur, dux Conradus ab exploratoribus certior factus, in terrā Graccouien aduenies, Henricū ducem Sleſiæ, in Spitzouicza auditioni miſſæ deditū offendit, & eū captiuatū in Mazouiā deduxit. Ad quem liberandum, dum filius eius Henricus pararet exercitum, Beata Heduigis plurimā mala auerſura, ad ducem Conradum perſonaliter in Mazouiam ſe contulit. Et prudentia qua pollebat, inter duces pacem cōpoſuit, ut dux Henricus de iure monarchiæ & tutoriæ Cōrado cœderet, captiuoſq; Conradi libertati reſtitueret, renunciationem corporali iuramento firmando. Duas inſuper neptes, filii ſui Henrici filias, filiis Conradi in uxores deſponſauit. Kazimiro Conſtātiam, & Boleſlao Gertrudim. Cœpitq; extunc Conradus Mazouiæ ſe monarchā & Leſtkonis puerorū tutorem gerere. Rurſum in anno ſequēti ortum eſt aliud bellum, inter duces maioris Poloniæ. Wladiſlaus ſiquidē Laſkonogy, ad propulſandū iniuriam ſibi illatam, cū Wladiſlao Othonis nepote ſuo congreſſus eſt, & eum fudit, captiuatūq; in uincula coniecit, qui ſuffragio fauentiū euadens, ad Swantopelcū uxoris ſuæ fratrem peruenit. A quo nedum gētes ipſius Pomeranicas in ſubſidium ſibi obtinuit, ſed & perſonaliter cū eo aduerſus Wladiſlaū Laſkonogy uenit. Wladiſlaus autē Laſkonogy eorum aduentu territus, relictis caſtris maioris Poloniæ, ad Rathiborz fugit, & a Kazimiro Myeſzkouicz, duce Rathiborieñ amice ſuſceptus eſt. Wladiſlao Othonis omnia caſtra propria, & ſui patrui occupante, Anno uero domini. M. ducen: triceſimo primo, Wladiſlaus Laſkonogy ex Rathiborz cū exercitu egrediens, Gneznā caſtrum, quod ſortis ipſius erat obſidione uallauit, & cū duobus menſibus obſidio continuaretur & nemo ex ſubditis ſuis (proprer fœdos & laſciuos mores eius) ad eum deſiceret. Vulgatumq; foret Wladiſlaum Othonis cū ſocero ſuo Swantopelcone & ualidis copiis aduentare, triſtis & gemens inexpugnato caſtro Gneznenſi, in ſolitum ſui exilii locum Rathiboriam remeauit. Et quintodecimo kalendas Septembris, eiuſdem anni in oppido Sroda fato ſubtractus eſt, apud Rathioriā, uel ut alii uolūt in monaſterio Lubeus, nulla prole relicta, ſepultus. Wladiſlaus ergo Othonis, tota maiori Polonia poſſeſſa, diuinā miſerationem, & ſui ſublimationem recolēdo, libertates & priuilegia binis cathedralibus eccleſiis ſui principat⁹, Gneznenſi & Poſnanienſi cōtulit, uillas eccleſiarum & earum incolas, ab omni ſeruitute & cōtributione, quæ olim camere ducis ſoluebatur, abſoluēdo. Et ab omni iuriſditione ordinaria & extraordinaria Palatinorū, Caſtellanorum, & cæterorū officialiū. Donauitq; utriq; Pontifici auctoritatem in bonis eccleſiæ uenandi, & monetam fabricandi. Præterea donauit Paulo Poſnanienſi Epiſcopo & ſuis ſucceſſoribus uillam Sulkowa, Krobya, ratione ſuæ, & patrum ſuorum ſepulturæ. Occaſione itaq; harū libertatum, edax liuor corda nobilium maioris Poloniæ perſuaſit, & clandeſtinis, contra Wladiſlaum Othonis, qui & Plwacz dictus eſt machinari cœperūt inſidiis. Verum ubi ſolertiſſimas ipſius cognouerūt deuitationes & cautelas, ad defectionem uerſi ſunt, & uocauerūt Henricū cū barba ducem Sleſiæ & Wratiſlauiæ inimicum Wladiſlai, propter uulnera ipſi olim inflicta, de annuentia Wladiſlai Plwacz, & occiſionē Leſtkonis albi

Beata Heduigis.

Conradus tutoriam monarchia geſſit.

wladiſlaus altus pulſus.

wladiſlaus alt⁹ in exilio moritᵉ

wladiſlai Othonis libertas in diuinam relligionem.

nis albi in Ganſzaua. Quo cum forti exercitu ueniente, præfatus Wladiſlaus Othonis a ſuis deſertus, exuſſit caſtra Bnin & Srem. Ne hoſtis his potiretur, & refecto caſtro Gnezna, fortiq; præſidio eidem impoſito, ad Swātopelcum præfectum Pomeraniæ perrexit. Henrico autē oblata ſunt per Barones maioris Poloniæ caſtra, Poſnanieñ, Caliſſieñ, Piſdreñ, Sredeñ & caſtra Byechow. Caſtra uero demolita, Bnin & Srem recuperauit, & Borziuoyo ex ſorore nepoti, filio Dipoldi marchionis Moratiæ in adminiſtrationem tradidit.

Hērici cum barba contra wladiſlaum Othonem expedicio

CAPVT XXXIIII.

INterea Conradus Mazouiæ dux, feritate & frequētibus incurſionibus Pruſſorum plurimū attritus. De conſilio Criſtini Epiſcopi Culmēſis, religioſi de ordine Ciſtercieñ. Vocauit de domo theutonica, ſeptem fratres ordinis ſepulchri dominici Hieroſolimitani, nigram crucem in albo pallio ferentes, quorum magiſter & primicerius erat Hermānus Balke de Salcza, & ipſos in caſtro Dobrzin locauit. Hermannus uero magiſter ordinis, poſt ſe reliquit fratrem Conradū de Landiſbergk, qui cum auxilio ducis Cōradi Mazouiæ, in littore Iſtulæ, anno domini mille: ducen: trigeſimo primo locauit caſtellum Vogilgſang, in arbore quoq; quercus aliud caſtrum edificauit, locauit & ciuitatē Thorun, eāq; poſtmodum in priorem locū tranſtulit, cœpitq; ex his locis Prutenos impetere & eorum incurſiones prohibere. Fabricarunt etiam Pruteni duo caſtra, unū ſupra Iſtulā ultra Thorun, quod uocarūt Rogow, Aliud iuxta Thorun, in loco ubi nunc ſtat antiqua Culmenſis Cathedra, & Pipinus Prutenus, chriſtianis infeſtiſſimus terciam munitionē in lacu poſuit, quæ in hāc diem lacus Pipini dicitur. Hæc tamen Prutenorū caſtra, per fratres Cruciferos & milites Polonorū ſub paucis diebus fuerunt expugnata. Pipinus uero captus, aperto uentre ad arborem agitatus in circuitum euiſceratus eſt. Edificauit in ſuper magiſter Cruciferorū caſtra Qwiedzin, in territorio Culmeñ, & ex eo Vilna caſtrum propinquū Prutenorum expugnauit & cōquiſiuit. Anno domini. M. du: trigeſimo quarto, Gregorio papa nono incitāte: Collegerūt ualidū exercitum principes Conradus Mazouiæ, Henricus Wratiſlauieñ ſanctæ Heduigis maritus, Wladiſlaus Othonis maioris poloniæ, Swātopelk & Sambor germani, Pomeraniæ, una cum Hermāno & fratribus theutonicis ſanctæ Mariæ. Et tempore hyemis in Pruſſiā duobus agminibus deſcenderunt, ac totam terram Pruſſiæ in girū, ferro & ignibus uaſtauerunt. Prutenisq; copiam pugnandi non facientibus, occiſis quinq; milibus Barbarorum & caſtro Radzin expugnato atq; locato, in propria remearunt. Inſtantibus aūt, Duce Hērico cum barba Wratiſlauienſi, Agaſia conſorte ducis Conradi, & filiis ſuis Boleſlao, Kazimiro & Semouito. Item Guntero Ploceñ, Michaele Wladiſlauienſi, Criſtino Culmenſi, Epiſcopis, Pacoſlao comite Derſzouienſi, Cōradus dux Mazouiæ fratribus Cruciferis præfatis, terras Culmeñ & Lubauieñ, ſitas infra fluuios Oſſam, Drwanczam, & Wrokam, donauit & de facto inſcripſit, ut poſtq; fratres Cruciferi terras Pruſſiæ cōquirerent, donatione terrarū Culmeñ & Lubauiæ irritata, & ad ducem Mazouiæ

Rogow: Lacus Pipinſ. Pipinus Prutenus.

Qwyedzin:

Prima expedicio i Prutenos per fratres.

At, fratribus donata & quibus conditionibus.

Conradum ſuoſq; ſucceſſores reducta atq; deuoluta. Poſſeſſio terrarū Pruſſiæ conquiſita, ex æquo inter Conradum ducem Mazouiæ, ſuamq; progeniem & Cruciferos, partiretur. Huius ordinationis apices & inſtrumēta (ut aiunt) apud duces Mazouiæ conſeruata reperiuntur. Quantum uero diſcidii quātumue cruētarū occiſionum, per fratres Cruciferos in regno Poloniæ de poſt factarū, talis cruciferorū introductio intulerit, hiſtoriæ ſatis patefaciūt Et q̄is ſub Kazimiro tercio, adextremū ſubiugata uideretur Cruciferorū potētia, manent tamen uſq; in hanc diem priſci ueſtigia mali, magiſtro cruciferorū Alberto de familia Brandeburgeñ principum cum recalcitratione, p homagio in obedientiam opponente. Sed hæc hactenus.

CAPVT XXXV.

Boleſlaus pudicus.

Boleſlaus pudicus cum matre captus.

DVce Cōrado Mazouiæ, bello Prutenorū occupato. Boleſlaus pudicus dux Graccouiæ & Sādomiriæ cum genitrice ipſius Grzimiſlaua, beneficio & auxilio Nicolai Abbatis Szeczechouieñ ordinis ſancti Benedicti captiuitatem euaſit, ſiquidē Boleſlao pudico regimen terrarū ſuarū, & e tutoria patrui ſui Conradi in ætate pubertatis liberam dimiſſionē optante. Conradus dux Mazouiæ, captū cū matre eius Grzymiſlaua primum in caſtro Czirſko, deinde in Szeczechow arctauit, & ſtricte cuſtodiæ deputauit, Quā intēpeſte noctis ſilētio, poſt unū annum captiuationis & paulopoſt euadens, in caſtra propria Sandomiriæ & Zauichoſt peruenit, & tanq̄ heres ſuſceptus eſt. Hiſq; militibus munitis, nouā captiuitatē metuens, ad ducem Henricum cum barba tercio gradu affinitatis eum contingentē conceſſit, & principatuum ſuorū optatam defenſionē ab eo obtinuit. Dux eiñ Henricus Wratiſlauieñ, cum omnibus ſuis potentiis una cū duce Boleſlao pudico, in terram Grac: aduenit, & a ſingulis nobilibus Graccouieñ & Sandomirieñ excœptus eſt. Arxq; Graccouieñ & cætere munitiones (deſerentibus eas præfectis ducis Conradi) duci Boleſlao pudico tradite ſunt. Anno autē ſequenti ſcilicet. M. ducen: trigeſimo quinto. Conradus Mazouiæ cū copiis tā propriis q̄ auxiliaribus, in terrā Gracco: uenit & eam exuſtionibus affecit. Henrico uero cum barba in publicam dimicacionē non ueniente, ſed per inſidias ex iniquis locis gentes Conradi plurimum laceſſente. Dux Cōradus Mazouiæ, incaſtellatis quattuor eccleſiis, ſancti Andreæ, ſub caſtro Gracco: nondū muro Graccouieñ incluſa, Itē eccleſia in Prandoczin eccleſia collegiata Scarbimirieñ, & monaſterio Andrzeouieñ, pluribus difficultatibus inuolutus merens in Mazouiā diſceſſit. Poſt cuius diſceſſum Hēricus cum barba, & Boleſlaus pudicus, aliis caſtellis de lignis e regione & in proximo erectis, aliquot menſibus anguſtatos milites Conradi expugnarūt Exinde Hēricus cū barba in maiorem poloniā perrexit, & caſtrum Gnezna

Boleſlaꝰ pudicus ſua recuperat.

Conradus repugnat.

Munitiōes Cōradi expugnaē.

quod

quod unicū reſtabat expugnādum, obſedit. Adhibitiſq; omnibus uiribus & conatibus, expugnare non ualuit, & a caſtro quod pro maiori parte ligneum erat inexpugnato, multis damnis acceptis, & tribus machinis potionibus ex cōtinua proiectione fractis, in Sleſiam diſceſſit. Wladiſlaus uero Othonis poſt diſceſſū ipſius, cum ſuis militibus ſuperueniēs, oppida & uillas maioris poloniæ ſpoliauit, & exuſſit. Caſtrumq; Srem, corruptis uigilibus, nocte muaſit, & Borziuogium Dipoldi marchionis Morauiæ filiū, Henriciq; cum barba ex ſorore nepotē, a Paulo Poſnanieñ præſule excōmunicatū, pro eoq; in quodam colloquio, in Srem habito, eum captiuauerāt, cæteris diffugientibus, occidit. Caſtroq; Srem ſpoliato & incenſo, ad caſtra Nakel & Vſcze, quæ in ſua fide manebāt, diuertit. Henrici tñ cū barba auctoritas, ex tutoria Boleſlai pudici plurimū creuit. Nam eo tēpore, monarcham poloniæ & ducem Graco: Sandomiriæ maioris poloniæ & Sleſiæ ſe titulauit, & prædictos ducatus in pace gubernauit. Excluſiſq; templariis de Opathow, ubi eorum monaſteriū notabile erat, tam oppidum Opathow, q̄ decimas mani pulares, & ſedecim uillas Boleſlao pudico annuente. Item in maiori polonia oppidum Kazimirz, cum quattuordecim uillis & totidem decimis. Item in Sleſia oppidum Borek, cum uillis, decimis, & lacubus eccleſiæ Lubuceñ, ſui domini donauit & appropriauit, quod in hanc diem inuiolatū obſeruatur, paucos tamen ante ānos Chriſtofferus de Schidlouicz palatinus Graccoui: ab Epiſcopo Lubuceñ Opathow cū omnibus uillis hereditarie coemit. Anno autē domini. M. ducen: triceſimo octauo, dum in Croſnā prope terminos Bohemiæ ſitam, dux Henricus cum barba, ſeſe recepiſſet, grauiter languēs, ſacramētis eccleſiaſticis deuote percœptis, quarto decimo kalendas Aprilis animā exalauit. Beata Heduigis conſors ſua, q̄is per nunciū certior de egritudine mariti facta fuiſſet, uiſitare illum intermiſit, dūq; in monaſterio Trzebniez adductus ſepeliretur, cæteris funus & ſepulturā cohoneſtantibus, illa ſola beata fœmina in monaſterio Trzebnicienſi ſubſtitit, nec lachrymas admiſit. Et ad moniales lamentantes, ac inconcinna eiulatione uociferātes, incōcuſſa dixit. Iniquū eſſe tanto mœrore diuinæ contrauenire uoluntati. Iſte Hēricus appellatus eſt cū barba, quoniā ſex luſtris (quæ triginta annos cōſtituunt) ſua coniuge beata Heduigi in ſororē commutata in celibatu uiuēs, barbam more conuerſorū produxit & tulit, ueſtibuſq; auro ac oſtro nitentibus abiectis, lineo & ſimplici habitu utebatur. Iſte quoq; Henricus cum barba, rempu. Poloniæ prouide rexit, audaces coercuit, maleficos & calumniatores exterminauit, leges cōcuſſionis Pomoczne uirginale & uiduale eliſit, & libertatem eccleſiæ confirmauit.

Templarij ex Opatow exclusi.

Henricus cum barba moritur

Henrici cū barba laudes.

CAPVT XXXVI.

IWo Epiſcopus Graccouieñ, dum Gregorium papam nonum (olim in ſtudio Pariſienſi familiaritate ſibi obſtrictum) apud Peruſium reperiſſet, dignitate metropolitica ſuæ Graccoui: eccleſiæ expedita & reobtenta, redeūdo e Roma (propter indulgentias aggreſſa) febribus correptus, anno domini. M. ducente: uigeſimo nono, die uigeſima prima menſis Iulii, duodecim annis in pontificatu exactis, in iti

Iwo epiſcopus Graccouienſis moritur.

nere mortuus. Et a familiaribus suis in ecclesia Mutineñ maiori, iusto hono re sepultus est. Ossa autē ipsius, frater Martinus de Sandomiria cū aliis fra tribus monasterii sanctæ Trinitatis Graccouieñ in Italiam missis, de licentia Episcopi Mutinēsis in Graccouiam rettulerūt. Et anno domini .M. ducen: trigesimo septimo in medio chori præfati monasterii, ob beneficium fundæ tionis recondiderūt. Iste ātistes digne recolendus, fundauit monasteria in Ka czicze, in Mogila, in Dlubnya, in Mstow. Itē ecclesias parrochiales in Vaw rzinczicze, in Dzerzaszna, in Daleszicze: Et sancti Pauli in Sandomiria, item hospitale pauperū in Graccouia. Circa annum domini. M. ducente: tri gesimum, dum turris ecclesiæ cathedralis Gracouieñ, sumptibus testamēti Iwonis, olim præsulis Gracco:, plumbo tegeretur. Ex negligentia operarii carbo ignitus fortuitu decidens, uniuersam ecclesiam nocte incendit & con flagrauit. Huius etiā ecclesiæ Graccoātea decēocto annorū spacio, ærariū seu totus thesaurus & præciosa ornamēta cum scriniis & cistis, tactu fulmi nis, tempore ducis Lestkonis albi, & Vincencii Cadlubkonis episcopi Grac couieñ, āno domini. M. ducen: duodecimo in mēse Iulio, hominibus nequitq̄ contingere ualentibus, ignibus consumpta fuerūt. Paulus Episcopus Posna nieñ, cum consensu sui capituli, monasterium fratrū prædicatorū in Srodka prope ecclesiam sanctæ Margarethæ, anno domi: mil: ducen: trigesimo pri mo, undecimo kalen las Nouembris, fundauit. Anno domini. M. ducen: tri gesimoquarto, Theodorus Palatinus Gracco: de domo & familia Griffonū quē poloni appellarunt Cedronem, monasteriū ordinis Cistercieñ, sub titulo sanctæ Mariæ in uilla sua Ludzimirz, prope oppidū Nouytarg, de sub mō tibus sarmaticis fūdauit, & fratres ex Italia accersitos, locauit, pro dote præ fatam uillam Ludzimirz cum pluribus aliis assignando. Vislaus autē Epis copus Gracco: eidē monasterio manipulares decimas omnium uillarū mo nasterio prædicto attributarum, & locandarū, adiecit. Cumq; a uiris belli cis, fratres prædicti persæpe deprædarentur, post decenniū in Sczirzicz, uil lam a Sulislao Canonico Gracco: filio Ioannis militis, pro centū marcis ar genti comparatā, transtulit, ubi in hāc diem permanet. Prādotha uero Epis copus Graccouieñ, Visseslai episcopi immediatus successor, de consensu ca pituli, decimas manipulares mensæ suæ, in uillis Posnanouicze, Gostachow Dlichow, & in nigra silua, præfato Cenobio, inscripsit & perpetuo dona uit. Eiusdem anni kalendis Februarii, Bronisius de Goszikow, Comes & palatin⁹ diocesis Posnanieñ, de domo & familia Vyenyewa, caput Zubro nis pro insignis deferente. In prænominata uilla Goszikow, quæ extūc pa radisus uocari cœpit, monasteriū ordinis Cistercieñ, sub honore & titulo do minæ nostræ Mariæ fundauit, pro dote præfatam Goszikow, & uillas ui delicet Linam, Clodawam, Gorzikā, & Polencz, assignando. Fratres in hoc Cenobium de monasterio Lemneñ, de annuētia Hermāni Abbatis Lemneñ monasterii, introduxit. Primus autem Abbas in huiumodi nouiter fundato monasterio, fuit frater Menszo. Anno domini. M. ducen: trigesimo quarto, fratres Cruciferi cū auxilio marchionis Misneñ, uictis Prutenis de territo rio Pomeraniæ, fidē Christi illos assumere coegerunt. Et post hoc Henricus

Marchio

Monasteria in kaczicze, Mogyla, Dlubnya, Mstow.

Eccleſia Graccouieñ conflagrata.

Monasterium prædicatorum in Srodka.

Monasterium Sczirzicz.

Monasterium Goszykow.

Prutenī fidem Christi ſuſcepe runt.

Marchio Misneñ, cœpit castrum Ploczko, quod Conradus dux Mazouiæ cū filiis suis Boleslao & Kazimiro reacquisiuit, & Misneñ trucidauit. Alios cum ecclesia cathedrali comburendo, alios per pedes suspendendo, alios uā riis tormentis afficiendo. Eodem anno, dux Conradus Mazouiæ, monasteri um fratrum prædicatorum in Ploczko fundauit. Anno domini. M. ducente simo trigesimo sexto, die Iulii secunda, Cōradus dux Mazouiæ principatus suos inter duos filios diuisit. Boleslao ducatū Mazouiæ, Kazimiro uero du catum Lanciciæ & Cuyauiæ assignando. Et ambo iureiurando in præsentia Episcoporū Wladislauieñ, & Ploceñ, ac plurimorum Baronū se huiusmodi diuisionē seruaturos, promiserunt. Eodem āno, sexta die mensis Maii, in Op pol Kazimirus, dux Oppolieñ & Rathiborieñ mortuus est: Filius Myesz konis, Hērici cum barba frater patruelis. Et in monasterio Czarnouansz or dinis Pæmronstrateñ, a se illic ex Ribniki translato, sepultus, qui duos filios Myeczlaum natu maiorē, & Wladislaum minorem, reliquit. Anno dñi. M. ducen: trigesimo septimo, Dux Myeszko ob deformitatē capillorū Coszisz ko appellatus, ex concessione patris sui Conradi ducis Mazouiæ ducatū Cuyauieñ fortitus. Quia uiduarū & orphanarum uaccas occiderat, & sub stātias spoliarat, intercōuiuandū iustissimo dei iudicio, fluminibus & aquis nequitq̄ suffragātibus, a muribus miserabiliter deuoratus est. Ecce saluos fe cit deus filios pauperum, & humiliauit oppræssorem. Ecce iniuriæ paupe⁹ & uiduarū uindice Christo ultæ sunt. Eodem anno. M. ducen: trige: septimo Fratres minores, ordinis sancti Francisci: Boleslaus pudicus in ānis puericiæ constitutus persuasione genitricis suæ Grzimislawæ inductus, ex Praga in Graccouiā uocauit. Pro monasterioq; & eccleſia locum amplū donando, tā eccleſiā q̄ monasterium coctis lateribus edificauit & consumauit. Item āno quo supra, scilicet. M. ducen: trige: septimo, Magister Cruciferorū Herman nus, auxilio ducū Conradi Mazouiæ, Swātopelci & Samborii Pomeraniæ castrum & oppidū Elbyang in districtu Pogoszono edificauit, dato nomine ciuitati, a flumine Elbing illūc decurrēti, & magno stagno quod Hab dicitur se miscenti. Anno domini: M. ducē: trigesimooctauo, monasterium fratrum prædicatorum apud Halicz fundatur, & fratres e Polonia illic domum ac ceperunt. Anno domini. M. ducē: uigesimooctauo, in maxima multitudine Thartari Russiā ingredientes, uniuersam terrā Rzeszanska uastauerūt, du cem occiderunt, senes & impuberes necauerunt, certam multitudinem in ca ptiuitatē abduxerunt, castra incenderunt. Iterum hyeme eiusdē anni Thar tari in terram Szusdalorū uenerunt, & ea uniuersa uastata, ducem Georgiū & filios eius, plures q; alios Szusdalorū principes interfecerunt. Castrū Ro stow incenderunt, captiuos & prædā pro libito abduxerunt. Sequēti quoq; anno in Smolneñ & Czirnieouieñ regiones ueniētes, eas crudelissima cœde nullæ ætati parcētes, peruastarunt. Castra & fortalicia, ex quibus duces & milites præ timore fugerant, incenderunt, & onusti captiuorū multitudine, in terras suas redierunt.

Kazimir⁹ dux Oppolieñ & Rathibo: mortuus.

Myesko dux Mazouię a muribus deuorat⁹

Fratres minores Graccouiā inducti.

Elbyang edificatur.

Monasterium fratrū Predicatorū in Halicz

Tartarorum vastatio.

CAPVT XXXVII.

Defuncto Henrico cum barba, successit ei in omnibus principatibus unictus

Henricus secundus.

bus unicus filiūs eiūs (alii nāmq; omnes morte absūpti erant) Henricus secūdus, q & pius dictus est, ex beata Heduigi progenitus. Et quū Wladislaus Othonis maiores polonos frequētissimis pollicitationibus sollicitasset, q; in dominiū maioris Poloniæ tanq; heres proprius reassumeretur, nō tamē exauditus est, nec reassumptus. Eapropter tristiciis tabefactus, in proximo uitam cū gemitibus, anno domini. M. ducent: trigesimo nono in Pomerania exulans, finiuit. Verum sepulturā cum auis & patribus suis in medio maioris ecclesiæ Posnanien, mādante Hērico secundo, & matre eius beata Heduigi persuadente, habere meruit. Reliquit aūt præfatus Wladislaus Othonis binos filios, ex Helinga Swatopelconis filia genitos, scilicet Premislaum & Boleslaū. At Conradus dux Mazouiæ opportunitatem temporis nactus, fœdera irritando, pluribus incursionibus clandestinis & publicis, nepotē suum Boleslaum pudicum ducem Graccouiæ & Sādomiriæ persequi cœpit, quia tutor ipsius Hēricus cum barba morte extinctus esset. Quapropter accepto consilio idē Boleslaus pudicus Clementē de Clemyanthow, & Ianusslium Palatinum Gracco: ad Belam regem Hungariæ confœderandū & procandum filiam eius Kunegundim, quæ in hungarico Kinga dicta est, misit, & facta dispensatione, adducta est in Graccouiā, anno domini. M. ducente: trigesimo nono, cū dote quadraginta miliū marcarum. Quo audito territus Conradus dux Mazouiæ, lacessere nepotē suum Boleslaum pudicū destitit Ista est fœlix Kinga, quæ matris aluo fusa, nō fletum ut cæteri pueri, sed statim in lingua hūgarica articulato sermone protulit. Aue regina cælorū. Ista in infantia feriis quartis & sextis, uelut beatus Nicolaus pontifex miræ semel sugebat ubera. Ista maritum suū Boleslaum pudicū, ut cœlibatū & perpetuā uirginitatem una cum ipsa teneret, induxit. Ob quam continentiā pu-

Beata kunegūdis.

dicus appellatus est. Ista est Kunegūdis, quæ per pietatis opera, non secus q; beata Heduigis, cuius ipsa neptis ex sorore germana fuerat, in polonia refulsit. Et licet Conradus Mazouiæ dux, externa bella non attentaret, Boleslaumq; pudicū minime inquietaret, intestina tamen lite haūd carere potuit. Ioannē siquidē Czapla scolasticum Wladislauien & Ploceñ ecclesiarum, & Cancellariū suū, uirū doctū & iuris bene peritum, in æculeo prius tortum, in patibulum ægit, & ipsum ignominiose suspendit, quē fratribus prædicatorū ad tumulandū ducentibus, Agasia ducis Conradi uxor, tanq; altera Iezabel eripi iussit, & denuo in altero patibulo supra Istulam, iuxta sancti Benedicti ecclesiā, e regione & incōspectu maioris ecclesiæ Ploceñ, alligauit & suspendit. Sed Martinus Prior ordinis prædicatorum, missis fratribus, secū do depositū, in Ecclesia Cathedrali sepeliri ordinauit. Causa huius mali inspecti suspitio ducis Conradi fuit, quoniam Kazimirus filius eius cum noua sponsa filia ducis Henrici secundi, Constātia nomine, nepte beatæ Heduigis Wratislauiæ diutius cōmoratus, repetitisq; uicibus, per Conradum patrē ipsius euocatus, amore sponsæ uinctus, nō aduolauit, suspicabatur dux Cōradus q; consilio præfati Ioannis Scolastici Pedagogi filii sui, cum duce Hērico Wratislauien de proditione patris sui, ad ulciscendum captiuationem olim Henrici cum barba, per Conradum factam, tentaret, Sicq; dux furore actus sine

Mulieris crudelitas.

actus, sine sufficienti examinatione, Ioannē Scolasticū sacerdotio decoratū, suspēdio turpiter dedecorauit, & terribili morte extinxit. In cui? ultionē Pōtifices ducem Conradū censuris innodarunt. Primum etem Andreas Episcopus Ploceñ eum excōmunicauit. Deinde Petrus Archipræsul Gnezneñ, totam dioces̄im Ploceñ, una cum duce Cōrado & uxore eius, interdicto suppo suit. Donec ipse dux humiliatus, anno domini. M. ducente: quadragesimo in conuentione Lancicien pœnitentiā ægit, & pro satisfactione sceleris, in sacerdotem patrati, uillagium Louicz, cum siluis & pertinentiis, Archiepiscopo Gnezneñ perpetuo inscripsit. Et ut Archiepiscopus Gnezneñ sit Canonic? natus & præbendatus in ecclesia Ploceñ, ducem tamen Mazouiæ unā marcam auri soluendo recognoscat. Ecclesiis uero Wladislauien & Ploceñ, euiterne certas libertates donauit, quod Apostolici cōmissarii, Thomas Episcopus Wratislauien, & Gerardus Scolasticus Gracco: per Gregorium papā nonum deputati confirmarunt: Et beneficiū absolutionis ab Archiepiscopo Gnezneñ promulgatū & cassatum, denuo auctoritate Apostolica impenderūt. Quæ omnia in instrumento originali concessionis præfati ducis Conradi (quod in ecclesia Wladislauien cōseruat) cuius inicium est. Cum piarum sit mentium &c. manifeste continentur.

CAPVT XXXVIII.

POst hæc Thartarorū horrenda uastatio ex ordine subnectenda est. Anno domini. M. ducē: quadragesimo primo, Thartari per Russiam, trucidatis tyrannis & principibus Ruthenoꝝ, in poloniā uenerūt, receptaq; præda in oppidis Lublin & Zauichost, uicinisq; eorum, eam in Russiā reduxerunt, festinanterq; redeuntes, Sandomiriā cum castro expugnauerunt. Illicq; Abbatē Coprziwnicien cum fratribus eius, & magnū numerum utriusq; sexus, nobilium & ignobiliū, uirorū ac matronarū, ad conseruandū uitam Sandomiriæ collectorū, occiderunt. Inde exeuntes per Visliczam, in Skarbimiriā uenerunt & prædā deducturi in Russiā reuertebantur, dumq; statiua ad fluuium Czarua, apud uillam, quæ maior Thursko uocatur, tenerent. Irruit in eos Wladimirus Gracco: Palatinus cū militibus Graccouiēsibus: Vbi inter pugnandū omnis captiuorum multitudo diffugiens, in propinquas siluas se recepit, superati tamē sunt pauci a multis: Wlodimirus palatinus Gracco: cum suis a Thartaris, uerū strage suorum Thartari perculsi, per siluā Stremech in Russiā recesserunt. Et in supplementum accersitis plurimis Thartaris, cū fremitu & ira in poloniā redierunt. Et quia maximū habuerunt exercitum, ad Sandomiriā perueniētes, bifariā eum diuiserunt. Minorēq; exercitum in Lancicia, Siradiā, & Cuyauiā, cū principe Kaydano, destinarunt, qui nullo obice apparente, crudelissime illos districtus cœdibus atq; igne uastarunt. Et sanctmoniales monasterii Vithouien, præter tres, quæ in siluas fugerant, rabie barbarica occiderūt propter quod processu tēporis, moniales illius loci, in locū tutiorem, Graccouien dioces̄is translatæ sunt. Abbacia Busczeñ de Buszko in Vithow translata. Maior aūt Thartarorum exercitus, cuius ductor Bathi rex, & primus imperator Thartarorū fuit, uersus Graccouiā, omnem transitui propinquā cœde &

Tartarorū crudelitas in Polonia.

Poloni a Tartaris cœsi.

Abacia Buszeñ in withow translata.

cœde & incendio peruastans, iuit. Occurrunt ergo ei in uilla Chmyelik pro pe oppidū Szidlow, Wlodimirus Palatinus, Clemēs Castellanus, Gracco: Pacoslaus palatinus, Iacobus Racziborouicz Castellanus Sandomirieñ, cū nobilibus & militibus Graccouiæ & Sandomirieñ. Et facto conflictu cū una Thartarorū turma: Ipsaq; attrita, pedem referente, & ad alterā præstantio/ rem turmā sese diuertēte. Poloni certamine priori fessi, pauci a plurimis, ad/ uerso pectore confossi ceciderunt, reliqui uero in fugam conuersi, per itinera nota euaserunt. Ceciderūt in eo conflictu desiderati Cristinus Sulkouicz de Myeduiedz, Nicolaus Vithouicz, Albertus Stampocicz, Zementa, Gra/ nibina, Sulislaus, milites strennui, & alii plures ualidi. Ex quorum strage, tā tus pauor irrepsit, ut alii in alias regiones fugerent, agrestes uero cū pignori bus & pecoribus, in paludes & siluas & inuia se conderent. Sed & Boleslaus pudicus, dux Graccouiæ & Sandomiriæ cū Grzimislawa matre, & Kinga coniuge sua, primum uersus Hungariā in castrū Prenini de prope oppidum Sādecz. Postea uero in Morauiā ad monasterium ordinis Cistercieñ effugit. Thartari autē post cladem apud Chmyelik peractā, Graccouiā in die cineꝝ uenerunt. Et eam uacuam hominibus inuenientes (omnes siquidē in abdita diffugerant) in ecclesias & domos incendio seuierunt. Ecclesiam uero sancti Andreæ, tunc extra muros Gracco: extātem, uallantes, oppugnabāt, expu gnare tamen non ualuerunt, quoniā pluribus polonis magna ui & fortitudi/ ne, se & sua illic defendentibus, custodiebatur, cœpto irrito, recesserūt. Et in Wratislauiā perrexerunt, quā similiter ut Graccouiā desertatam habitato/ ribus, sed & conflagratā habitationibus reperientes (Ciues etem Wratisla: pauore cōsternati, fere omnibus relictis, præcios ioribus dumtaxat festine ra/ ptis) fugam inierunt, quod gentes ducis Henrici uidentes. Descenderunt & opes cū uictualibus in arcem inducentes, urbē cum tectis eius flāmis exusse/ runt, Thartari in urbe nil reperientes, castrum uallarunt, & post aliquot di/ es obsidionē soluentes (ut aiunt orationibus & lachrymis Ceslai, Prioris or/ dinis prædicatorum, & fratrū eius in castrum admissorū depulsi) recesserūt Interim feria secunda paschæ Thartaris qui Cuyauiā uastauerūt superueni/ entibus, simul iuncti in Legniczam profecti sunt. Dux etem Henricus secū/ dus, sanctæ Heduigis filius, per illud tempus, ibi tā nobiles q̄ agrestes ma/ ioris poloniæ & Sleziæ collegerat. Aduenerant & principes cum suis militi/ bus, Myeczlaus Kazimirides dux Oppolieñ, Boleslaus filius Dipoldi mar/ chionis Morauiæ expulsi, qui Szepiolka cognominatus est. Et Pompo de Hosterno magister Cruciferorum de Prussia cū fratribus sui ordinis. Insuper & cruce signati plures. Cūq; ex oppido Legniceñ agmina duceret, & ea obe quitaret, lapis de summitate ecclesiæ beatæ Mariæ decidit, parumq; abfuit, quin caput ducis Henrici non dirupit, quod reuera infaustum omen fuit. Su burbana itaq; oppidi Legniceñ prætergressus, quattuor acies instruxit & or dinauit. Primum de cruce signatis uoluntariis, & de aurifossoribus oppidi Goltberk, aliisq; peregrinis militibus. Hāc Boleslaus Szepiolka filius mar/ chionis Morauiæ educebat. Altera acies militum Graccouiæ, & maioris Po/ loniæ fuit. Huic Sulislaū fratrē Wlodimiri olim Palatini Graccouiæ circa

Chmielik

Polonorum al tera clades.

Thartari Grac couiam accepe runt.

Tarthari wra/ tislauiam acce perunt.

Chmielik occisi præfecit: Terciam aciem, in qua erāt milites Oppolieñ, & Pompo magister Prussiæ cū fratribus & militia sua, Myeczlaus dux Oppo lieñ gubernauit. Quartā, ex præstātioribus militibus Sleziæ & maioris Po/ loniæ, ac præcio conductis militibus, Henricus dux regebat. Totidem erāt Thartarorū agmina, sed robore & frequentia pugnatorum præstantiora, Ita ut unū agmen eorum, omnia polonorū agmina excederet. In campo igitur q̄ bonus cāpus dicitur, porrecto & in oīes ptes lato, uterq; exercit⁹ ; idus Apri: alias feria secūda post octauas paschæ cōuenit. Primūq; e cruce signa torum & aurifossorū exercitus cū Thartaris magno impetu congressus, ue/ lut teneræ aristæ a grādine percussæ, a sagittis Thartaricis obtritus est. De/ inde duo agmina sub gubernatione Sulislai militis, & Myeczlai ducis Op/ polieñ consistentia, pugnam cum tribus Thartarorū agminibus ingressi, ua lidam in Thartaros stragē ædiderūt, ita ut pedem referrent, & fugam inirēt Quidam autē celerrimo cursu, circa utrumq; exercitum discurrens, terribili uoce clamauit, Byegaycze Byegaycze, quod sonat currite currite. Polonis terrorē incutiens, quam uocem Myeczlaus dux Oppolieñ audiens, deserto prælio fugit, & secū magnam partem militū traxit. Quod uidens dux Hen/ ricus ingemiscēs dixit. Gorze sze nam stalo. i. peius & molestę nobis accidit Indicansq; suam quartā aciē fortissimorū militum, tres acies Thartarorum a duabus aci bus Polonorū dissectas, prostrauit, & in fugā conuertit. Quar ta autē acies Thartarorū, & maior omniū cum suo rege Bathi, superueniēs horribili impetu bellum instaurauit, quod acerrimum inter utroscq; durauit. Magnaq; ex parte, Thartaris cœsis, & in fugam spectantibus, quidā Thar/ tarorū uexillifer, ualde magnū uexillum ferens, in quo chi littera græca de/ picta erat talis X, & in summitate hastilis, imago teterrimi & nigerrimi colo ris cum barba prolixa, cœpit incantādo, fortiter caput imaginis quatere. Ex quo illico fumus & nebula horrēdi & intollerabilis fœtoris in Polonos diffu sa est, ut pene exanimari, & inualidi ad bellandū redderentur. Clamore itaq; horrendo eleuato, in Polonos Thartaricus exercitus cōuersus, acies eorum quæ interim integre erāt, dirupit, & eas magna strage affecit. In qua dux Bo leslaus filius marchionis Morauiæ Szepiolka dict⁹, & Pōpo magister Cru/ ciferorum de Prussia, cum multis insignibus militibus occisi sunt. Dux uero Henricus corona a Thartaris circūfusus est, ut a tergo & fronte cœderetur. Iamq; ad extremum circa eū, non nisi quattuor milites uersabantur, Sulisla us frater olim Wlodimiri palatini Gracco:, Clemens palatinus Glogouieñ Conradus Cwirathouicz, & Ioannes Iwanouicz, quāta potuerunt, ui & co/ natu principem Henricū ex prælio educentes, ad fugiendū disponebant, se. I ducis equus sauciatus subsistebat. Thartari igitur ueloci cursu cōsequutum cū tribus præfatis militibus, quarto Ioanne Iwanouicz, ab eis segregato, ual lauerunt, cū quibus aliquāto tempore decertābat. Ioannes uero Iwanouicz equū recētem a Roscislao aulico ducali receptum, pene ratis hostiū cuneis, duci administrauit, quo ascenso dux, Ioannem Iwanouicz, uiam per medios hostes ei parantem, sequebatur. Ipsoq; in cursu uulnerato & euadente, dux Hēricus intercipitur, & tercio circūuallatur, dumq; audacissime cōtra Thar

m taros

Horrenda cla/ des Polonorū & Theutonum ex Thartaris ac cepta.

Bathi Thartaro rū impator.

Vexilliferi fas/ cinatio.

Henricus dux a Tartaris occisus.

taros dimicaret, & manu sinistra eleuata Thartaꝝ sibi obuiũ feriret, ab altero Thartaro, lãcea sub ascella trãsfixus, ex equo demisso brachio, moribundus defluxit, quẽ Thartari ingẽti strepitu inconditarũ uocũ facto, capiũt, & extra locũ certaminis, quãtum esset geminatus balistæ iactus pertractũ, fratrea caput absciderunt, corpusq; insignibus omnibus despoliatũ, nudũ reliquerunt. Occisa est in eo prælio multitudo nobiliũ Poloniæ, Inter quos clari & insignes fuerunt Sulislaus, frater Wlodimiri Palatini Gracco: Clemẽs palatinus Glogouieñ, Cõradus Cũrathouicz, Stephanus de Virbna, & Andreas filius eius, Clemens filius Andreæ de Pelcznicza, Thomas Piotrkouicz, Petrus Kusza, & pleriq; alii. Hanc cladem uniuersam beata Heduigis quæ cum sororibus ex Trzebnicza in Crosna fugerat, per spiritũ hora qua acciderat cognoscens. Adleydi sanctimoniali reuelauit. Ioannes Iwanouicz, fugiens cum duobus suis armigeris, iunctus est Luczmãno militi duos similiter familiares habenti. Et dum in quodam rure, uno miliari a loco prælii distãte, a nouem Thartaris consequeretur, quis duodecim uulneribus esset cõfossus, octo ex illis occidit, & nonum pro captiuo reseruauit. Postea ordinẽ prædicatorum ingressus, deuote domino cœli, a quo protectus erat, famulabatur. Corpus ducis Henrici, post cladẽ ex sexto digito sinistri pedis uix cognitum & repertum. Per Annam coniugem ipsius, in medio chori ecclesiæ sancti Iacobi apud fratres minores Wratislauiæ sepultũ est. Pomponis uero magistri Prussiæ, & militum insigniorũ supra expræssorũ, in eodem monasterio sancti Iacobi Wratislauiæ. corpora tumulata sunt. Boleslai autem filii marchionis Morauiæ funus, in Lubeusz in choro conuersorũ humatum est. Super cætera corpora fideliũ in loco prælii sepulta, ecclesia in hanc diẽ durans constructa est. Maxima uictoria de duce Henrico & Polonis, Thartari potiti, lectis spoliis, unicuiq; interemptorũ unã auriculam absciderũt, & nouem saccos grandes, ad sciendũ numerum occisorum, repleuerunt. Ducis autẽ Henrici capite in longiori hasta erecto ad castrum Legnicza, Oppidũ enim metu Thartarorũ exustum fuerat, applicuerunt. Mandantes ut duce eorum occiso: castrum eis aperirent. Castrensibus conuenienter respondentibus, q̃ pro uno duce occiso, plures duces filios occisi haberent. Illi uero circa Legnicz uillis uastatis & incensis, In Othmuchow se receperũt, ubi quindecim diebus statiua continuãdo, omnem regionem per circuitũ uastauerunt. Exinde Rathiborieñ oram adeuntes in Bolesiszko, octo diebus commorati in Morauiã secesserunt, & Venceslao rege Bohemiæ, in castris se continente eam plusq̃ uno mense incendiis & cœdibus uastauerunt. Ab Olomuncz septimis castris in hungariam peruenerũt, eamq; crudelissime prope duos annos afflixerunt, regem Hũgariæ Belam quartũ, cum fratre eius Colomãno prope fluuium Cziszam miserabiliter fuderunt, & persequuti sunt, totũ uero regnũ Hungariæ ex utraq; parte Danubii, simul Slauoniã, Bosnam, Rasciam, & Bulgariam, miserabilius, quia usq; ad internitionẽ deuastarunt, finaliterq; in Scithiã sedes patrias redierũt. Refert alia Polonoꝝ historia, Et cõcordat cum Rogerio in tractatu de destructione Hungariæ per Thartaros q; Bathi rex Thartarorũ, non in Polonia fuit, ut præmissa asserit Chronica.

Pompo sextus Magister prussiç occisus.

Bolesiaus marchio Morauiç occisus.

Copia auriculanum.

Tartarorum in Hungaria crudelitas.

Sed cum

Sed cum in Hungariam contenderet, & ex Russia intrare Hungariã properaret, partem sui exercitus cum principe nomine Peta, ad uastãdum Poloniam misit, qui ut prædictum crudeliter afflixit, & eam desertauit: Principẽq; ipsius Henricum nomine suo exercitu deleuit, quod ex tempore lucidius claret. Nam Bathi per montanam portã ex Russia in hungariam fracta, potẽtia comitis regni hungariæ, ad custodiendũ eandem portã per regem locati, duodecima Marcii intrauit, & ãte dominicam Palmarum exurendo usq; ad Pest aduersus regẽ uenit, retrocedensq;, & rege Bela eum insequente, hungaricum exercitum circumdando, interfecit & dispersit. Hoc autẽ tempore ante dominicã palmarũ, Peta de Graccouia in Wratislauiã perrexit. Bathi autẽ in duobus regnis sub eodẽ tẽpore esse nõ potuit. Item narrante eadem historia Bathi (fugiente rege Bela faciem eius) suis principibus regnũ Hungariæ diuisit, uocans ex Morauia Petam, ad sortiendũ portionem Hungariæ, quod post expulsionem regis Belæ quarti fuit. Item Cadan alter princeps Thartarorũ, quem poloni Kaydanũ uocant, per siluas & Comauiã ac p̃ fluuium Sereth, eodem tempore cũ Bathi partem orientalem Hungariæ quã Almani inhabitabãt, introiuit, & eam destruxit. Non ergo in quadragesima poloniã ipse, aut Bathi uastauit, sed princeps Peta. Ne autẽ rei ueritatẽ nesciisse uideamur, utrãq; historiã tetigimus, & legentibus obiecimus, ut eam a libi ex integro si uoluerint, legant. Potentia Thartarorũ cum qua Hungariam ingressi sunt, fuit quinquies centum milia pugnatorum.

Peta Thartarorum princeps.

Cadan Tartarorũ princeps.

CAPVT XXXIX.

ANno domini. M. ducen: trigesimo nono. Conradus dux Mazouiæ castrũ Bydgostieñ suo Swatopelcone duce Pomeraniæ recuperat. In cuius ultionẽ præfatus Swatopelk cũ exercitu terrã Cuyauiæ ingressus, tumultuarie eam deuastauit, oppidũ Iuni, Wladislauieñ cum pluribus uillis exussit. Item castrũ Sãthok per polonos negligenter custoditũ, per Saxones interceptum est. Item Villebrandus Archiepiscopus Maydeburgeñ castrũ Lubusz obsedit. Asserensq; suæ ecclesiæ perpetuo, per Henricũ quartũ imperatorẽ donatũ esse, olim per eũ acquisitũ & sub Boleslao Crziuousti expugnatum. Hẽricus uero dux maioris poloniæ & Slesiæ sanctæ Heduigis filius, cum fortꝰ exercitu super eum ueniens, gentes ipsius dispersit, & cum plurimorũ occisione in turpem fugã conuertit. Pompo magister Cruciferorũ Prussiæ, post deletionẽ suarum copiarũ a Prutenis, noua manu collecta, castrum Balgam sub Prutenis conquisiuit. Barbari uero Pruteni reaquirendo castrum. In circuitu duo castra uidelicet, Portegal & Shrandin erexerunt, & intantum gentes magistri afflixerunt, ut se cum castro potestati Barbarorum subiicere cogitarent, nisi Otho dux de Brunsuik, cum noua militia superueniẽs Barbaros repulisset, & castra in circuitu edificata expugnasset. Monasteriũ fratrũ minorum in Thorun, sub titulo sanctæ Mariæ uirginis, eodem anno domini. M. ducen: trigesimo nono, erexit, & areã ad inhabitãdũ fratribus, Pompo magister Prussiæ assignauit. Anno dñi. M. ducen: quadragesimo, monasteriũ fratrum minorũ sancti Iacobi apostoli in Wratisla: dux Hẽricus secũdus erexit, quod Anna relicta eius

Henricus contra archiepiscopum maydburgensem.

Monasterium fratrũ minorũ in Thorun, aliud in wratislauia.

(ipso pro fidei defensione per Thartaros occiso) ad plenum consumauit, & in eius ecclesia ducem & maritū suum sepulturæ cōmendauit. Sub eodē tē/pore frater Wolquinus ordinem suū, qui dicebatur ordo militū Christi, cū ordine Cruciferorū Prussiæ nigræ crucis uniuit. Et eodem anno in congressu cum Lithuanis habito, cum quinquaginta fratribus & multis aliis pugnato ribus interficitur. Post commendabilem ac strennuum Henrici secūdi Grac/couieñ maioris Poloniæ & Slesiæ ducis, per Thartaros occisi, obitum. Baro nes minoris poloniæ qui cladi superfuerūt, Boleslao caluo filio primogeni/to præfati ducis Henrici se subiecerunt, quod egre ferens Conradus dux Ma zouiæ, cum filiis suis Boleslao, Kazimiro, & Semouito, ac gentibus eorum & cum pluribus aliis auxiliaribus uenit, ut cū militibus Pomeraniæ p Swā/topelconē missis, cū Prutenis quoq; & Lithuanis, mercede conductis. Et ter ras Gracco: Sādomirieñ, ac Lublineñ, omnesq; arces & munitiones earum occupauit. Boleslaus uero caluus, dum cū gētibus suis & Theutonicis Grac couiā accederet, iniuriam rescissurus. Conrado Mazouiæ cum ualidiori ex/ercitu superueniente, pugnæ se non cōmittens, recessit. Clemēs ergo de Rus/cza, palatinus Gracco: nullum auxilium a Boleslao caluo habens, Cōrado duci Mazouiæ, ipsum in Skala oppugnanti, se subiecit. Incēsoq; castro Ska la, Conradus dux, castrum per eum Graccouiæ iuxta ecclesiā cathedralem erectum, funditus disiici præcepit. Statimq; plenā possessionem nactus, gra ues uniuersis exactiones imposuit. Nedum agrestibus, aut ciuibus, uerum & militibus, atq; sacerdotibus, ad edificationē quoq; nouorū castrorum atq; an tiquorū instaurationē, passim omnes compulit. Quapropter clamor & uox tribulatorū ascendit, q; post miseras Thartarorū clades, miserabilius & gra uius a propriis opprimerentur. Missisq; extemplo in hungariā & Morauiā crebris nunciis, Boleslaum pudicum quærebant, & ut afflictæ patriæ subue niret, tanq; heredem reducere satagebāt, qui non est reuersus, nisi anno domi ni. M. ducen: quadragesimo tercio. In maiori autē polonia Barones & nobi/les, specialiter Bogumilus, Dirszicraius, Palatinus Posnanienſis, Cecundus Gneznen̄, Thomas Posnanieñ, Castellani. Domaradus iudex Posnanieñ, p/tesi principatum ducis Boleslai calui filii Henrici per Thartaros occisi, pro/pter oppressiones maiorū Polonorū, & exaltationes Theutonicorū, Prze/mislaum & Boleslaum filios ducis Wladislai Othonis, in dominos & here des naturales acciuerunt, qui unicū castrum Vscze possidebāt. Nam sub eis alte; cast; Nakel Swātopelk auūculus eo; dux Pomeraniæ interceperat, omniaq; castra & munitiones præfatis suis principibus Przemislao & Bo/leslao, nec nō castrum Przemanth post eius expugnationem, maiores poloni præsentarunt & obtulerunt. Quibus Boleslaus caluus non restitit, sed affini tatē iungens, germanā suam Elizabeth nomine Boleslao duci Kalisieñ co/pulauit. In Prussia uero Swātopelcus princeps Pomeraniæ, uir callidus & uafer, cernens Cruciferos per Conradū ducem Mazouiæ uocatos, in immē/sum creuisse, & castra ac munitiones plurimas locasse, Prutenosq; sibi subie/ctos ad baptisma coegisse. Cœpit uehemēter expaueſcere. Ne sicut ipse do/lo Pomeraniā sub Leskone albo acquisiuit, eadem mensura metiendo, a Cru

Boleslaus caluus.

Polonia a Boles/lao caluo defe/cerunt.

ciferis

ciferis quādoq; exueretur & e Pomerania expelleretur. Hac itaq; occasione omnes Prutenos tam neophitas q̄ gentiles sibi conciliat, & idolatrie ritus ne pharios reassumere psuadet. Edictoq; certo tpe, omnes christianos in Prus/sia tā Polonos q̄ Almanos interemit. Castraq; singula Cruciferoꝝ, ui & ex/pugnatione Prutenorum, præter Balgam & Elbing conquirit. Nec ea per Gwilhelmū Mutinensem Episcopū, Innocētii pape quarti legatum, aucto/ritate sedis apostolicæ monitus resignauit, quinimo collecta manu Pomera norum & Prutenorum, totā terram Chelmeñ. uehementer attriuit & uasta uit, præter tria castra Thorun, Chelm, & Radzin, quæ acqrere non potuit. In uniusq; anni spacio, quod Thartarorum rabies non attigit, Prutenorum barbaries deleuit.

Prutēni idolatriā reassumūt

CAPVT XL.

SEd redeamus ad Boleslaū pudicū. Anno dñi. M. ducentesimo quadragesimotercio. Intelligens Conradus dux Mazouiæ, Bo/leslaum pudicum, cum nonnullis militibus reuersurū. Indicit cō/uētionem Baronibus Graccouieñ & Sandomirieñ, apud Scar/bimirien oppidum, quasi ad prouidendū rebus publicis tercio kalendas Iulii celebrandā. Vbi omnibus conueniētibus, ex occulta maliuolētia prius cōce pta, dat signū suis militibus. Et captiuati sunt Przibislaus Vawszriczouicz Vitek Byenyouicz, Andreas Sulconis de Myedzuiedz, Nicolaus Iaszko, Sadek de Chodcza, & alii plures, uinctiq; & in Mazouiā ducti, ergastulis inclusi sūt, & q̄si post duos mēses, prima die Augusti q̄ est sancti Petri ad uin cula, diuina cōmiseratione, fractis compedibus, sub intempeste noctis caligi/ne, omnes euaserunt. Clemens uero palatinus Graccouie: de domo & familia Griffonū, qui cū fratribus suis, Sulcone, Theodoro & aliis de medio capti/uantium in Hungariā fugerat, audita solutione captiuorū reuersus est, & si/mul iuncti, tam arcem q̄ ciuitatē Gracco: eiectis ducis Conradi præsidibus obtinuerunt. Aduenientēq; Boleslaū pudicum cum sorte sua Kinga, tanq̄ he redem & dominum cōnaturalem cum magno plausu, Prandotha episcopo Graccouieñ persuadente, in ducē assumpserunt. Quo rumore Cōradus dux Mazouiæ excitus, cum multis gentibus uersus Graccouiā uenit, Boleslaoq; pudico copiā pugnādi non faciente, & sola mænia defendente. Dux Conra/dus Mazouiæ incastellatis ecclesiis, sancti Andreæ extra muros Gracco: & sancti Georgii in arce Gracco:, fossatisq; factis, cū exercitu in Mazouiā dis/cessit. Post cuius discessū Bogutha præses incastellatiōis ecclesiæ. s. Andreæ (miles hic Gracco: erat) ipsam ecclesiā Boleslao pudico reddidit, & omnis hostilitas circa Graccouiā āmota est. Itaq; Cōradus dux Mazouiæ, Myecz laū ducem Oppolieñ desertorē, Hērici ducis Wratislauiæ per Thartaros occisi, in sui præsidiū uocauit, uocauit & Przemislaū ducē Posnanieñ, Lith uanosq; & Iaczuingos. Et cum ipsis filioq; suo duce Kazimiro, terram San/domirieñ ingressus est. Quibus Boleslaus pudicus, cū militibus Graccouien sibus & Sandomirieñ, cum Clemente palatino Gracco: & Floriano palati/no Sandomirieñ, & quibusdam Hungarorū militibus in Suchdol occurrit, propicianteq; deo, exercitū Conradi numero & robore superiorē, confregit

Conradi dolus

Mira victorū liberatio.

Boleslaus pudi cus reacceptus.

Conradus au/xilia petit.

Conradus a Boleslao victꝰ

m 3 & dispersit

& diſperſit. Dúceſq; præfatos in turpem fugã ægit. Ex qua pugna exercit⁹ ducis Boleſlai, præda uariarũ nationũ ditatus eſt. Duxq; Boleſlaus pudicus cæteras munitiones, quæ pro Conrado principe Mazouiæ tenebãtur, ui accepit. Poſt hunc triumphũ milites Gracco: iterũ Boleſlaum pudicũ Prandotha Epiſcopo Gracco: diuina ſolenniter in eccleſia Gracco: agente, in ſuum dominum aſſumpſerũt & intronizarunt. Conradus autẽ dux Mazouiæ cladem in Suchdol acceptam ultum iri cupiens, Lithuanos, Prutenos & Iaczuingos ordinauit, qui in copioſa multitudine ingreſſi, terram Lublineñ uaſtauerũt, eam more barbarico uſq; ad fluuium Iſtulam, cũ diſtrictu Szeczechouieñ, & Lukouieñ infeſtãdo, hoies utriuſq; ſexus cũ numeroſis pecoribus abegerũt. In Prandothã uero Epiſcopum Gracco: quia Boleſlao pudico adherebat, præfatus Conradus dux Mazouiæ ſuos armigeros miſit, & curias epiſcopales Tharſeñ, quæ nunc Bodzanineñ appellatur, Kelceñ & Cuneouieñ primum expilatas, cum uillis ipſarũ incendit, & prædam in Mazouiã intulit, propter quod Prandotha Epiſcopus Gracco: eum auctoritate propria anathematiſauit. Cuius p ceſſus Fulco Archiepiſ: Gnezneñ in ſinodo Lancicieñ confirmauit, & in ſingulis eccleſiis denũciare mandauit. Verũ Cõradus eodem anno. M. ducen: quadrageſimo quarto, mala additurã malis, terram Graccoui: cum exercitu ingreſſus, nouas munitiones erexit, quas eo diſcedente, milites Gracco: expugnauerũt, ſed Conradus rediens, iterum eas expugnauit, & aliquas diruit, tot & tantis malis non ſaciatus Conradus dux Mazouiæ, contra Boleſlaum pudicũ nepotẽ ſuum, ulceratum gerẽs animũ. Anno domini. M. ducen: quadrage: ſexto, cũ Lithuanis & gentibus propriis terras eius inuaſit. Cui Boleſlaus pudicus, cum militibus Gracco: & Sãdomirieñ in Zarziſſow, alias in Iaroſzin occurrens, diro marte conflixit. Et a multitudine ſuperatus, pluribuſq; militibus Gracco: aut occiſis aut captis, Boleſlaus pudicus fuga elapſus eſt. Conrado prædam acceptã in Mazouiã referente, Et ſine mora in terrã Graccoui: cũ filio ſuo Kazimiro Cuyauiæ & Lanciciæ duce. Item cũ Myeczlao Oppolieñ duce genero ſuo, redeunte, caſtra tria, unũ in faucibus Rudauẽ, ubi Iſtula ingreditur. Aliud ſupra ripam prope monaſterium Thinyecz, extruxit. Et hæc duo ſuis militibus commiſit. Tercium in Lelow, & illud Myeczlao Oppolieñ duci genero ſuo in adminiſtrationẽ dedit, Sed Conrado in Mazouiã diuertẽte, Boleſlaus pudicus caſtra prope Thinyecz, & in ora Rudawe expugnauit. Terciũ uero in Lelow paũlopoſt Myeczlao duce Oppolienſi mortuo, illico Boleſlao pudico redditũ eſt. O q̃ miſera condicio minoris poloniæ ſub illo tempore fuit, Sub eoq; tempore Pruteni Mazouiã irrumpentes, eam circa Czechanow uaſtauerunt, feſtine autẽ occurrentibus Mazouitis & Lancicienſibus, noningẽtos Prutenos occiderũt, alios uero aut captiuarunt, aut diſperſerũt. Lithuaniq; procurante Conrado Mazouiæ duce, ſilenti agmine in Oppatow oppidum Sandomirieñ uenientes, ipſum & uicinia eius ſpoliarunt. Mortuus eſt tandẽ deo uolente Cõradus dux Mazouiæ ætate maturus, nepotis ſui Boleſlai pudici iniuſtus oppreſſor. Et in eccleſia Ploceñ maiori ſepultus, ãno dñi quadrageſimo ſeptimo ſupra milleſimum ducenteſimum. Et reliquit duos filios, Kazimirum

Furor Conradi in Prandotã epiſcopũ Cracouienſem.

1246

ẽs Kazimirum & Semouitum. Boleſlaus ſiquidem tercius filius, breui patrem ſequutus, morte abſumptus eſt.

CAPVT XLI.

ANno dñi. M. ducẽ: quadrage: tercio, Caſtrũ Zartauicza Theodricus Marſalcus Cruciferoꝝ de Pruſſia, cum uiginti uiris dumtaxat, in uigilia ſanctæ Barbaræ, nocte ſcalis appoſitis, intercepit, & quinquaginta uiros in eodẽ caſtro reptos (cum eis a medio noctis uſq; ad ortum ſolis certando) partim occidit, partim in deditionẽ accepit. Accepit & theſauꝝ cum reliquo depoſito. Sed & caput ſãctæ Barbaræ uirginis aſportauit, quod Kazimirus tercius rex poloniæ, de Thorun in Gedanum tranſferri conceſſit, ubi in hanc diem cõſeruatur, & a multis deuotis atq; peregrinis ueneratur. Swatopelcus intellecta caſtri ſui Zarthauicza occupatione, fultus Pruſſorum ſuffragio, ipſum obſidione cinxit, & cũ reliq̃ medietate exercit⁹, in Chelmeñ terrã deſcẽdit. Et per Theodricũ Marſalcum, ac per Kazimirum ducem Cuyauiæ filium Cõradi ducis Mazouiæ uictus, utriſq; caſtris eſt exutus. Vocatoq; in auxilium Przemiſlao duce maioris poloniæ, idem Theodricus marſalcus, & Kazimirus dux Cuyauiæ, potentiis unitis, caſtrum Viſſegrad in Pomerania ſitum expugnauerunt, & terrã Pomeraniæ flammis & uaſtatione afflixerunt. Ex inde ad caſtrũ Nakel proceſſerunt, quod illico Pomerani, dumtaxat uitam cum paucis rebus pacti, Przemiſlao & Boleſlao ducib⁹ maioris poloniæ tradiderũt, qm̃ ſub his ducibus Swatopelk, ipſum interceperat. Eodẽ anno a præfatis ducibus poloniæ Przemiſlao & Boleſlao caſtꝝ Zbąſſin cõſtructum eſt. Veritus Swatopelk, ne unita potentia polonoꝝ & Cruciferoꝝ, de Pomerania expellere⁊tur, concordiam cum Cruciferis iniit, & in obſides filium ſuum Meſtwinum alias Mſczugium, & Veyat comitem Vimarumq; Burgrabiũ dedit. Cruciferi autẽ omnes captiuos Swatopelconi reddiderũt. Caſtrum uero Zartauicza nequaq̃ reddere uoluerũt, propterquod in ãno ſequẽti Swatopelcus iuramenta temerãdo, & pacta uiolando, cũ Lithuanis, Prutenis, ac Iaczwingis uenit, & terrã Culmenſem horribili cœde & incendio affecit. Quos Cruciferis inſequẽtibus, cum eſſent impares uiribus, placuit Theodrico ãtiquo Marſalco, ultimam medietatem exercitus ex iniquis locis inuadere. Prima medietate lacum trãſgreſſa, at Berlwinus nouus Marſalcus, a fronte inuadendos cenſuit & inuaſit. Swatopelcus uero paucitate Cruciferorum conſpecta, ad paludem quæ Renſzin dicitur, cum eis conflixit, & omnes trucidando, una cum Marſalco deleuit, uix uiginti uiris effugientibus. Similiter exercitum anxiliarem ex Thorun uenientem, uicit & proſtrauit, uictoreſq; ſpoliis interfectorũ ouantes potiti ſunt. Exhilaratus Swatopelcus de ſuorũ uictoria, clandeſtine ad Remkam aduocatũ & ciues Culmenſes miſit, ut irrumpentes caſtrũ Culmẽſe, quod licebat eis quottidie ingredi, filium ipſius Mſczugium cum cæteris obſidibus ſoluerent, præmiis potituri promiſſis, quod Ioannes ſeruus Cruciferorũ in prælio uulneratus intelligens, traditionem prodidit. Quare Capitaneus Chelmeñ, Remkam aduocatum cum ciuibus caſtrum ingredi prohibuit. Obſides quoq; nocte uinctos in caſtrũ Zar

Caſtrum zartawicza capitur.

Swatopelkus victus.

thauiczā misit. Furens ergo Swatopelcus dolos suos detectos esse, clādesti
ne p appræciatos pecunia, Culmeñ ciuitatē & Zarthauiczā cōflagrare p
curauit. Ipse uero cum Lithuanorū, Prutenorū, & Iaczuingorū multitudine
Terrę Cuyauiæ uastatio magesma. terram Cuyauiæ uniuersam miserabiliter per incendia & stragē barbaricā
uastauit. Eo q; Kazimirus dux Cuyauiæ omnes expeditiones cum Crucife/
ris obibat. Dum autē Swatopelcus sæpenumero castri Zarthauicza & fi/
Swatopelci filius austriā ducitur lii recuperationē requireret, Cruciferi denegarunt, & filium eius per triginta
armigeros, quos illis dux Austriæ miserat, in Austriam transmiserunt. Hoc
cognito Swatopelcus, ad ripam Istulæ in terra Culmeñ castrū Zantir edifi
cauit, nullam nauem inspoliatā relinquens. Aliud castrū Swyecze appella/
tum, ad fluenta Istulæ in terra Pomeraniæ edificare cœpit. Kazimirus uero
dux Cuyauiæ, & Pompo magister Cruciferorū ueniētes in nauibus, castrum
Castrū Puttirburgk erigitur Putirburk e regione Swyecze construxerunt, & multa in destructionē nouo
rum castroꝝ Swatopelconis machinantes irrito discesserunt. Swatopelcus
ergo occasione præbita, Swyecze consumauit, & Zantir militibus roborā/
do, utrumq; uictualibus impleuit. Anno autem domini .M. ducentesi: qua/
dragesimo quinto, Kazimirus dux Cuyauiæ & Lanciciæ, Magister Pompo
& Cruciferi cum eo, Hēricus Lichterstein, & Druseliff pincerna Friderici du
cis Austriæ, nonnulliq; & pauci cruce signati, qui ex Austria uenerant, ordi/
natis aciebus Pomeraniā ingressi, rependendo uicissitudinē uastationis ter/
Pomeranię uastatio. rarum Chelmeñ & Cuyauieñ, Pomeraniā ipsam nouem diebus exurentes,
prædam, Swatopelcone nō resistēte, sed auxilia prussoꝝ præstolante dedu
cebant. Quibus uenientibus insequutus est, & eos a fronte & tergo inuasit,
facileq; Henricū Lichterstein, & Druseliff fudit & fugauit, Nec Druseliff fu
gam sistere uoluit (tanq; miles Australis) nisi in Thorun, tamē duce Kazimi/
ro & Cruciferis acerrime cum Swatopelcone pugnantibus, & neutra parte
pedem referente. Henricus Lichterstein cū suis reuenit, & exercitum Swato
pelconis a tergo inuasit. Moxq; exercitus Swatopelconis contritus est, mil/
le quingentis occisis, cæteris captis, aut fuga dilapsis.

CAPVT XIII.

ANno domini. M. ducente: quadragesimo tercio, Przemislaus &
Boleslaus germani, duces maioris poloniæ, cum Helinga matre
ipsorū, de consensu Fulconis Archiepiscopi Gneznen & sui Ca
pituli, contulerunt ordini & conuentui sepulchri dominici Hie/
rosolimitani Miechouieñ hospitale sancti Ioānis in Gnezna, statuendo ut in
eo singulæ miserabiles & languidæ personæ, & aliqui scolares, expensis ma
gistri seu præpositi præfatæ domus, fouerentur. Eodem anno. M. ducentesi:
S. Heduigis mors. quadragesimo tercio, septimo idus Octobris. Beata Heduigis ducis Henri/
ci cum barba, sanctitate & prosapia illustris, relicta, uita functa est. Et in mo
nasterio Trzebnicien humata. Hæc per ānos uiginti octo omnem illecebrā
carnis uitando, cœlibem uitam duxit. Anno domini. M. ducē: quadra: quar
to, Cōradus dux Mazouiæ, monasterium & ecclesiā sanctæ trinitatis in sub
urbio ciuitatis Ploceñ fūdauit. Illicq; fratres prædicatores de domo sanctæ
trinitatis Graccouieñ locauit & introduxit. Item eodem ānō quadragesimo

quarto

quarto, supra millesimū ducentesimum, Fratres prædicatores Przemislaus
dux maioris poloniæ cū fratre Boleslao & consensu Boguphali ātistitis Pos
nanieñ, de Srodka in ciuitatem Posnanieñ, ad ecclesiam parrochialem sācti
Gothardi transtulit. In cuius recompensam præfatus dux, ius patronatus ec
clesiæ sancti Adalberti Episcopo Posnanieñ contulit. Daniel dux Kiouieñ,
sciens terram Lublineñ uastatione Lithuanorū & Iaczwingorū nequitia Cō
radi ducis Mazouiæ desertatam, contra Boleslaum pudicum subordinato
rum, uenit exercitualiter, & tā ciuitatē q̄ arcem Lublineñ accepit, turrimq;
rotūdam ex coctis lateribus cū circuitu in summitate in medio castri, & pro
pugnacula cū fossis & uallis profundis mira celeritate edificauit, uniuersam
terram sibi appropriādo & parere cogendo, anno Christi domini. M. ducen:
quadrage: quarto. Pruteni Ploceñ ciuitatem cū territorio Mazouiæ in pro/ Pruteni Mazouiam ingressi.
ximo ei adiacente, uastauerunt. Anno domini. M. ducente: quadrage: tercio.
Item anno sequēti Pruteni equæstri exercitu, terras Mazouiæ, Swatopelco
ne Pomeraniæ ad hoc illos pellicente, intrauerunt (quoniam Conradus dux
Mazouiæ cum suis militibus in expugnatione terræ Gracco: tunc uersaba
tur) spoliisq;, cœdibus, & incēdiis oppida & rura replentes, discesserūt. An
no dñi. M. du: qua: quarto, Boleslaus caluus, & Henricus, filii Henrici ducis
Wratisla: a Thartaris occisi, paternum ducatū diuidentes. Boleslaus Wra
tislauieñ, Henricus Legniceñ sortem accepit. Verū Boleslaus caluus pœnitē
tia ductus, putans Legniceñ portionem fore pinguiorē, per cōmutationē Le
gniceñ portionem accepit. De Wtatislauieñ Henrico fratri cedens. Supere
rāt bini fratres eorū Conradus & Wladislaus litteris operam dantes. Et eq
dem Wladislaus Archiepiscopus Zalczburgeñ factus, ducatū Wratisla/
uieñ qui eū contingebat, Henrico fratri integrū reliquit. Cōradus uero cum
fuisset subdiaconus, & in Bambergeñ Episcopum breui promouendus, fasti
diens Episcopatū & studium deserens, sortem Legnicen quæ ipsum contin/
gebat, a Boleslao caluo expetebat. A qua exclusus, ad Henricum alterum
fratrem se contulit. Ob hoc Boleslaus sortem Wratisla: pacificam repete/
bat. Conductisq; prācio Saxonibus & cæteris Theuthonicis, terram uasta
uit, & ciuitatem Wratis: prima & altera obsidione obsedit. Cumq; nil pros
pere gessisset, in Legniczam redeuntem, proprii Barones ipsum captiuarūt
Postea sponsione de nō nocendo recepta, dimissus, captiuationem ultum iri
uolens, castra Theutonis locauit, & Archiepiscopo Maydenburgeñ castrū
Lubusch donauit, propterea Przemislaus dux Posnanieñsis suam germanā in
uxorē habēs, ipsū tanq; delirātē captiuauit, & honeste seruauit. Anno Chri
sti. M. ducen: quadragesi: quinto, Barones maioris poloniæ, liuore acti, prin Polonorum pa
cipes suos Przemislaum & Boleslaum rogarunt, ut libertates ecclesiarum ticio:
Gneznen & Posnanieñ, iura ducalia & specialiter de moneta cudenda, per
Wladislaum Othonis parentē eorū concessa, rescinderent & cassarēt. Qui
nullis præcibus aut instātiis fracti. Priuilegia in honorē dei & ecclesiarum li Principum cō
bertatem emanata, non uiolarūt, sed confirmarunt & innouarūt, in consq; stantia.
ciuitatū & castellorum præconū uoce obseruanda publicauerunt.

Frater Aſcelinus legatus wratiſlauiam venit.

ANno domini quadrageſimo ſexto, ſupra mille: ducente: per Bohemiã in Wratiſlauiã, frater Aſcelinus ordinis prædicatorũ, cũ pluribus fratribus eiuſdem & alioꝝ ordinum, uenit. Exceptuſqꝫ & ueneratus eſt a Boleſlao Sleſiæ & Wratiſlauiæ duce. Exinde tranſiens, ad Lanciciam peruenit, a Conrado duce Mazouiæ cum ſuis recollectus & hoſpitatus. De hinc ad Graccouiam deductus, a Boleſlao pudico, a genitriceqꝫ eius Grzimiſlawa, & a Prandotha ordinario loci, benigne ſuſcepti & habiti ſunt, pluribus pellibus ſubtilibus ꝓuiſi, ſupra id quod proprio ære emere potuerunt, qñ principes Thartarorũ ſine munere adire nephas eſt. Tulit aũt fortuna ut eſſet apud Boleſlaum pudicũ principẽ Graccouiæ atqꝫ Sandomiriæ, Vaſilco princeps Ruſſiæ, nepos matris ſuæ, huic itaqꝫ cõmendati, in Ruſſiã per ipſum deducti ſunt. Ad Kiouiam uero aduenientes equos pro cõdicione terrarũ Thartarorũ ualentes acquiſierunt, qui pedibus aquã & pabulum ſub niuibus ſibi quærerẽt, tandem ex Kiow procedentes, plures duces Thartarorum pertranſierunt. Donec ad Cham ſeu imperatorẽ Thartarorũ applicuerunt. Cui legatione domini papæ Innocencii quarti, qui ex Lugdunenſi cõſilio eos illuc miſerat, expoſita, ut deum uniuerſorum agnoſceret atqꝫ coleret, & eum quẽ miſit Ieſum Chriſtũ, utqꝫ gentem chriſtianam crudeli nece, quẽadmodum in Polonia, Hungaria, & Morauia fecit, nõ perderet, poſtulauerũt. Et accepto reſponſo, qꝫ Cham per quinquẽnium gentem chriſtianã non inuaderet, per eandem uiam ad dominum Apoſtolicũ cũ litteris imperatoris Thartarorũ redierunt. Habes in ſpeculo hiſtoriali Vincencii libro trigeſimo ſecundo hãc hiſtoriã, quam caute legas neceſſe eſt, quoniã in aliquibus ſuperſticioſa eſt. Anno quo ſupra, ſcilicet. M. ducen: quadrageſimo ſexto, per Graccouiã in Pruſſiã & Pomeraniam, Opizo Abbas de Meſzano, ſedis apoſtolicæ legatus, ex Lugduneñ concilio per Innocencium quartum miſſus, trãſiit. Qui Swatopelconẽ Pomeraniæ ducem per Epiſcopũ Madeñ ſedis apoſtolicæ nũcium anathematizatum, ſumpto ab eo iuramẽto, qꝫ de cætero cũ Prutenis & Barbaris, conſortia contra chriſtianos nõ ageret, abſoluit. Danielem aũt Drohicieñ & Kiouieñ principem inter principes Ruſſiæ potentiorẽ, rogantem & pollicentẽ ſe cum omnibus Ruſſorũ terris, græco ritu derelicto, in obedientiã & cõmunionem eccleſiæ Romanæ trãſiturum. præfatus legatus Opizo anno eodẽ. M. ducẽ: quadrageſimo ſexto, in regem ſuper Ruſſiã in caſtro coronauit & inũxit, quod omnes pontifices poloniæ diſſuadebãt, ſcientes ducis Danielis fidem uafram & fluxã, ueluti poſtea compertũ eſt. Anno domini. M. ducen: quadrage: ſeptimo, Przemiſlaus & Boleſlaus maioris poloniæ duces, terrarũ maioris Poloniæ inter ſe talẽ diuiſionẽ celebrarũt. Przemiſlaus natu maior, terras Gneznenſi & Poſnanienſi, cum eorũ caſtris & appenditiis accepit. Boleſlaus uero ducatũ Caliſſieñ a fluuio Przoſna uſqꝫ ad Przemant, caſtro Przemant etiã incluſo, ab inde uſqꝫ ad fluuiũ Vartam & Moſzinã. Item ad paludẽ Sepno, & fluuium Obra. Appoſitũqꝫ eſt anathema, per Boguphalum Poſnanieñ epiſcopum in uiolatorẽ huiuſmodi diuiſionis, quæ tamẽ depoſt fuit uiolata. Et quiã in ſorte Boleſlai ducis Kaliſſieñ monaſterũ Ladenſe ad fluuiũ Vartа ſitum,

Graccouiæ a Boleſlao & Prandotha ſuſcipitur.

Legationẽ Tartarorum imperatori exponit.

Reditus Aſcelini ad papã Innocentium.

Opizo papæ legatus Swãtopelconem anathemate liberat.

Daniel in regẽ Ruſſię coronat.

Diuiſio terrarũ Poloniæ maioris.

ta ſitum, Kazimirus dux Cuyauieñ & Lancicieñ occupauerat. Filius Conradi ducis Mazouiæ, præfatus dux Boleſlaus eodẽ anno depulſo præſidio ducis Kazimiri, & uniuerſis propugnaculis diſiectis, locum monachis reſtituit Eodem anno. M. ducen: quadrageſimo ſeptimo, ſuper Odrã uouum caſtrũ Copaniczam Boleſlaus dux Legniceñ edificauit, repetens maioris Poloniæ ducatum, quem pater ſuus tenuerat. Sed Przemiſlaus & Boleſlaus maioris poloniæ duces, exercitualiter egreſſi, cũ eo ante pugnam compoſuerunt, & caſtro Copanicza demolito, caſtra Santok, Myedzirzecz & Dzbaſſin pro bono pacis ei aſſignauerũt. Vnum autẽ caſtrum ex prædictis Santok, Barwin dux Kaſſubitarum obſedit, prætendens ipſum ſui iuris eſſe. Przemiſlaus autẽ dux Gnezneñ & Poſnanieñ feſtinus cum gentibus ſuis accurrẽs, caſtrenſibus obſidione fatigatis, ſuccurrit. Accelerante autẽ & Boleſlao Legniceñ cuius caſtrum erat, Barwin eorum potẽtiam ueritus, nocte diſceſſit, nec amplius redire ſtatuit, pro quo beneficio Boleſlaus Legniceñ commendata ducis Przemiſlai probitate, caſtrum Santok perpetua largitione ſibi reddidit. Anno præexpreſſo 1247. mortuo Popone altero magiſtro Cruciferoꝝ Pruſſiæ, tercius magiſter Henricus de Vita electus eſt. Is caſtrum Criſtburg in terra Pomeraniæ extruxit, uolens frenare temerarios auſus Swatopelconis. Verũ Swatopelk explorato tẽpore oportuno, caſtrum Criſtburg nocte intercepit, & occiſo Cruciferorum præſidio, ſuum illi impoſuit. Inſuper cõpoſitiõe pacis uiolata, Swatopelk plures ex Cruciferis circa Golub, partim extinxit, partim captiuauit. Et cum manu Barbarorũ, terrã Cuyauiæ irrumpens, eam ferro & igni uaſtauit, non parcens etiam fœminis & pueris. Eo autem Cuyauiam uaſtãte, Henricus magiſter Cruciferoꝝ, aliud caſtrũ e regione Criſtburg erexèrat. Ad quod expugnãdum, Swatopelk exercitum cum curribus & propugnaculis miſit. Quem Cruciferi ſuperarunt, & in fugã conuerterunt, potiti ſpoliis rebuſqꝫ plurimis, eam cladem Swatopelk ulturus, nouo exercitu compàrato, partem eius ad laceſſendũ uerſus Criſtburg miſit qui a Cruciferis uicti, fugientes ad ſtatiua Swatopelconis tam incõditas uoces ædiderũt, qꝫ exercitum Swatopelconis terruerunt, ut ſtatiuis ac tabernaculis derelictis, præcipitanter trãs ripam Iſtulæ fugerent, nõnullis ab undis Iſtulæ abſorptis. Quo facto, exercitus Cruciferoꝝ in Pomeraniã deſcendẽs grauem uaſtationem per ignes ac cœdes intulit. Sub hoc tempore monaſterium de Oliua in horreis, equis, & pecoribus, extreme damnatum eſt.

Caſtrũ Copanicza erigitur.

Secundus magiſter Cruciferorum moritur. Electio tercij Magiſtri Cruciferorum. Caſtrum criſtburgk edificat

Monaſterium Oliua deſtructum.

CAPVT XLIIII.

COnrado Mazouiæ duce morte ſublato, pax eſt reddita terris maioris poloniæ Graccouieñ, Sãdomirieñ, & Lublineñ. Thronus uero Boleſlai pudici extunc polonorũ monarchæ firmatus eſt, hoſte & infeſtiſſimo ipſius aduerſario e uita cadẽte. Cœpitqꝫ dux Boleſlaus pudicꝰ una cum beatæ uitæ, Prandotha Gracco: antiſtite, ꝑ canoniſatione beatiſſimi Staniſlai Epiſcopi Gracco: laborare, & eam prout inferius dicetur adiuuit. Ad peticionem autẽ Belæ regis Hũgariæ ſoceri ſui cum gentibus pedeſtrium & equæſtrium in ſuo comitatu habens. Danielem ducem Ruſſiæ cum auxiliis Ruthenorũ, anno domini. M. ducente: quinqua

geſimo

Boleſlai pudici thronus firmatus.

Oppauien̄ terr̄ę duplex inuasio.

gesimo tercio, Morauiā & districtum Oppauien̄ intrauit. Factisq; incēndiis ac spoliis, cum multitudine captiuoꝝ in poloniam rediit, & Rutheni in Russiam. In sequēti quoq; anno præfatus Boleslaus pudicus dux Graccoui: & Sandomirien̄, cum Wladislao Oppolien̄ & Rathiborien̄ duce, & cum Ruthenorū exercitu, terrā Oppauien̄, pro eo q̄ a Premislao cognominato Otocarus, postea rege Bohemiæ, esset occupata, hostiliter ingressus, totā flāmis & cœdibus uastauit, & cum præda hominum atq; pecorū fœlix remeauit: Et cum terræ Graccoui: & Sandomirien̄, inter alias terras poloniæ desiderata pace gauderent. Ecce ingens Thartaroꝝ exercitus, ex multis legionibus conflatus, & per gentes Ruthenoꝝ ac Lithuanorum adauctus cum ducibus Thartarorum, Nogay, & Thelebuga, post festum sancti Andreæ anno domini. M. ducen: quinquagesimo nono, in terrā Sandomirien̄ aduenit, trāsienscq; per glacies concretas fluuii Istulæ, ciuitatem Sandomirien̄ incendit, & eam cum ecclesiis conflagrauit. Castrum quoq; in quod uniuersa Sādomirien̄sium regio cum uxoribus, pignoribus, & fortunis confugerat, cinxit, & illud nocte ac interdiu oppugnauit, sed cum nō præualuisset. Vasilko dux, germanus Danielis, insup Leo & Romanus filii Danielis regis Russiæ ad Petrum de Crampa Sandomiri: Capitaneum miserunt, ut potius humiliatus tributum imponendū, securus pendat, q̄ arcem & qui in eam confluxerunt omnes perdat. Credidit Petrus de Crampa, dolositatis & fraudis Ruthenorum expers atq; ignarus. Factaq; treuga pacis cum Sbigneo germano suo & insignioribus militibus, e castro descendit, & in statiua Thartarorū per duces Ruthenorum deductus est, ubi tāmetsi Thartaroꝝ duces adorasset, & tributum pensurū se promitteret, tamē Thartari fide uiolata, eum cū omnibus suis captiuarunt, spoliatosq; & uerberatos, ad ultimum capite cœsos, obtruncarunt: Cum ualido deinde concursu & clamore ad castrum inuecti, omnes crudeli supplicio (uirginibus dumtaxat ac ingenuis mulieribus ꝓ explenda libidine seruatis) truculentissime enecarunt. Fluxitq; sanguis occisorum de colle arcis, tanq̄ quidā riuulus in Istulam. Alios uero homines occidere fastidientes, tanq̄ gregē cumulatos in Istulam ad submergendū impulerunt, rebus deinde castri omnibus potiti, ipsum incenderunt. Effusiq; e Sādomiria Thartari, ducatum præbentibus Ruthenis, in Graccouiam aduenerunt, & eam uacuam habitatoribus reperientes (omnes siquidē in arcē Graccouiensem confugerāt) in tecta & ualitudinarios seuierūt, tribusq; mensibus grassati, nullam resistentiam passi (dux eteñ Boleslaus pudicus cum Kinga coniuge in Hungariam, tantæ multitudini resistere nequiens, fugerat) cū in gēti præda & maiori cœde, q̄ priori ingressu & strage, apud Chmielik & Legniczam factam, onusti in Thartariā reuersi sunt. Quod malum dum Boleslaus pudicus, & Prandotha, ecclesiæ Graccouiensis pontifex, Alexandro papæ quarto, per nūcios Bodzantham Decanū, & Albertum Canonicum Graccouiēsem ad illum missos, declarassent, uisitantibus ecclesiam sanctæ Mariæ Sādomirien̄ (quoniā illic in ecclesia & cimiterio corpora occisorum per Thartaros, sepulta sunt) parem indulgentiam, quā habet ecclesia sanctæ Mariæ ad martyres de urbe, concessit. Hanc indulgentiā merentur & prosequentur

Polonia minor a Tartaris ꝑstata.

Ruthenorum; fraus.

Magna sanguinis effusio.

Tartharorū ingressus vsq; ad Legnitz factus

Nunciatur clades pape.

sequentur poloni & peregrini quotannis ecclesiam Sandomirien̄, secūda Iunii uisitantes, & eam, magnas indulgentias appellantes. Deinceps anno sequenti ualidus exercitus Thartarorum subito ueniēs, Sandomiria conquisita, magnam multitudinem hominū, utriusq; sexus barbarica seuicia trucidauit. Aliosq; more pecorū in Istulam pulsos, undis suffocauit, & per Graccouiā usq; in Bithom prædam ægit, monasterium Zauichosten̄ & Calui montis uastauit, & duobus mensibus integris in polonia debachatus, factis multis incēdiis, cū maxima præda ad propria reuersus est. Duce Boleslao Graccoi: in Hungariā secedente, Prandotha Episcopo Graccouiensi in castro Rathiborien̄si cōmorante, cæteris magnificis & nobilibus in arcibus, aut siluis degentibus. Hāc Thartarorū uastationem induxisse culpatus est dux Kazimirus Cuyauiæ. Quem propterea duces poloniæ multis cōtumeliis ut infra dicetur affecerunt. Ne autem barbari, tam frequenti incursu, terras Boleslai pudici inuaderent. Cū omnibus copiis suis circa Zauichost contractis, ipse dux Boleslaus pudicus, anno domini. M. ducen: sexagesimo quarto, composito agmine incedens, Iaczwingis bellum intulit, quibus decimo kalendas Iulii cum principe eorū Comath, propere & lete occurrētibus. Pugna conserta est, & alteris in alteros cœca & obstinata mente ruētibus, æquis uiribus a liquot horis præliatum est, tandem acie Iaczwingorum succumbente, & Comath principe eorū a polonis pugionibus confosso, ad extremū cœsi & obtriti sunt. Omniscq; natio Iaczwingorū eo bello (quoniam pedem referre nec unq̄ pugnam etiā iniquam detrectare uoluit) deleta est, ut pauci agrestes supstites esset. Extunc & in tēporibus nostris Lithuanis cōiuncti, sic q; nomen Iaczwingoꝝ perrarum & paucis notum extet. Horum relliquias Boleslaus pudicus fidem Christi profiteri iussit, detractātes uero capite mulctari. Supplicauit etiam dux Boleslaus pudicus, Alexādro papæ quarto, ut pro Neophitis, gētis illius. Episcopum institueret, quod & concessit, & Archiepisco po Gnezneñ sup ea re scripsit. In effectū tamen nō cernimus fuisse deductū.

Boleslaus pudicꝰ Iaczwinx bellum parat.

Iaczwingi victi.

CAPVT XLV.

REpræssis autē & extinctis Iaczwingis, Ruthenorū bellum surrexit. Rutheni siquidē anno domini. M. ducen: sexagesimo quinto, frequenti & magno exercitu duce Swarnone collecti, Sandomirien̄ districtum depopulantes, rapinis & incendiis afflixerunt quos Barones Sandomirien̄, duce Boleslao nō cōsulto acialiter cōgregati, ꝑ agros sparsim palantes & uastātes fuderunt & interimerunt. Et omnes rapinas recuperātes, castro eorum potiti sunt. Hanc iniuriam, & alias dux Boleslaus pudicus rescissurus, anno sequēti scilicet. M. ducen: sexagesimo sexto Petrū palatinum Gracco:, cum copiis circa Ropczycze collectis, in terram Swarnonis misit, quo secundas statiuas agente, feria sexta quæ fuit decimaoctaua mensis Iunii, in loco Pyetha appellato, dux Swarno cum magno Ruthenorum & Thartarorum exercitu aduenit, haud lōge a Polonis locato. In crastino autē quæ fuit dies sabbati sanctorum Geruasii & Prothasii martyrum (in quo die superioribus ānis Romanus dux Russiæ potentia polonorū circa Zauichost contritus fuit) infestis animis occurrerunt, acies Ruthenoꝝ

Ruthenī bellū repetunt.

Swarno eorū dux.

& polonorum, maximaq; strages in Ruthenis ædita est. Ita ut ad ultimum Swarno ad fugam prosiliret, deinde Rutheni eum sequuti passim in fugam uersi sunt. Et poloni adepta uictoria, duobus diebus in loco certaminis commorati. Post hoc totam terram Swarnonis depopulati sunt, multiplicemq; uariæ suppellectilis prædam referentes, in poloniam ouantes redierũt. Hæc clades Ruthenos adeo domuit, ut terras polonorũ pluribus ãnis contingere non auderent. Anno antẽ domini. M. ducen: septuagesimo tercio, Conueniẽtib⁹ in Oppauia, Przemislao rege Bohemiæ ex una, & Boleslao pudico duce Gracco: & Sãdomiriæ ex altera partibus. Quum Przemislaus districtũ Oppauiæ, legitime ad se deuolutũ per Myeczlai Oppolieñ ducis mortem, testamento sibi legatum assereret. Et Boleslaus pudicus portionem terrarum regni Poloniæ ab origine tẽtam & appropriatam esse affirmaret. Nol letq; alter alteri cœdere, Barones cõmunes & consiliarii eorum per sufferentias pacis, in ãnos uiginti huiusmodi quæstionẽ suspenderũt decidendam. Interim dum hæc fierent, Paulus Episcopus Gracco: cum nonnullis militibus, Boleslao pudico rebellaturi, ad Wladislaum Oppolieñ ducem, præcantes ut ipsum potius in dominum, q̃ Boleslaũ, & quẽ designauit successorem Lestkonẽ nigrum haberent. Nec abnuit dux Wladislaus suscipiendos. Occurrente autẽ exercitu Boleslai pudici ex aulicis & nobilibus, qui ipsum sequebantur. In Bogehim uilla monachorum, die Veneris, quarto nonas Iunii, duro certamine, cum potentia Pauli Episcopi Gracco: & nobilibus eum sequẽtibus, conflixerunt, pluribusq; interfectis, militibus Boleslai uictoria cessit, licet non incruẽta. Bona ergo rebellium singula dux Boleslaus, aut usibus suis, aut uictoribus distribuendo confiscauit. Prima autẽ die mensis Iulii eiusdẽ anni, subito in graui exercitu Lithuani, Pruteni, & Samagittæ, in terrã Lublinensem descenderunt, & maiorem partẽ eius incẽdiis & strage uastauerũt spoliaq; abduxerunt. Insimulatus est Paulus episcopus Gracco: hãc miserabilem cladem in ultionẽ eorum, qui in Bogehim ceciderũt duci Boleslao pudico subordinasse. Hic namq; Paulus grauitate pontificali obmissa, pro concubina moniali de lapide Mariæ, alias de claustro Skala uiolenter abstracta abutebatur, uenationes per se tractauit. Cum Lithuanis polonorũ hostibus ut a Boleslao pudico securior esset, affinitates & connubia iũxit. Ecclesiã suam Grac: perraro ad diuina peragenda uisitauit, cũ assuetis rapto aut furto uiuere, conuentus habuit. Quare cũ in monasterio sanctæ trinitatis in Gracouia esset, uox de aere lapsa insonuit. Ve tibi Paule Episcope, melius esset, si natus non fuisses. Quidam autẽ relligiosus per quietẽ, lupum anterioribus pedibus erectis, humana uoce exclamasse uidit. Ve tibi Paule episcope, quoniã cœpisti & occidisti. Qua relatione plurimum contritus, in cubiculo solitarius planxit, donec audiuit. Ne timeas, inquit, Paule Episcope, age quod bonum est, septimo ãno moriturus. Sed hæc hactenus. Boleslaus pudicus ciuili bello attritus, Lithuanis resistere nõ ualuit. Lestko uero, & Cõradus Cuyauiæ & Mazouiæ duces, pro terræ Lublineñ uastatione, terras Polessitarũ & Prutenoꝝ igne & spoliis & cœdibus, nullam resistentiã passi, depopulati sũt. Dux uero Boleslaus pudicus cum omnium suarum terrarum copiis, & cũ Boleslao

Polonorum in Ruthenis & Thartaris victoria.

Boleslao pio Kalissieñ, & Lestkone nigro Siradieñ ducibus, terrã Oppolienſẽ in festo sanctorũ Simonis & Iude ingressus, uicos, oppida, & suburbia ciuitatis Oppolieñ exussit, uastationẽ usq; ad Koszlye & Rathiboriam extendendo. Wladislao Oppolieñ copiã pugnandi non faciẽte, sed ex insidiis per agros palantes inuadente & obtruncante. In anno quoq; sequẽti, qui fuit millesimus ducente: septuagesimus quartus, utroq; duce Boleslao pudico Gracco: & Wladislao Oppolieñ minas spirãte, et armaturã contrahẽte. Boleslaus pius dux Kalissieñ per plures tractatus, redditis hinc inde captiuis & damnis compensatis, pacem inter eos cõposuit. Cumq; septẽ & triginta annis Boleslaus pudic⁹ regnasset, mortuus est, satis deuotus in Graccouia, die Solis septima Decembris, alias quarto idus Decembris, anni domini. M. ducen: septuagesimi noni, in monasterio sancti Francisci, quod ipse fundauit, in choro ad aquilonarẽ partem sub lapidib⁹ sectis, in altum eleuatis, sepultus Hic, princeps bonus, simplicis non fucati ingenii, sobrius & pius moribus, sed in decisione causarum uarius, & a corruptela munerum, parum abstinẽs uenationum sectator, a contactu fœminæ alienus, cœlebs & uirgo fuit. Ob quod mactæ uirtutis meritum, Boleslaus Pudicus, quod nulli principũ Poloniæ in hanc diem contigit, cognomen sortitus est. Nonullas ecclesias & monasteria fundauit, prout in incidentibus claruit & patebit. Kinga autem uirgo & relicta Boleslai pudici humato funere mariti, cum Ioheleth seu Helena Boleslai pii Kalissieñ ducis relicta, In ecclesia sãcti Frãcisci Graccouiæ ordinem sanctæ Claræ professæ, caput uelarũt, & in Cenobiũ sanctimonialĩ Sandeceñ abeuntes, residuam illic in bonis operibus ætatẽ contriuerũt.

Boleslaus pudicus terram Oppolieñ uastat.

Boleslai pudici mors.

Vnde pudicus dictus est.

Kinga & Helena mũdo abrenunciãt.

CAPVT XLVI.

Dicamus nunc euentus & cõtingentias ducum maioris Poloniæ, Slesiæ, Mazouiæ, & Pomeraniæ. Ab inicio monarchiæ Boleslai pudici usq; in finem eius, anno domini. M. ducen: quad: nono Przemislaus dux Posnanieñ irritata priori diuisione terrarum cũ Boleslao duce Kalissieñ germano suo facta. Proprio motu & sensu ab eo ducatum Kalissieñ recepit, & ei quæq; peiora & sterilia consignauit, scilicet, Gneznã, Bnin, Gredecz seu Gedcz, Nakel, Ostrow, Burchow, Czarnkow Vscze, & Srem. Adiecit insuper captiuationẽ ipsius, tanq̃ uitæ & principatui eius insidiaretur. Ob hoc merito a Fulcone Archiepiscopo Gnezneñ argutus est, donec in festo paschæ anni domini. M. ducen: quinquagesimi tercii eum a captiuitate absoluisset. Et reconciliatione facta, per medium eiusdem Archiepiscopi & Baronum, nouã principatuũ diuisionẽ fecit, tribuẽdo duci Boleslao Gneznam, Kalisz, Vielun, Sroda, Pisdri, Gedcz, Pobiedziszka, Bnin, & Biechow. Possidente duce Przemislao Posnaniam cum omnibus aliis pertinentiis maioris poloniæ. Ab eo tempore in fraterna dilectione concordes permanserunt. Captiuauerat & anno sequẽti Semouitũ ducem Mazouiæ, & Gertrudim uxorẽ eius. Kazimirus germanus ipsius dux Cuyauiæ Lanciciæ, & Siradiæ, & captiuos in Siradia detinuit. In Slesia autẽ Boleslaus caluus, dux Legniceñ, post duas expeditiones superioribus annis contra Henricum germanum suũ ducem Wratislauieñ factas. Adiecit terciam in

Semouitus cũ uxore captiuat

æstate anno Christi. M. ducente: quinquagesimo. Et a Wratislauia repulsus in Legniczam rediens, singula in ducatu Wratislauien̄ igne uastauit. Theutonici uero & prædones quibus stipendia nō soluit, in territoriis Legniceñ & Wratislauien̄ plura loca incastellauerant. Ipse quoq; Boleslaus caluus de omnibus equis & fortunis se exuit. Nec soluenda stipendia soluere potuit. Castrum Lubuceñ, Ioanni & Othoni Brandenburgeñ Marchionibus obligauit. Et ab eo tempore anno scilicet. M. ducente: quinquagesimo, districtus Lubuceñ cum castro, ad marchionatum Brādenburgeñ, a regno poloniæ iniuste alienatus transiit. (Illic in ecclesia sācti Petri sub castro Lubusz quiescit tumulatus Myeszko dux Polonus, cui⁹ fuit castrum Lubusz dum uiueret)

Boleslai infortunium.

Ad tantāq; ægestatē Boleslaus peruenit, ut frequentius pedibus iret, q̄ equo ueheretur, & iccirco faciliter a militibus Henrici fratris sui compræhensus, in uincula Wratislauiæ coniectus erat. Sed ad iussa Hērici fratris sui dimissus fuit. Oppida sortis suæ Zithawiam & Gerliczā subditis suis in grauibus summis obligauit. Hinkonem filium Mirzonis Castellani Crosneñ, spe exigende pecuniæ captiuauit, ac Germanis quorū consortio delectabatur, pecunia mulctādum dedit. Qua dere nobiles Poloni, Crosnense castrum, & oppidum Crosna, cum cæteris munitionibus, Conrado frarri & aduersario suo tradiderunt. Quod Boleslaus caluus dolens, Conradi fratri suo insidias ut captiuaretur & occideretur, tetendit. Conradus autem declinans insidias Boleslai, ad Przemislaum Posnanieñ & Kalissieñ ducem diuertit. Qui comiter eū excipiens & pascens, Boleslaum caluum Legniceñ, in Henricū Wratislauien̄ duces requisiuit, ut Conrado sortem paternam assignarent, & stipe aliena cum ludibrio suo & suorum eum uiuere non sinerent. Ipsis autē nolentibus & sese excusantibus, Przemislaus dux præfatus Posnanieñ & Kalissiensis cum equæstri & pedestri exercitu, habēs secum ducem Conradū, in ducatum Legniceñ intrauit, & castrum Bithom prope Glogouiam supra flumen Odram construxit, fossatisq; uallis & militibus muniens, ac duci Cōrado tradens mandauit, ut nō prius a uexatione ducatus Legniceñ cessaret, donec æqua per Boleslaum ei portio redderetur. Contigit eo tempore ut Boleslaus caluus incautius speculans exercitum Przemislai, ab eius militibus excubias agentibus caperetur, & in uincula per Przemislaum coniectus, cu-

Boleslaus Caluus captus & pecunia liberatus.

stodibus pecunia corruptis, euasit. Dux aūt Przemislaus Posnanieñ, Posniam reuersus, Salomeam sororē suam præfato duci Conrado desponsauit, & magnificas nuptias sub præsentia Fulconis Archiepiscopi Gnezneñ, Boguphali Episcopi Posnanieñ, & Baronum terrarum suarum celebrauit. Ibidem Thomā Castellanum Posnanieñ, Thomislaum pincernā, filiumq; eius Sanduogium, nobiles, de domo Nalancz, accepta cautione, q̄ sibi & Boleslao duci Gnezneñ fratri suo fideles & sinceros se præstarent, a uinculis absoluit. Captiuati siquidē ante tres annos fuerunt, quoniā accusati erāt Przemislaum & Boleslaū fratres de ducatibus maioris poloniæ eiiciendos conspirasse, & ad Boleslaum Legniceñ defecisse, ipsi ducatum maioris poloniæ tradituri. Barwin item dux inferioris Pomeraniæ, interim Przemislao bello Slesiæ implicato, castrum Drdzen compræhendit, quod post unius mensis

Barwin dux Pomeranię castrū Drdzen occupat.

spacium

spacium Przemislaus expugnans, milites pro eius defensione relictos, captiuauit, & bona eorum militibus suis in prædam dedit. Anno uero domini. M ducē: quinquagesimo quarto, Przemislaus Posnanieñ, Boleslaus Kalissieñ germani, & Conradus gener eorum, in districtū Wratislauien̄ dominii Henrici ingressi, spolia plurima circa Wratislauiā, Olesniczam, Trzebniczā, Siczow, Cyrequiczam, & alia loca intulerūt, eo q̄ dux Henricus fratri suo Conrado, neq; portione suam dabat, neq; apud Boleslaum Legniceñ, ut daretur, instabat. Insuper & pro summa quinquaginta marcarum argēti duci Przemislao debitarū. Ecclesiis tamē & monasteriis honos & debita libertas seruata est. Opizo aūt Abbas de Meszano sedis apostolicæ legat⁹, in Wratislauia cōmorans, Przemislaū ducem & terram ipsius Posnanieñ interdicto suppositum, lesum se & Apostolicam sedem asserens, quia eo præsente Wratislauien̄ districtus uastaretur, nūciis tamen Przemislai requisitus, & allegationibus cōuictus post appellationē ei intimatam, alias post uiginti sex dies interdicti, a die Veneris post dominicam Reminiscere, usq; ad diem Martis post dominicam Iudica computatis interdictum relaxauit. Eodem anno dux Conradus de castro Bithom Henricum ducem Wratislai germanum suum captiuauit, nec dimisit, donec obsides posuit, q̄ portionē suam a duce Boleslao Legniceñ repeteret, aut portionem ducatus Wratislai bona fide sibi præstaret propter quod duce Henrico Wratislauiensi instāte, in anno sequenti uidelicet. M. ducen: quinquagesimo quinto. Cōuentione ducis Boleslai Legniceñ & Henrici Wratislai apud Glogouiā habita. Ex sententia Thomæ episcopi Wratislai & cōmunium Baronū, Boleslaus Legniceñ multipliciter detrectās atq; resistens duci Conrado portionē suæ sortis Glogouiam, cum attinentiis sere cōuictus tribuit, & dux Cōradus obsides duci Hērico Wratislai restituit.

Opizo legat⁹ Papæ interdictū ponit.

Conradus Hēricum germanum captiuat.

Concordia eorum ex restitutione.

CAPVT XLVII.

IN Pomerania quoq; anno domini. M. ducente: quinquagesimo quinto, Swatopelcus Pomeraniæ dux Msczugium filium suū olim apud Crucigeros Prussiæ obsidē, cū exercitu & nocte præcedēti in diem sancti Michaelis misit, castrum Nakel intercepit. Quod cum Przemislao duci Posnanensi, cuius castrum erat, nunciatū esset, obsidione castrum cinxit, habens secum Boleslaū Kalissieñ, & Kazimirum Cuyanieñ, Lancicieñ, & Siradieñ duces, habēs in auxilium mille milites Boleslai pudici Gracci: & Sandomirieñ. Semouiti uero Mazouiæ ducis octingentos. Non tamē cum tanto exercitu profecit, sed nouo castro e regione antiqui castri uersus occiduum locato. Ad prohibendū ingressum & egressum Pomeranorū de castro antiquo, soluta obsidione, discessit. Etiam & auxilia principum remisit. Vt autē expugnationem castri Nakel maturaret, Przemislaus cum ducibus Boleslaō Kalissieñ, & Kazimiro Cuyauiñ, nocturnis temporibus ad castrum Raczansz, quod a Swatopelcone tenebatur, āte lucem diei ueniens, oppugnauit, & uociferationibus præmissis, ignem iniecit, Castellani autē maximo pauore concussi, alii per medias flammas exiēntes in potestatem ducum uenerunt. Alii ab igne miserabiliter deuorati sunt. Castrum autē totū, præter cellaria & foueas conflagratione perit. Swatopel-

cus irritatus, ad Nakel in medio quadrageſimæ cum omni ſua potẽtia uenit & foſſato caſtri noui, lignis aridis ac pinoſis implens, cõflagrare nitebatur, Milites uero Przemiſlai igne adhibito. anteq̃ alia cõducerentur, omnes ſtru es iniectas exuſſerunt. Tandem caſtrum nouum expugnare cœpit, ubi occi/ ſis uiginti, & pluribus uulneratis expugnationem Swatopelk intermiſit, & ad Pomeraniã triſtis rediit. Et congregato nouo exercitu, uſus arte & aſtu, Dominica Rogationum, in montanis exercitũ in inſidiis collocauit, maneq; milites Swatopelconis ex caſtro Nakel iuxta præſignationem ipſius erum/ pentes, in certamen prouocarunt, milites polonorum de nouo caſtro & fuge re ſe ſimulantes abduxerũt, & ipſos ad inſidias perduxerunt. Swatopelcus etem cum ſuis a tergo conſurgẽs, & ex fuga a fronte conuerſi, uelut quaſdã uictimas in medio concluſas occiderunt, caſtrũ tamen non obtinuerunt. Ad ultimum Swatopelcus ad reconciliandum duci Przemiſlao, Poponem fra/ trem ordinis Cruciferorum ſubmiſit, Polonus hic erat, genere nobilis, natio/ ne Graccouita, per maternã lineam Przemiſlao ſanguine iunctus, & conuẽ tũ in uigilia ſancti Iacobi, apud uillã Eczinã agẽtes, auctoritate copromiſſi Popo ſic ſententiam pronunciauit. Swatopelcus craſtina die ſancti Iacobi, caſtrum Nakel iniuſte interceptum, nepoti ſuo duci Przemiſlao reſtituat, & omnes captiuos liberos dimittat. Przemiſlaus uero, pro expenſis & demoli tione caſtri Raczanſz, Swatopelconi quingentas marcas argenti, in certis terminis ſoluat, & interim obſides ponat. Qua pnunciatione ab utroq; prin cipe acceptata, reconciliatio facta eſt, caſtrum Nakel duci Przemiſlao reſi/ gnatum. Nouum uero demolitum, & nouem adoleſcentes nobiles pro obſi dibus ſcilicet Dirſcraius & Dobrogoſtius filii Vincẽcii, Wlodimirus Pran dothæ, Iacobus Boguphali de Czirnelin, Ianuſſius Dobieſſouicz de Pnyew Samſon Gnyeuomirouicz, Derſlaus Iareczeuicz, Mroczko Przeczſlauicz & Sandwogius Sbiluthouicz, Swatopelconi dati ſunt, quouſq; quingẽtæ marcæ argenti effectualiter ei ſoluerẽtur. Redeamus nũc ad Sleſiam, Boleſ/ laus dux Legniceñ ſeuus appellatus, Thomam Epiſcopum Wratiſ: uirum ætate & uite laudabilẽ, in Gorka prædio Abbatis da arena, dum illic eccle/ ſiam conſecraturus adueniſſet, in nocte effractis hoſtiis, die ſexta Octobris: anni Chriſti. M. ducen: quinquageſimi ſexti captiuauit, & Theutonici com/ plices ducis Boleſlai quos in Sleſiam induxerat, conſilio eorum utens, cogni to q; Thomas Epiſcopus uſum equitandi non haberet, eum in equum tro/ tantem unica camiſiola in qua dormierat tectũ, tranſpoſuerũt, latrunculus aũt quidam ex Theutonicis, uiſa nuditate Epiſcopi, & ſtridore dentium præ frigore, miſertus illius, eum ueſte ſua uirgulata & ocreis antiquis induit. De ductum aũt Pontificem in Vlay caſtrũ, cum Boguphalo Prepoſito, & He/ cardo Canonico Wratiſ: quibuſcum captus erat, in carcerẽ & uincula idem Boleſlaus ſeuus coniecit. Donec decimas manipulares in fertones cõmuta/ ret, ac decem milia marcarum ſolueret. Diſſimulauit & ſilencio hãc rem trã ſiit. A Capitulo Wratiſ: requiſitus dux Henricus dux Wratiſ: Sed nõ diſſi mulauit Fulco Archiepiſcopus Gneznẽñ, qui celerrime Epiſcopis prouinci alibus Lanciciæ conuocatis, Boleſlaum ducem Legnicẽſem cũ dioceſi Wra tiſlauienſi

Swatopelkus ſine victoria Pomeraniã regreſſus.

Stratagema.

Popo ſenten/ ciã concordię profert.

Obſides dati nomine.

Thomas epiſ/ copus wratiſl: captiuatus.

A Theutonis in Vlay ducit.

tiſlauienſi interdicto ſuppoſuit. Mittenſq; ad Alexãdrum papam quartũ, in mandatis accepit, ut Boleſlaus ſeuus cum complicibus facinoris interdicere tur, quoaduſq; Chriſtos domini relaxaret. Superuenit & aliud mandatum a poſtolicũ, poſt accuſationẽ proteruiæ ducis Boleſlai calui (qui interdictum tanq̃ ſtipulam reputans ex Vlay caſtro in Legniczam pontificem cum ſoda libus ipſius Prepoſito Boguphalo, & Canonico Hecardo tranſferens, ſepa ratim quẽq; ſqualoribus carceris afflictis addens afflictionem deputauit & coniecit) ut Archiepiſcopus Gnezneñ & Maydenburgeñ cum eorũ ſuffra/ ganeis, in Germania & Polonia crucem contra ſeuum Boleſlaum & eius ſu biectos prædicarent, quod nõ cernitur cõtinuatũ, qa iã in feſto Paſchæ anni dñi. M. ducen: quinquageſi: ſeptimi pacificatus, a uinculis ſolutus erat. In uniuerſa dioceſi Wratiſlauieñ, capitulo ſuo Wratiſlauieñ, & metropolita/ no ſuo Archiepiſcopo Gnezneñ irrequiſitus, cõmutationem decimarũ mani pularium in fertones, & duorum miliu marcarũ argenti ſolutionẽ, ultra pã/ nos ſarlaticos a Boguphalo Prepoſito. & Hecardo Canonico exactos, po li citus, medietateq; pecuniæ ſoluta de reſidua medietate ſoluẽda, tranſmuta/ tione decimarũ manipulariũ in fertones non reuocanda, obſides filios nobili um & ſcultetorum ſuorũ poſuerat, cum conſortibus captiuitatis Prepoſito & Canonico, ut præmiſſum eſt in feſto Paſchæ liberatos. Originale autẽ lit/ terarũ Apoſtolicarũ ad prædicandũ crucem contra Boleſlaum ſeuũ Legni/ ceñ, apud eccleſiam beatæ Mariæ Sandomiriæ habetur, quarũ inicio eſt ta/ le. Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei, Venerabilibus fratribus Achie/ piſcopis Gnezneñ & Maydenburgeñ eorumq; ſuffraganeis ſalutem & apo ſtolicã be: Non abſq; multa cordis amaritudine iamdudum accepimus. Finis earundẽ, Datũ Laterani tercio kalẽ: Aprilis, pontificatus noſtri ãno tercio.

Fulconis inter/ dictum cui ſup additũ apoſto licum.

Crucẽ ſignati a papa contra Boleſlaum de/ creti.

Liberatio eorũ

Originale pro cruce ſignatis.

CAPVT XLVII.

ANno uero natiuitatis domini. M. ducen: quinquageſimo ſexto. Adiecit & aliud facinus malignum Boleſlaus dux Legniceñ eo dem ãno, in germano ſuo Cõrado duce Glogouieñ patrandum Inuitauit ſiquidem ipſum ad conuiuandũ, reuera autẽ ad capti/ uandum, quod perſentiens dux Conradus, plures pro numero ſecũ in Legni czam tranſiens aſſumpſit, & maiori parte eorũ in ſilua proxima Legniczæ relicta, cum expedita aliorum manu in caſtrũ Legnicenſe peruenit. A Boleſ/ lao ut uidebatur benigne exceptus. Et anteq̃ ad ſuperna per gradus aſcẽde/ ret, uidens Theutonicos Boleſlai milites turres & menia occupaſſe, Boleſla/ um ſeuum captiuauit, ac extra portam caſtri, anteq̃ milites Boleſlai deſcen diſſent, ad eos qui in ſilua operiebãtur, deportauit, & abinde in Glogouiam deductum, arctæ cuſtodiæ deputauit. Nec dimiſit donec qui Thomam Epiſ copum Wratiſ: deprædatus fuerat, de omni pecunia ab eo data & dãda de/ prædaretur, exegit namq; ab eo totam prædictam pecuniarũ ſummam. Su btracto item ex humanis Przemiſlao duce Poſnanienſi (de cuius obitu infra dicetur) Boleſlaus germanus eius, dux Gnezneñ & Kaliſſieñ cum gentibus ſuis, & præfati Przemiſlai ducis ut præferatur mortui. Habens ſecum Var ciſlaum Boguphali Slauiæ & Kaſſubiæ ducem, quo cum cõfœderatus erat

Conradus fra/ tris dolũ ſuo uitat.

kazimiri ducis fraus promissionis.

contra Kazimirum ducem Kuyauieñ, Lancicieñ, & Siradieñ, anno domini M. ducen: quinquagesimo octauo Cuyauiam inuasit, & Iunislauiam obsedit & oppugnauit. Causa erat quia prælibatus Kazimirus dux Cuyauiensis Castellaniam Landeñ in hereditate ducis Boleslai aliquot annis iniuste occupauerat. Kazimirus autē cernens se haud parem Boleslao missis caduceatoribus, sub certis condicionibus reddere Castellaniam Landeñ promisit. Boleslao autē credente & obsidionem soluēte, nil eorum quæ promiserat adimpleuit, quinimo sequenti anno cum exercitu quasi duorum milium militum, terram Kalissieñ clandestine ingressus, in ea deseuit. Boleslaus autē dux Kalissieñ cum de hoc certior factus fuisset, de itinere quod in Posnaniam continuabat reuersus, cum suis dumtaxat curiēsibus, & triginta militibus in transitu collectis, ac agrestibus quibus pecus ereptum fuit, ipsum ducem Kazimirū pecus agentem in nemore pinoso dicto Solecz inter Opatow Archiepiscopalem & Kalinam, alias Clamā militarem, uillas situato, consequutus est.

kazimiri exercitus meticulositas.

Postremisq; aciebus disturbatis, primi quum fortem & numerosum exercitum Boleslai existimarent, terga uerterūt, referebant eñ se tāto pauore correptos, ut circa singulas nemoris arbores, ingentes hostiles copias arbitrarē tur consistere. Excussa est ergo & reddita agrestibus præda, militesq; ducis Boleslai tricētis equis & spoliis sunt potiti. Non quieuit Kazimirus dux Cuyauiēsis hac clade perturbatus, sed cum adiutorio ducis Swatopelci Pomeraniæ, erecto nouo castro in oppido Pakoscz, ad ducem Boleslaum pertinēte, uicinam oram spoliis infestauit, tot & tantis iniuriis Boleslaus dux Kalissiensis prouocatus, uenit sexta die Octobris in terram Lancicieñ cum Boleslao pudico Graccc: & Sandomirieñ, Ruthenoq; ac Cumanorum habente præsidia. Cum Semouito Mazouiæ germano eiusdē Kazimiri, Cuyauieñ ducis, habente secum Romanum filium Danielis regis Russiæ cum exercitu Ruthenorum, ducibus & patruis suis Kazimirū ducem Cuyauieñ uelut publicam pestem persequentibus, & tam incēdiis q̄ spoliis ac cœdibus in miserabilem solitudinem eam uastauerunt. Castroq; in illa edificato atq; munito, illud in fidem & potestatem Semouiti Mazouiæ ducis ad uastandum ulteriora tradiderunt. Humiliatus dux Kazimirus sufferētias pacis ad diem sancti Andreæ peciit. Et in præfato festo iuxta arbitrium communiū Baronum de castris & finibus occupatis se cessurum iureiurādo spopondit. Nec tamen cessit, sed iam alterum contractum & iuramētum perfregit, propter quod denuo Boleslaus dux Kalissieñ circa festum sancti Bartholomei anno domini. M. ducen: sexagesimo primo, terram Cuyauiæ uastauit, nec copias ex Cuyauia deduxit, donec castrū Lādense, & castrum quod Kazimirus edificauerat, suis officialibus fuere reddita. Relicto Boleslao Kalissieñ, repente eodem anno sibi Kazimirus dux Cuyauiēsis & Lancicienſis districtum Lelouiēsem usurpauit, castrumq; in colle, oppido Lelouiensi proximum edificauit, quod eo discedente, Boleslaus pudicus dux Graccouiæ & Sandomiriæ, conquisiuit & suæ iurisditiōis fecit. Accidit & aliud infaustum duci Kazimiro malum facinus. Nam duo filii ex priori uxore susceptī, insurgentes, Zemomisl Lancicieñ, Lestko Siradieñ castra & districtus, sub patre militibus uniuersis

kazimiri periurium.

Boleslai ducis kalissieñ bellica instantia.

uniuersis tyrannidem patris perosis, sibi adherentibus, & in eorum subiectionem concedentibus, occupauerūt. Item Semouito duce Mazouiæ in curia sua Iasowsko, alias Iasdow cōmorante, anno domini. M. ducen: sexagesimo secundo Rutheni & Lithuani inter se liga confœderati, per siluas & nemora silenter in uigilia Ioannis Baptistæ aduenientes, incautum cū filio eius Conrado & militibus præsentibus occupauerūt. Suamirus aūt seu Suarno, nepos Danielis regis Russiæ, quia in sortem eius cesserat, ducem Mazouiæ Semouitū truculenter decollauit. Conradū uero filium ipsius Mendog & Lithuani conseruarunt, & eodem āno ab eis redemtpus est, tūc Rutheni cum Lithuanis ex Iasowsko egressi, Mazouiam prædabātur, quibus Barones Mazouiæ cū agrestibus in arma coactis in rure cui nomē Dlugosyedle occurrerūt & fortiter præliādo, a multitudine hostili superati sunt. Victorēs autem Rutheni & Lithuani, uniuersa Mazouiæ ora & maiori pte Cuyauiæ peruastata, cū immensa præda hominū & pecorū, succensis oppidis & uillis, in suas terras redierūt. Superuenit tādem Boleslaus pius dux Kalissieñ in festo sancti Michaelis, præcibus frequētibus Gertrudis relictæ ducis Semouiti peruictus, & ciuitatem Ploceñ a Barbaris exustā, cum castro refecit: Fossatisq; & uallis comuniuit, & Boleslao ac Conrado filiis ducis Semouiti de sua liberalitate præsentauit. Non contēti autē Rutheni cum Lithuanis de præda & clade Mazouiæ illata, sequenti anno in Mazouiam remearunt, & in ea propter desolationē nil reperientes, in castellaniā Louiceñ ad Archiepiscopum Gnezneñ pertinentē, concito gradu peruenientes, igne & multiplicibus prædis eam consumpserunt. Nemineq; defensionem opponente, in terras suas superbiendo discesserunt.

Mazouię clades.

Castellania Louiceñ Archiepiscopi Gneznen vastatur.

CAPVT XLIX.

Mendolphus Lithuanorum rex occiditur.

Voyſalk occiditur.

Santhok & Drdzen castra demoliuntur.

Propiciaturus dominus Polonis speciāliter Mazouitis, dissensiones ciuilesq; discordias inter Lithuanos & Ruthenos imisit, nā Mendolphum alias Mendog regem Lithuanorum, nepos eius Stroynath principatū apud Lithuanos nacturus, quiescentem obtruncat, & omnes filios eius præsentes, & principatum rapit, anno domini. M. ducen: sexagesimo tercio. Voysalk autē filius & Theophilus cōsobrinus Mendog, anno sequenti uidelicet. M. ducen: sexa: quarto, Stroynath uenationes tractātem, exprobrata ei cœde patris interimerunt. Fuit autē Voysalk monachus Russiæ tonsus, qui occidens Stroynath, ducem Lithuanorū se gerere cœpit. Anno autē dñi. M. ducē: sexagesimo septimo propter simultates & odia pro terris Russiæ, quas Voysalk sibi appropriarē nitebatur, in quodam rure circumuentus, a Leone duce Russiæ, filio Danielis olim regis Russiæ occisus est, sed de Lithuanis hactenus. Castrum Santhok per Saxones anno Christi. M. ducente: sexagesimo quinto comprahēsum, Conrado marchioni Brādenburgeñ tanq̄ munus dotale consortis suæ est præsentatū, Sed Boleslao pio duce Kalissieñ ad expugnationē illius contendente, per cōmunes Barones conclusum & acceptatum est, ut Boleslaus pius suum castrū Santhok, Conradus uero Marchio Brandenburgeñ alterum suum castrum Drdzen tanq̄ iacturas generantia, demoliat, quod tandem uterq; exercitus exequutus est

exequutus est. Sed ãno sequẽti Boleslaus pius dux Kaliſſieñ, contrãueniẽdo pactis & ordinationi, cum equæſtribus & pedeſtribus copiis ꝓfectus, caſtrũ Santhok ex roboribus infra unius mẽſis ſpacium affatim edificauit, præſidioq; & uictualibus impoſito, diſceſſit. Quo abeunte Conradus Brãdenburgeñ marchio, caſtrum Sãthok obſidione uallauit & expugnabat. Boleſlaus autẽ pius dux Kaliſſieñ, pugnam & diſcidiũ cum uicino ac genero ſuo horrens, miſſis nunciis deducto præſidio Polonorũ, caſtrum Santhok Conrado marchione & exercitu ipſius inſpectãte exuſſit. Otho tamẽ Othonis Marchio Brandenburgeñ, ſibi appropriare Caſtellaniã Santoceñ cupiens, anno domini. M. ducen: ſexageſimo nono, caſtrũ Sulenez de roboribus lignorum propere, inter oppidum Poloniæ Myedzirzecz & Lubuſz edificauit, tandẽ in oppidum Myedzirzecz quod foſſis & propugnaculis ligneis eo tempore muniebatur, irruit, & ipſum ſpoliauit, caſtrum tamẽ non cõpræhẽdit. Quẽ Boleſlaus dux Kaliſſieñ cũ ſuis gẽtibus ſequutus, terram præfati Marchionis Lubuceñ in girum uaſtauit. Eaq; uaſtata, caſtrum Sulenez ſuccendit & conquiſiuit. Saxonibus fere omnibus pro præſidio illic relictis igne conſumptis. Solo Sabel Capitaneo uiuo in manus & captiuitatem Polonorũ ueniente. Verum ãno ſequẽti Boleſlao pio duce Kaliſſieñ, uiſitãte Boleſlaum pudicũ apud Graccouiã, Otho Marchio Brandenburgeñ caſtrũ Sãthok de ligneis edificauit, quod ubi Boleſlaus pius cognouit, e Graccouia reuerſus, forti agmine militum ſtipatus, caſtrum Drdzen in octo diebus incipiendo in feſto ſancti Georgii conſtruxit, & præſidiũ militum ei impoſuit. Sed dum negligẽtius ſeruaretur, a Saxonibus decima ſeptima Decembris nocte interceptum eſt, & utroq; caſtro Otho Brandenburgeñ potitus eſt. Quod Boleſlaus pius dolens, cũ omnibus equæſtribus & peditibus maioris Poloniæ, tam ſuis q̃ nepotis ſui Przemiſlai & Cuyauiæ, quia tunc Zemomiſlaus dux Cuyauiæ in eius deditionẽ cõceſſerat, tribus aciebus ſeu exercitibus caſtellaniã Sãdoceñ, ãno Chriſti. M. ducen: ſeptuage: primo ingreſſus, oppida & uillas, ſpoliis & incendiis uaſtauit. Hoſtibus in munitionibus ſeſe conſeruantibus & pugnam ſubterfugientibus, ad oppidumq; Soldin ueniens, ſcalis appoſitis ipſum cœpit, & in milites ſpoliis diuiſis incendit, ac cum frequẽtibus gregibus & ſpoliis in ſua redit. Interim primores & omnes nobiles terrarũ Cuyauiæ & Lanciciæ, uidentes q; dux eorũ Semouitus alias Zemomiſl, fratrũ Cruciferorum Pruſſiæ, apud quos nutritus erat, Barones ſuos cõtemnendo, ſequeretur conſilia, Anno Chriſti. M. ducen: ſexageſimo nono Boleſlao pio duci Kaliſſieñ adheſerant. Zemomiſl uero cernens ſe ſpretum & derelictum Boleſlao duci poloniæ notabile caſtrum Cruſuicieñ donauerat, qui tali munere præuentus deditionem militum Cuyauieñ & Lancicieñ abnuens, Zemomiſlao duci eorum, ita ut ipſorũ conſilia tanq̃ probatiora ſectaretur reconciliauerat. Et poſt biennũ eidẽ duci Zemomiſl caſtro Cruſuicza reſtituto, ne a quopiã hoſtium interciperetur, deleri iuſſit. Sub eodem tempore Boleſlaus pius Kaliſſieñ tria caſtra erexerat. Vnum in uilla comitis Szczedrici quod appellauit Dupin. Aliud in uillagio Gnieuomiri filii Trzebeſlai, qu od uocauit Nyeſſulz. Terciũ in terra Vyeluneñ ſuper fluuium Proſzna, quod

Caſtrum Sulenez edificat.

Sabel captus.

Caſtrũ Drdzẽ reedificatũ intercipitur.

Oppidũ Soldin captum.

Primores Cuyauię & Lanciȩ deficiunt.

Boleſlaꝰ kaliſſieñ tria caſtra erigit.

quod ex nomine ſuo Boleſlauicz nominauit, & id ſolũm de tribus prædictis uſq; nunc manet. A rege Kazimiro ſecundo muro roboratum.

CAPVT L.

TRanſeamus nunc ad Pomeraniã. Anno domini. M. ducen: ſeptua: Mſczugius dux Pomeraniæ auxiliis Prutenorum infideliũ fretus, terram Culmeñ uniuerſam Cruciferorũ, & epiſcopatum Pomeſanieñ ſpoliis & cœdibus uaſtauit. Inſuper quindecim naues oneratas uictualibus, Cruciferis abſtulit. In cuiꝰ ultionẽ Lodouicus magiſter Pruſſiæ collecto exercitu, Pomeraniã circa oppidum Noue, in die Apoſtolorũ Petri & Pauli ingreſſus, eam igne & ſpoliis afflixit. Nec ea uaſtatione contẽtus, aliam in die ſancti Bartholomei ægit, & Pomeraniam circa oppidum Tſczow ignibꝰ & ſpoliis deſolauit. Poſt hoc Mſczugius dux Pomeraniæ, cum Lodouico Pruſſiæ magiſtro damnis hinc inde cõpenſatis, pacem inter ſe cuſtodiendam concluſerunt. Sed magiſtro Lodouico mortẽ obeunte, Meſtwinus ſeu Mſczugius dux Pomeraniæ præfatus, terrã Culmeñ, & epiſcopatũ Pomeſanieñſem, ferro, ſpoliis, & flãmis deuaſtauit. Quẽ Theodricus magiſter Pruſſiæ, nouiter electus, inſequutus, magnam partem Pomeraniæ armis & igne depopulatꝰ eſt. Orta eſt deinde de principatu Pomeraniæ diſcordia, anno domini. M. ducen: ſeptuageſimo primo, inter Mſczugium natu maiorẽ, & Varciſlaum natu minorẽ, germanos filios Swatopelci, olim ducis Pomeraniæ. Verituſq; ſeditionem Mſczugius, Varciſlaum captiuauit, & aliquãto tempore apud Redzk in uinculis tenuit. Qui euadens bellum Mſczugio intulit, facileq; a Mſczugio fuſus, in ſiluas refugit. Stragem autẽ mũtuam omnibus Pomeranis excitantibus, fratres in concordiam & æqualem Pomeraniæ diuiſionẽ compulerunt, tamẽ Varciſlaus minor natu, ulceratum erga fratrem gerens animum, ſuæ captiuitatis dedecus proſequuturus. Cõradum marchionẽ Brandenburgeñ, filiam Przemiſlai olim ducis Poſnanieñ matrimonio habentẽ, enixius ſollicitauit, ut ei præſidia aduerſus fratrẽ præſtaret. Qui non abnuit, dummodo præmia offerret. At ille pecuniæ & donatiui inops, caſtrum & ciuitatem Gedanum, quæ ſibi in ſortem ceſſerat, ei obligauit & tradidit. Secedenſq; in Viſſegrod, morbo correptus interiit, a militibus in Iuniwladiſlauiã delatus, in monaſterio fratrum minorum ſepultus. Mſczugius ergo munitiones & omnes poſſeſſiones, quas Varciſlaus obtinuerat, poſſedit, præter caſtrũ & oppidum Gedanũ, quod milites Conradi Marchionis Brandenburgeñ cõpleuerant & poſſederãt, nec dimittere uolebant. Et quia expugnatio eius difficilis erat, cũ ſit locus natura & arte ſatis munitus, ad Boleſlaum pium ducem Kaliſſieñ animo & militia illa ætate pollentem, ex matertera Mſczugii genitum, conſilio ſuorum Baronum confugit. Qui ad obeũdum huiuſcemodi negocium, tempus hyemis ſequẽtis conſignauit. Et quintadecima Ianuarii in Pomeraniã uenit, ſimulq; cum Mſczugio & Pomeranis Gedanum tam terra q̃ aqua, graui obſidione ſtrinxit. Et quum tormẽtis & apparatu bellico non ꝓficeret, nona die expugnationẽ per admiſſionẽ militum ægit. Pugnaq; utrimq; in longum feruente Saxonibus miſſilia tela & ſaxa defecerunt, & iccirco defenſionem remiſſius

proſequuti

Terrę Culmeñ Pomeſanieñ vaſtantur.

Diſſenſio diſtudendæ Pomeranię.

Varciſlai interitus.

Gedanum obſeſſum.

prosequuti sunt. Propter quod Poloni & Pomerani, castrꝫ in aliquot locis p forantes, clamore in altum eleuato, uictores in castrū irruperunt, & Saxões quosqꝫ obuios obtruncarunt & trucidarunt, spoliis & rebus Saxonū potiti, Boleslao itaqꝫ duce Kalissiensi discedente, Msczugius dux Pomeraniæ in quosdam Gedaneñ animaduertit, Arnoldūqꝫ & Iacobum cū cognatis eorū capite damnauit, & bona eorum confiscauit, quoniā hi in mortem suam, & suoꝝ Baronum conspirassent, & Marchioni Brandenburgeñ tenatius adhe sissent. Duas quoqꝫ uillas, quæ ad illos pertinebant, Scrobothow, & Vitho mino Episcopo Albero & suæ ecclesiæ Wladislauiensi perpetuo donauit. Boleslaus aūt dux Kalissieñ eodē anno. M. ducen: septuagesimo secūdo, sex to kalendas Iunii, Przemislaum ducē Posnanieñ, nepotem suum sextūdeci mū agentem ānum, misit cū copiis equæstrium & pedestrium occasione ca stri Santhok occupati cōtra Marchiones Brādenburgeñ curā traducēdi & regendi exercitus Przethpelconi palatino Posnanieñ, & Ioanni q & Ianek appellatus est, castellano Kalissieñ demādando. Qui Marchiā ingressus, ca strū Strzelcze a Conrado Marchione Brandenburgeñ nouiter extructū, ex pugnauit & recepit. Deinde tota ora circa Odram uastata, & hostiliter exu sta, cum exercitu & spoliis redeunti, iuxta castrum Vyelen nunciatum est, ca strū Drdzen paruo militum præsidio teneri, a Kassubitis quoqꝫ qui cum po lonis erant, primā portam igne appositō, incensam esse. Mouit ergo exerci tum, & Saxonibus uitam dumtaxat pacisentibus, castrū Drdzen conquisi uit. Fœlixqꝫ ad penates rediit, duorum castroꝝ conquisitione insignitus atqꝫ laudatus. Et quia Marchiones Brandenburgēses occupato castro Sāthok, ex eo sæpenumero Poloniæ fines lacessebant. Ideo dux Boleslaus pius Ka lissieñ, āno domini. M. ducen: septuagesimo octauo, coadunato exercitu ex gentibus suis & nepotis sui Przemislai ducis Posnanieñ, Msczugio fratre suo duce Pomeraniæ, personaliter cum gentibus suis ei adherente, in terras Marchionum Brandenburgeñ descendit, & occurrentem sibi circa Soldinū Othonem longū, filium Othonis tercii, quum multo inferior esset uiribus, prælio cōmisso, eum uicit & fugauit. Ac omnem terram circa Odrā perua stando, spoliādo, & exurendo. De spoliis, diuisione cum Msczugio ex æquo facta, in sua remeauit. Ipseqꝫ āno sequenti uidelicet. M. ducen: septuage: no no, in castro Kalissiensi febribus correptus, die Veneris septimo idus Apri lis, sacramentis procuratus, mortuus est, in Posnaniamqꝫ relatus, in ecclesia cathedrali in sepulchro patrū suorū tumulatus. Przemislao duce Posnani eñ nepote eius in ducatum Kalissieñ succedente. Is Ioheleth, alias Helenam Boleslai pii relictam, dote abundanti emācipauit. Et ipsa paulopost, ad Kin gam sororem eius, germanā Boleslai pudici, Graccoui: & Sandomirieñ du cis consortem, cōcessit, deo perampliùs famulatura. Expediuit & filias præ fati Boleslai pii Kalissiēsis neptes suas, Heduigim priorem Wladislao Lok tek duci Brestensi, filio Kazimiri ducis Cuyauiæ tradidit. Alterā Elizabeth Henrico uentroso duci Legniceñ, filio Boleslai calui, qui & Rogathka ap pellatus est, locauit. Tercia Anna in uirginitate diem clausit extremam. An no domini. M. ducen: quadragesimo octauo, Iacobus Leodiensis Archidia conus

Msczugiꝰ i Gedaneñ seuicia.

Brandēburgeñ terra vastatur.

Boleslaus kalissieñ moritur.

Helena uxor Boleslai ad kinigam sororem pergit.

conus Innocencii papæ quarti ex concilio Lugdunēñ legatus, in poloniā ue nit. Et synodum apud Wratislauiā ægit. Ad quam, Fulco Gnezneñ Archie piscopus, Prandotha Graccouieñ, Boguphalus Posnanieñ, Thomas Wra tisla: Michael Wladislauieñ, Andreas Ploceñ, Nankerus Lubuceñ, Henri cus Culmensis, Episcopi, uenerūt, Et nomine apostolicæ sedis expositis plu ribus angustiis eiusdem sedis, medietatem fructuū per tres annos continuos pro releuamine poposcit. Pontifices uero ecclesiæ Polonicæ, quintā partem fructuum suorū beneficiorum, & sui cleri obtulerunt. Et summo Pontifici, p Gothfridum pœnitentiarium cito transmiserunt. Et quia uetus obseruantia in regno poloniæ ab inicio fidei susceptæ, in illam diē tenta custodiebatur, ut ieiunium quadragesimale, a dominica septuagesimæ in diem paschæ conti nuaretur, cum frequēti præuaricatione & graui discordia inter clerum & lai cos. Ideo inter præfatum Iacobū Leodiēsem Archidiaconū, legatum papæ ac Pontifices ecclesiæ Polonorū, huiusmodi cōsuetudine a Romana ecclesia & aliis regnis catholicæ relligionis discrepante, uentilata. Auctoritate apo stolica & consensu præsentium Pontificum, prædictus Iacobus legatus, tam ecclesiasticis q̄ sæcularibus personis esum carniū, ad diem cinerum exclusiue concessit, ab eoqꝫ tempore Dominica septuagesimæ a polonis uetus carnis priuium nominari cœpit, & in hactenus nominatur. Anno domini. M. ducē: quadragesimo nono, Bruno Olomucēsis Episcopus, dignitate sacerdocii ne glecta, ob quasdam cum Wladislao duce Rathiborieñ inimicitias, oppidū Rathibor obsidione cingens, expugnauit. Et tam oppidū q̄ ecclesias & mo nasteria incendio conflagrauit. Ad castrum autē Rathibor quum machinas admouisset, turpiter repulsus abiit, tādem habitis hinc inde pro pace tracta tibus, Wladislaus dux oppidum Rathibor a Brunone Episcopo tribus mili bus marcarū redemit. Eodem anno Albertus olim Episcopus Armacanus, tunc uero, ab Innocentio papa quarto in Episcopum Prussiæ promotus, ad Danielem Russiæ missus, obedientiam Romanæ ecclesiæ ab eo præstari, re quisiuit. Qui requisitioni apostolicæ minime paruit, & legatum apostolicū sine honore dimisit. Anno quo supra. M. ducen: quadrage: nono, Cruciferi, q Balgam & Elbing castra in Prussia custodiebāt, non mediocri exercitu coa dunato, Prutenorum regionem Nactaga hostiliter ingressi, & flāmis & cæ dibus grauissime uexarunt. Dum autē redirent, a Prutenis iniquitate locorū circumsepti, cum euadere non possent, se hostibus dederūt. A quibus ad unū circa uillam Vitke appellatam, trucidati sunt.

Bruno Episcopus Olomucēñ Ratiboriā expugnat.

Cruciferi Nactagam inuadunt.

CAPVT LI.

BOleslaus pudicus dux Gracco: & Sandomirieñ. Et Prandotha Episcopus Gracco: ambo deuotionis uiri, anno domini. M. du cen: quinquagesimo. Miserunt in Lugdunum ad Innocentiū pa pam quartum, magistrū Iacobum de Skarzessow, decretorū do ctorem, Decanum Gracco: humilis quidem fortis & staturæ exiguæ, sed p rare doctrinæ, & magnæ factiuitatis uirum. Et magistrū Gerardū Canoni cum Gracco: atqꝫ Boguslaum, fratrem ordinis prædicatorum Subpriorem domus Gracco: nuncios. Qui per organum Iacobi de Skarzessow, summo

Legati ad Papam pro. s. Stanislai canonisatione.

Pontifici.crebrescentia ac stupenda miracula,per beatum Stanislaum multimode facta,exposuerũt. Sũmus aũt Pontifex grauitate solita in huiusmodi rebus custodita. Per speciales litteras, examen miraculorum beati Stanislai Episcopi Gracco:Archiepiscopo Gneznen,Episcopo Wratislauiensi & Abbati de Lubeus commisit.Præcipue examen cuiusdam militis Cẽtenarii (Gethko hic erat)qui etsi sanctum Stanislaum non nouerit,eos tamẽ qui illum nouerãt,ferebatur nouisse,& ex eis puritatem,conuersationem,causam martyrii,& miracula beati uiri Stanislai didicisse. Anno autẽ sequenti,acceptis codicibus examinationis a cõmissariis apostolicis, Nuncii priores ad ꝓcurãdum canonisationem beati Stanislai, ad Innocentium quartũ, iterum ꝓ Prandotham Episcopum & Capitulum Gracco:adiunctis nonnullis fratribus de ordine prædicatorum maiorũ & minorum, de domibus & monasteriis Gracco:propter facilioré expeditionẽ,missi sunt.Hi dũ papam super consumatione canonisationis sollicitarent.Et Ioannẽ Gaiethani tituli sancti Nicolai in carcere Tulliano Cardinalem Diaconum, ad uidendũ examen testiũ obtinerẽt.Propter uetustatem temporis Cardinales hesitãtes,infecto negocio papæ persuaserunt,ut nuncii ad cõmissarios apostolicos redirent.Et merita ac miracula beati Stanislai, scrupulosius examinata, ꝓ noua scripta reportarẽt.Itaq; secundario examine de uita,martyrio,& magnificis miraculis beati Stanislai accepto. Nuncii magister Iacobus de Skarzessow,& magister Gostwinus Canonicus,impẽsis Prandothæ Episco: & Capituli Gracouien,& totius cleri dioecesis Gracco:qui in id opus gratuite quotiẽs requirebãtur,contribuebãt. Ad Innocentium papam quartũ,e Gallijs in Italiam egressum,in Perusio residentem. Vbi beatum Petrum, nouum martyrẽ canonisauit,tercio reuertuntur,noua scripta & testimonia,nouos ac præsentes testes,in quos miraculosa beneficia beati Stanislai fuere collata, exponẽtes Pluribus diebus sollicitãdo prope diem semotis omnibus difficultatibus, canonisationem expectabãt.Cum subito quidam Cardinales, præsertim Rainoldus,Cardinalis & Episcopus Hostien,ob diuturnitatẽ temporis canonisationi beati uiri Stanislai obstantes repugnarũt,propter quod nũciis Gracco: ecclesiæ percunctantibus,quid facto opus esset. Ioannes Cardinalis Gaietanus inspiratus dixit.Necessũ habet sanctus uester Stanislaus unũ finale miraculum operari, ut discordes & obstãtes Cardinales,in unã & concordẽ impellat sententiã. Quo audito nũcii ecclesiæ Gracco: negociũ huiusce rei, Christo & beato Stanis: nil hesitãtes supplices cõmiserũt. Rainoldus itaq; Cardinalis canonisationis sancti uiri hostis & aduersarius, graui correptus est egritudine,ut suo suorumq; phisicorum iudicio,mortem timeret & expectaret. Vigilanti ergo & soli in grabato iacenti,Sanctus uir Stanislaus apparẽs dixit. Agnoscis ne me? Qui stupens, non agnosco inquit,quæso tamẽ quis sis? Ego sum ait Stanislaus Episcopus Graccouia:a Boleslao rege Polonorum sectus & occisus,cui te aduersarium,non recte opponis.Ad quẽ Rainoldus Cardinalis.Ignosce inquit mihi Præsul sanctissime, & errori meo uenian præstare digneris. Fortiorem promotorẽ q̃ impeditorem Canonisationis habiturus. Cui beatus Stanislaus, Vt inquit me martyrio sanctificatum cognoscas

Secunda legatorũ ad papã expedicio.

Tercia legatorũ expedicio.

Resistentia Cardinalium.

Petitur miraculum concordię

Rainoldus canonisationi aduersarius miraculose sanatur

cognoscas,ab ægritudine illico incolumis surge. Caueq; ne decætero canonisationi meæ aduersaris. Qui accersitis seruis,surrexit,& equum sibi sterni iubens conscendit,ac Innocentium papam accessit, & obuiam eunti occurrit. Modumq; repẽtinæ sanationis retulit, & pro canonisatione sancti martyris exorauit supplex.Papa ergo Innocentius quartus, cum cœtu Cardinaliũ tali prodigio permoti,Stanislaum sanctitate gloriosum,in die natiuitatis Mariæ canonisandum decernunt,In Assisio quoniam illic Innocentius papa exercitum uersus Apuliam ducens,uenturus erat.Anno itaq; domini.M. ducẽte:quinquagesi: tercio,die natalis beatissimæ uirginis,in basilica sancti Fracisci Assisii,Summus Pontifex missarum solenniis expletis, & sermone longo de uita,martyrio,& miraculis beati Stanislai recitato. Ambone conscenso,beatissimũ Stanislaum Graccoui: Pontificem canonisauit,& sanctorũ catha1ago adcripsit.Festum eius octauo idus Maii statuens,ab uniuersis debita celebratione uenerari. Et ut deuotius tam festum q̃ sepultura eius uenerentur,unum annum & quadraginta dies indulgentiarũ largitus est. Edidit etiã idẽ summus Pontifex Innocentius quartus,collectã de sancto Stanislao.Populum tuũ quæsumus domine intercedente beato Stanislao &c.Luminaria ardẽtia & uexillum cum titulo & imagine sancti, tempore canonisationis fuerunt adaptata,more canonisationis aliorum sanctorũ. Bulla autẽ canonisationis in ecclesia Grac:habet,q̃ incipit.Innocẽtius Episcopus seruus seruoꝝ dei, Venerabilibus fratribus Patriarchis,Archiepiscopis,Episcopis,ac dilectis filiis,Abbatibus,Prioribus,Decanis,Archidiaconis,Archipræsbiteris & aliis ecclesiarum Prælatis. Ad quos litteræ istæ peruenerũt, Salutem & Apostolicam benedictionẽ. Olim a gentilium oculis tenebrarũ detersa caligine,ac ab eorum cordibus infidelitatis gelida hyeme secedente,uernalis ex eo successit amenitas &c. Finis autẽ bullæ est istæ. Omnibus uere pœnitentibus & cõfessis,qui ad dictam sepulturam in memorato festo,& usq; ad octauas ipsius causa deuotionis accesserint, annuatim ipsius suffragia petituri, de omnipotentis dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi,unum ãnum & quadraginta dies. Acceden..bus uero annis singulis ad prædictam sepulturam infra eiudem festi quindenã,quadraginta dies de iniuncta sibi pœnitentia, misericorditer relaxamus. Datum Assisii quindecimo kalendas Octobris,Pontificatus nostri anno undecimo, Præfatas litteras canonisationis beati Stanislai nunciis prænominatis Iacobo Skarzessow Decano, Gostwino Canonico Gracco: Fratribus prædicatorum maioribus & minoribus Graccouiam inferentibus.Prandotha Episcopus Gracco: & uniuersus clerus,uniuersaq; plebs, obuiã processerũt effusi,magno honore illos excipiendo & deum de eorũ reditu glorificando.Prandotha insuper episcopus Gracco: indixit, & per uniuersam ecclesiã Poloniam prædicari ordinauit,diem octauam Maii,anni Christi.M.ducen:quinquagesimi quarti,leuationis offium beati Stanislai e tumulo. Ad quam cõuenit in Graccouiã multitudo plebis utriusq; sexus, ex Polonia, Hungaria, locisq; aliis,tanta,ut nedum in urbe,uerum & in campis iuxta Graccouiam persisterent.Ex spiritualibus autẽ aderãt, Opizo Abbas de Meszano, sedis

Suplex petit Innocencium.

In die natiuitatis marię Assisij. S. Stanisla9 canonisatur.

Plaudet Crouia ex pani cõsequuti

Prandothæ Episcopi deuotio & aliorum

apostolicæ legatus, Fulco Archiepiſ: Gneznen̄, Prandotha Grāccō: Thomas Wratislauien̄, Volimirus Wladislauien̄, Andreas Ploceń, Gerardus Ruthenorū, primus ordinis Cistercien̄ quondam Abbas de Oppatow, Victus Lithuanoꝝ primus, ordinis prædicatorum, Episcopi. Et cæteri Abbates Prepositi, Sacerdotes, atq; Religiosi. Aduenerāt & principes Polonorum, Boleslaus pudicus, Graccouien̄ & Sandomirien̄, monarcha regni poloniæ, Przemislaus Posnanien̄, Kazimirus Cuyauien̄ & Lancicien̄, Semouit? Mazouiæ, & Wladislaus Oppolien̄. Sub horum præsentia & populi multitudine, ossa beati Stanislai uino abluta, in ecclesia cathedrali Grac: lauata sūt. Et in ecclesias Cathedrales, & alias principaliores sunt distributa. Facta itaq; cōputatione annoꝝ est reperire, septuaginta quinq; & cētum annis, cānonisationem beati martyris Stanislai neglectam fuisse.

Reliquiæ S. Stanislai distribuūtur.

CAPVT LII.

ANno domini. M. ducē: quinquagesimo primo, Wladislaus Oppolien̄ dux, uolens glotem suam Iuditham Cōradi ducis Mazouiæ filiam. Et Myeczlai ducis Rathiborien̄ fratris sui relictam pro dote quingentarum marcarū argenti, in possessionibus Rathiborien̄ inscriptarum redimere, terram Rudeń, quæ nūc Vieluneń dicitur de consensu Kazimiri ducis Cuyauiæ & Lanciciæ germani ipsius Iudithæ, ei assignauit. Sed anteq̄ gentes Kazimiri præfati Cuyauiæ & Lanciciæ ducis, ex condicto castrum Vielun acceptare uenissent, Przemislaus dux Posnanensis tanq̄ heres legittimus præuenit, & castrū Rudense compræhēdit, nobilibus Rudensibus sponte & unanimiter ei adherentibus. Quo cognito Kazimiri ducis gentes, retrorsum abierunt. Wladislaus etiam Oppoliēsis æquo tulit animo, sciens districtum Rudense, uiolenter de consensu Henrici ducis cum barba, sub Wladislao Othonis patre Przemislai ducis maioris Poloniæ, occupasse. In signūq; & fœdus maioris amicitiæ, Wladislaus dux Oppolien̄s, Euphemiam sororem Przemislai ducis Posnanien̄sis & Kalisiensis in coniugem desponsauit. Et Iudithæ gloti suæ summam argento parato exoluit. Quæ Henrico Wratislauien̄ duci nubens, Henricū filiū & Heduigim filiam ei peperit. Anno domini. M. ducente: quinquagesimo primo, in Bochnya uillagio a Graccouia quinq; miliaribus dittāte, sal minerale in Bācis & pecis magnis repertum est, quod meritis beatæ Kunegundis Boleslai pudicis consortis est adscriptū. Ita ut uulgus in Poloniā ex Hungaria saltrā fluisse, & secum aduexisse affirmaret, Moxq; oppidum locatum & ecclesia parrochialis in honorem sancti Nicolai erecta est, & a Boleslao pudico liberaliter dotata. Eodē anno Hēricus, qui & Heydenricus, alias Albertus olim Episcopus Armacanus, tūc uero Culmensis. In die beatæ Mariæ Magdalenæ, ecclesiam suam de seculari, cum esset frater ordinis prædicatorum, in regularem trāstulit. Et collegium Canonicorum regularium, in illa, mensam, domicilium, & bona temporalia in cōmuni habēnium, constituit. Eodem anno: M. ducen: quinquagesimo primo, Marchio Brandenburgen̄ cum Episcopo Morlburgen̄, & Hērico Comite de Swarczburgk, cum gentibus armatis in præsidium Cruciferis Prussiæ uenerunt. Et Prutenos frequenti strage attriuerunt

wladisla⁹ dux Oppolien̄ Euphemiam despōsauit.

Sal minerale in Bochnya repertum.

attriuerūt. Ita ut etiam quinq; districtus, Pomezanum, Erminium, Pogezanum, Nactaginum. & Bartinum, idola relinquere, & Christū colere coegerunt. Sub quo tempore Hermāno de Zalcza, quarto magistro Prussiæ obeunte, Frater Cōradus Thuringiæ Lantgrauius in quintum magistrum suffectus est. Anno domini. M. ducen: quinquagesimo secundo. Fratres Cruciferi Pomeraniā uastauerūt, & exercitum Swatopelci depopulationes prohibētem, superauerunt. Monasterio Oliua grauem spoliationem paciente, Swatopelcus itaq; dominus Pomeraniæ, sufferentias pacis postulare, & per medium Iacobi Leodien̄ Archidiaconi, apostolici nūcii, pacem cum Cruciferis Prussiæ firmare, coactus est. Eodem anno. M. ducen: quinqua: secūdo, Mendog, qui Mēdolphus & Mindale princeps Lithuanorū, a Cruciferis Prussiæ inductus, fidem christianā cum nonnullis Lithuanis & Prutenis suscepit, deditq; litteras Cruciferis Prussiæ, quibus astruit & recognoscit se ab illis multipliciter honoratum & adiutū. Et ideo terras suæ ditionis uidelicet Samagitarū, Iaczwingorū, Curouien̄, Veyzen̄, & totam terrā Lithuaniæ perpetuā & irreuocabili donatione ipsis donasse & inscripsisse. Consilioq; fratrū Cruciferorū Prussiæ, nuncios suos, nunciis magistri & Cruciferoꝝ adiunctos, ad Innocentium papam quartum misit. Profitens se puritatem christianā suscepisse, & coronam super Lithuanos regnādi petens. In cuius fauorem Innocētius papa fratrem Heydenricū, olim prouincialem Poloniæ, & Episcopum Armacanū, tunc uero Culmen̄ Episcopum, cum aliis Episcopis de Rigā misit, qui Mendegonem in regem inunxerunt. Sub eodem tamen ānō, cum omnibus baptisatis ad uomitū & idolatriam, siue pœnitētia & dolore ammissionis terrarū, siue alia causa motus, rediit. Anno domini. M. ducen: quinquagesimo tercio, monasterium Stugnyadki sanctimonialiū ordinis sancti Benedicti, dioceſis Graccoui: Innocentius papa quartus confirmauit. Quod Clemens de Clemyonthow de familia Griffonum, Comes & Castellanus Graco: de propriis facultatibus fundauerat, erexerat, & dotauerat. Huius Clemētis Comitis & suæ coniugis Raczslawæ corpa, in sacrario dicti monasterii sepulta quiescunt. Et filia eorū Visanega prima Abbatissa eiusdem claustri fuit. Annus Christi. M. ducēte: quinquagesimus tercius, adeo pluuiosus erat, ut fruméta & agros in quibusuis bassis & humilibus locis aqua cooperiret: Et campi perinde acsi fluuii nauigabiles fuerunt. Nocte siquidem & interdiu a festo Paschæ usq; ad diem uigesimam quintā Iulii, imbres & cōtinuas pluuias in regno poloniæ cœlum effuderat.

Qrintus magister Prussię eligitur.

Mendog christianam fidem suscepit.

Mendog in regē vnctus modico post fidei ꝓuaricator factus.

Imbriferi tempora Poloniæ.

CAPVT LIII.

DE mandato Innocentii papæ quarti, anno domini. M. ducentesimo quinquagesimo tercio, Opizo de Meszano sedis apostolicæ legatus, assumpto secum Prandotha episcopo Graccoi, & nōnullis aliis Episcopis, Danielem ducem Russiæ, altera uice priorē coronationem innouando, in castro Drohicien̄ in regem Russiæ inunxit, accepto ab eo iuramento, ꝙ ritu græco deserto, tā ipse q̄ natio Ruthenica, ritū Romanū fideliter sectarēt. Premislaus q & Ottocarus Vēceslai regis Bohe: filius, Margarethā Leupoldi ducis Austriæ filiā, Hērici filii Friderici imperatoris

peratoris relictam, accepit in uxorem. Quæ cum sterilis esset, unã de uirgini bus sequacibus eius, filiã Baronis de Kunring in concubinã recepit, & ex ea filium Nicolaum genuit. Huic Nicolao in sortem assignauit ducatũ Oppauiensem, quem Myeczlao duce Rathiborieñ mortuo uioléter occupauerat Ex hoc Nicolao, duces olim Oppauieñ, & moderni Rathiborieñ, suã traxe runt originẽ. Boleslaus pudicus Gracco: & Sandomirieñ dux, quarto kalen das Iunii, anno domini. M. ducen: quinquagesimo quarto, monasterium san ctimonialiũ ordinis Premonstrateñ, diocesis Gracco: in uilla sua Krzisano/ uicze, supra Nida fluuium sita, fundauit, Ecclesiam de petra alba fabricãs. Contulitq; eidẽ monasterio uillas, Krzisanouicze,, Sarbkow, Kliczanowo, Conari, Lesnicza, Kouale, Kobilniki, Solnyk, Volya, Grochouiska, Swie/ borouicze, Costrz, Biernathouicze, & Iunouidz. Libertando præfatas here/ ditates ab omnibus oblationibus, expeditionibus & tributis. Anno domini M. ducen: quinquagesimo quinto, Mendog dux Lithuaniæ, in regem Lithua niæ ut premissum est sublimatus, oppido Lublin exusto, prædas & spolia in circuitu eius plurima fecit, & plurimos captiuos in Lithuaniam abduxit. Eo dẽ anno. M. ducẽ: quinqu: quinto, Premislaus qui & Othocarus Bohemiæ dux, cõparato exercitu de Bohemis & Morauis, habẽs in comitatũ suo Bru nonem Prageñ, Item Henricum Culmeñ, & Anselmũ Ermelieñ & Olomu/ ceñ, Episcopos, Item Marchionẽ Brãdenburgeñ, Item Marchionem de Me/ rano, Item ducem Austriæ. Contra Barbaros militiam acturus in Prussiam cum aliis cruce signatis descendit, & in regione Samensi uastãdo, Prutenos deditionẽ facientes baptisauit, per Brunonem Prageñ Episcopum suum illis nomen imponens. Cruciferi ergo in honorẽ Premislai Bohemiæ ducis, nouã ciuitatẽ prope mare balteũ in flumine Pregor Konigsbergk, quod regiũ mõ tẽ sonat, q̃uis Premislaus tunc non rex, sed filius regis existeret, appellatam constituerũt. Et aliam Brunsberg in memoriam Brunonis Episcopi Prageñ in qua ecclesia Cathedralis Varmieñ sita est, edificarunt. Premislao autẽ du ce Bohemiæ, cum sua comitiua ex Prussia discedente. Aliarũ regionum Pru teni in Samienses irruerũt & ualido agmine, cũcta furore spoliis & cœdibus fœdarunt, eo ꝙ iniussu eorũ hostibus se dediderunt. Nouãq; munitionẽ quã Cruciferi Vilow uocauerũt, e regiõe castri Konigsbergk erexerũt & Konigs bergk oppugnarũt, Tũc quoq; Cõrado magistro Prussiæ. 9. kalẽdas Augu sti morte sublato. Herardus de Herdzburg, secundum alios uero Popo de Osterna in sextum magistrum Prussiæ successit. Anno domini. M. ducente: quinquagesimo sexto. Boleslaus Gnezneñ & Kalissieñ dux, Iolentã quã po loni Helenam uocãt, Belæ regis Hũgariæ, fratris germani beatæ Elizabeth filiam, & Kingæ ducis Boleslai pudici cõsortis sororẽ germanã, in curia ipsi/ us Graccouiæ nutritã, in coniugem accepit. Anno domini 1257. pridie ka/ lendas Februarii hora terciarum, grãdis terræ motus in regno Poloniæ fuit. Anno eodẽ 1257 Boleslaus pudicus dux Graccouiæ & Sandomiriæ, Grac/ couiã in melioré conditionẽ ordinare, excrescere, & perducere, cupiẽs, Ius il li Theutonicũ tribuit. Et aduocatũ in ea cõstituit, qui Circo in medio urbis primũ ordinato, plateas sine ordine consistentes translocauit, & proportio/

konigsbergk & Brunsbergk eriguntur.

Sextus Prussię magister.

1256

naliter distinxit

naliter distinxit. Eodem anno 1257, Noua relligio mẽdicantiũ Canonicorũ regularium sanctæ Mariæ de metro. de urbe, de pœnitentia beatorum mar tyrũ, sub regula sancti Augustini militantiũ, per Alexandrũ papam quartũ instituta: Graccouiã aduenit. Cuius fratribus Boleslaus pudicus Gracco: & Sandomiri: dux, ecclesiam sancti Marci euangelistæ Gracco: fundauit, sum ptusq; simul cum loco pro edificatione ecclesiæ & monasterii dari iussit. An no quo supra, Illustris princeps Przemislaus Posnanieñ dux Wladislai O/ thonis filius trigesimum sextum annũ agens, ægritudine quindecim dierum præssus, pridie nonas Iunii, in castro Posnanensi mortuus est, & in ecclesia maiori Posnanieñ cum patribus suis tumulat9. Hic inter principes poloniæ mitissimus, & supra ætatem prudens fuisse dicitur. Hic in quadragesima ci/ licio uestiebatur, & ceruisia parum sapida, aut uino aqua diluto utebatur. In pronunciando sentenciã, aut dirimendo litẽ adeo iustus, ut nulla pars decre/ tũ eius im,pbaret. Hic die sãcto Cenæ domini, duodecim pauperũ ablutis & deosculatis pedibus, quẽlibet nouo panno uestiebat. Media nocte quasi ex necessitate consuetudinariũ ei fuit, cursum beatæ uirginis & postea, aliquot psalmos & oratiões orare. Hic Ecclesiæ Gneznẽñ uillã Czirnilin, Ecclesiæ uero Posnanieñ Bugk, cum ciuitate & moneta, cũ theloneo & tabernis cõtu lit, & pluribus libertatibus extulit. Hic ex uxore sua Elizabeth quattuor fi/ lias, uidelicet Constantiã, Veronicam, Eufemiã & Eufrosinam reliquit. Et fi lium posthumum, in die dominico in festo sãcti Calixti natũ. Cui Bogupha/ lus Posnanieñ episcopus Przemisl, nomen paternum, Bascone custode Pos/ nanieñ baptisante, adaptauit. Processu autẽ temporis Boleslaus pius Kalis sieñ, patruus & puerorũ curator, primã filiã Constantiam Cõrado Marchi/ oni Brãdenburgeñ seu de Sgorzelecz, in castro Santhok matrimonialiter copulauit, pro doteq; Castellaniã Santhoceñ & non castrum, insano usus cõ silio, donauit & inscripsit. Pro cui9 proprietate multa dispendia & certami na inter Polonos & Saxones sequuta sunt. Reliquæ tres Przemislai filiæ, monasteria ingressæ sunt. Veronica & Eufrosina Trzebniceñ ordinis Cister cieñ, postea Abbatissæ. Eufemia Gneznẽñ sãctæ Claræ, a Boleslao pio pa truo & duce Kalissieñ, prout infra dicet fundato. Iaczko frater ordinis præ di: Polonus ex districtu Oppol: & uilla Lãka, ãno Christi 1257, die 15 mẽsis Aug: hora. 9. in cenobio. s. Trini: Gracco: deuotissime uita excessit. A matre misericordiæ, Ibo mihi ad montẽ mirræ cantãte, & ãgelico cœtu ꝓsequente, quẽadmodũ deuotæ sanctimoniali Sronislawe in Zwierzineñ mouasterio professæ, per uisum est monstratũ. Hic quinq; monasteria sui ordinis scilicet in Graccouia cui solus præerat, in Frisak, cui fratrem Hermannũ Theuto/ nicũ præfecerat. In Praga quod fratri Hieronymo, in Wratislauia quod fra tri Czeslao & fratri Godino, in Gedano quod fratri Benedicto cõmendaue/ rat, fundauit. Hic inter alia miracula quæ extant plurima. Deficiente nauí/ gio apud Vissegradeñ oppidum, strata cappa super aquã, cum tribus fratri bus sui ordinis, Floriano, Godino, & Benedicto ascendit, Et Istulam populo Vissegradeñ inspectãte sicce trãsnatauit. Anno domini 1258. De consensu Kazimiri Cuyauieñ, Lancicieñ, & Siradieñ, & Semouiti Mazouiæ, ducum

Ecclesia Sãcti Marci Gracco: fundatur.

Przemislaus Posnanieñ mõ ritur:

Vitę sue cõmẽ datio.

Iaczkonis frã/ tris prędicato/ rũ ꝙlix obit9

Transnatura/ lis nauigacio in veste mona/ chali.

necnon Prandothæ episcopi Gracco: procerũq; & consiliariorũm suorũm, in conuentione apud Corczin sexto nonas Marcii habita & tenta. Boleslaus pudicus Gracco: & Sandomiri: dux, ad instãtiam Kingæ consortis, & Salomeæ olim Gallaciæ reginæ sororis suæ, fundauit monasterium sanctimonialium in Zauichost, tã Ecclesiam q̃ monasterium cũ habitationib9 propriis sumptibus edificando. Et illic uirgines sancti Damiani de regula sancti Frãcisci, quæ nunc sanctæ Claræ uocitatur, introduxit. In hoc prouidens cõditioni pannose, uel connubia aspernaturæ filiaꝝ Baronum & nobilium suorũ. Largitusq; est & inscripsit pro dote præfato monasterio oppidũ Zauichost & uillas uiginti quinq;, prædia, lacus, & thelonea, donationẽ huiusmodi ab omni regum, ducum, & dominorũ exactione & tributis perpetuãdo & liberando. Sub hoc tempore Grzimislawa Boleslai pudici pia mater defuncta est, in monasterio fratrum minoꝝ in Zauichost sepulta. Hæc duos & triginta annos in uiduitate uiuẽdo pegit. Anno quo supra, In regnis Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, & Russiæ, motus terræ uniuersaliter apparuit & fuit. Eodem anno Stroynath Lithuaniæ dux, partẽ Mazouiæ circa Czirnin deprædatus est. Et castrum Orzimow diripiens, in ore gladii mares & puberes occidit, impuberes uero igne cõcremauit, Fœminas aũt in captiuitatẽ abduxit.

Monasteriũ in zauichost erigitur.

Grzimislawa Boleslai mater moritur.

CAPVT LIIII.

ANno domini 1259 Varcislaus Kassubitarum dux, cũ suo & Polonorũ exercitu, quem Boleslaus dux Kalissieñ in subsidium ei miserat. Cum Episcopo Camieneñ cõtra Swatopelcum Pomeraniam ingressus est. Et procedẽs cum electioribus militibus, in Stuppi quæ alio nomine Scolp appellatur. Episcopum Camieneñ cũ exercitu ipsius, & nonnullis suis militibus, ad sarcinas in stationibus custodiendas dimisit. Swatopelcus autẽ potentiæ Varcislai resistere non ualens, cognito per exploratores, quæ circa Episcopum Camieneñ in stationibus gererẽtur, Irruit in statiões & Episcopũ Camieneñ cum suo exercitu deuictum dissipauit & fugauit, plurimos occidendo, & nõnullos captiuando, & acceptis multis spoliis, illesus discessit. Anno quo supra, quinquagesimo nono supra mille ducentos. Boleslaus pius Kalissieñ dux: Cenobium minorissarũ & moniliũ sanctæ Claræ in ciuitate Gnezneñ fundauit, & uillis, prædiis, ac introitibus dotauit atq; libertauit. Non contentus Kazimirus Cuyauieñ & Lancicieñ dux de suis principatibus. Anno domini. 1259. castrũ Raczansz sub Volimiro Episcopo Wladislauieñ occupauit. Quo excommunicato & cum terris eius ecclesiastico interdicto subiecto, præfatus Episcop in Diocesim Gracouieñ discessit, & apud Lagow commoratus est. Dux autẽ Kazimirus cum nõ posset seuire in Episcopum, plures episcopi curias cum horreis & frumẽtis tẽpore quadragesimæ exussit. Anno uero domini. 1261. S. abbas sanctæ Mariæ Wratislauieñ Canonicorũ regulariũ sancti Augustini. Et P. custos Wratisla: huiusce causæ iudices, per Gwidonẽ tituli sancti Laurencii in Lucina præsbiterũ, Cardinalem, Clementis papæ quarti in Polonia legatũ, designati. Apud antiquã Wladislauiam tribunali posito, quarta decima die Aprilis, castrum Raczãsz cum suo districtu episcopo Volimiro, & suæ eccle-

Cenobiũ sanctę Clarę Gneznen fundatur

siæ Wladislauieñ

siæ Wladislauieñ adiudicarunt, & compositione facta, duce Kazimiro absoluto, interdictum relaxarunt. Anno domini. 1260. Mendolphus qui & Mendog princeps Lithuanorũ, ordinatione Cruciferorũ Prussiæ, regem se gerẽs, Valido exercitu ex Lithuanis, Prutenis, Jaczwingis, & Samagitis ad triginta milia pugnatorũ collecto, Mazouiæ oram crudelissime depopulatus est, Castrũq; Ploceñ & ciuitatem a defensoribus deserta reperiẽs, succendit, cætera oppida & uillas totius Mazouiæ incẽdiis & cœdibus uastauit. Deinde Prussiam inuadens, Cruciferis tãtummodo castra tuentibus: Ciuitates quas Cruciferi extruxerãt, flamma & euersione deleuit, omnesq; christianos illic repertos, cœde permiscua ac horribili lacerauit. Demõstraturus insuper furorem suum, aspernabatur captiuitatẽ hominum, pecus dũtaxat cum spoliis in Lithuaniam deportando. Item ãno eodem Magistro & Cruciferis Prussiæ, erigentibus castrũ Karszouin, in monte sancti Georgii Barbari Pruteni & Lithuani, pro exterminio eius cum magnis copiis aduenerunt: Duobusq; exercitibus scilicet Prussiæ & Liuoniæ pro defensione castri aduolantibus. In die sanctæ Margarethæ iuxta fluuium Durom, in Curlandia conflixerũt & magna strage ædita, Henricus de Hornshusen magister Liuoniæ, & Hẽricus Marsalcus Prussiæ, pluresq; alii Cruciferi occisi sunt. Barbari autem victoria potiti, tã castrũ Karszouin, q̃ Heilzburgk maceratis fame defensoribus conquisiuerũt. Ad castrũ deinde Konigsbergk obsidione ꝓmota, in ponte quẽ super flumen Progor construxerãt, plures numero a Cruciferis interfecti, obsidionẽ residui soluere coacti sunt. Deinde Pruteni Neophite ad idolatriam uersi, in uigilia sancti Mathei constituto sibi Glappino pro duce, correptis armis, omnes christianos & sacerdotes crudelissime seuientes obtruncarunt. Ecclesias igne cõsumpserunt, sacramenta contaminarunt, sacra uasa diripuerunt, & sacras uestes prophanarunt. Anno domini. 1261. Exercitus catholicus de regno poloniæ, de Cruciferis, Almanis & aliis fidelium nationibus collectus, ad terras Prussiæ in districtum Nactangorũ in die purificationis sanctæ Mariæ descendit, paganos delere cupiens. Et cũ in interiora puersarũ nationum penetrarẽt, reliquum exercitum ad sarcinas dereliquerũt Barbari aũt ab exploratoribus certificati, christianos ad sarcinas relictos inuadentes, paruo negocio fuderunt. Et de sua potentia confidentes, reditum aliorũ christianorũ expectarũt, reuenientibusq; christianis, durũ certamen inter utrosq; pluribus horis, æquo marte continuabatur. Et q̃is multi Barbari cœcidissent, deo tamen permittẽte, uictoriam Barbari obtinuerũt. Cœcidit autẽ in hoc prælio insignis miles Schinkol de Bithen, genere Vestfalus qui Barbarorũ cuneos trãsuerberãs, anteq̃ medietatem attigisset, Barbaricis frameis obtritus est. Cœcidit & Comes de Reiderer, & plures alii equestris ordinis uiri. Ex quibus dum iuxta suas nepharias superstitiones, diis suis pro consequuta uictoria oblaturi libamina unũ sorte deposcerent flãmis cremãdũ, & sors in Hirezhasz ciuem Maydenburgeñ cœcidisset. Beneficio quoq; aliquorũ Barbarorũ illum noscentium, bis liberatus foret. Tercia demũ uice dum illum sors deposceret, sponte se obtulit, & sacrilego ritu cum equo cui insederat, flãmis est cremat9. Postea Comes de Barboyge in prussiam cum

sua militia

Mendog Mazouiam depopulatur.

karszouin castrum erigitur.

Prutenorũ in Christianos seuicia.

Strennuorum militum casus

ſua militia ad ſuccurrendum chriſtianis afflictis, & deſcẽdens in terrã Sambieñ, ſpoliis & cœdibus eam afficiebat. Quem Sãbieñ aggreſſi in die Agnetis, pluribus de ſuis occiſis, ipſum captiuarunt. Poſt hæc caſtrũ Heidlſbergk obſidentes Cruciferis ex eo diſcedentibus, conquiſierunt. Deinceps tria caſtra uidelicet Cruczeborg, Konigſbergk, & Bartenſtein circũdederũt, & obſeſſi extrema fame macerati, caſtra Barbaris dederũt. Quartum uero caſtrũ Keyſzil ãteq̃ obſideretur, ueriti Cruciferi periculum, quod in aliis caſtris obtigit, exurentes ipſum deſeruerunt. Eodẽ ãno quædam ſecta flagellatorum ruſticorum, ex Galliis ut ferebatur emanans in Poloniam aduenit. Bis in die hora prima & hora nona proceſſionatim incedentes, ſecundũ caput uelati, corpore ad umbilicum nudati, duobus cũ uexillis præcedẽtibus & candelis, quãdam cantilenã inconditam & diſſonã, cum ex uariis linguis & nationib⁹ ipſa colluuies eſſet cõcreta cantando, flagellis quaterno corrigio nodatis. alter alterũ ſequẽdo, alteri⁹ dorſũ acriter cœdebat. Ianuſſius aũt Archiepiſcop⁹ Gneznẽſis cũ ſuæ ꝓuinciæ Suffraganeis ſub magnis pœnis & carceribus talia ꝓhibuit. Et principes poloniæ ꝓſuaſi, ne quiſpiã huiuſmodi errores ſectaretur, ſub confiſcatione bonorũ & grauibus pœnis, propter ſcandala ex eis pullulantia inhibuerũt. Nam quũ fuiſſent laici, de quantũcumq; enormibus peccatis confeſſos abſoluebãt, & pœnitẽtes ſolenniter introducebãt &c. Apud alia regna hic error igne & gladio exterminatus eſt. De conſenſu Prãdothæ Epiſcopi Gracco: & procerũ poloniæ, Boleſlaus pudicus Gracco: & Sandomiriæ dux anno domini. 1261. Ne ãcillis Chriſtũ ſanctimonialibus ab infidelibus Lithuanis, Ruthenis, & Thartaris ludibriũ caſtitatis cõtingeret De monaſterio Zauichoſteñ in lapidem ſanctæ Mariæ qui Skala dicitur, locum tutiorẽ eas tranſtulit. Et oppidum Skala in loco qui Stankoy appellabatur erexit. Priorẽq; donationẽ ſexto nonas Marcii apud Corczin factã, de oppido, uillis, & cæteris libertatibus, nouis priuilegiis confirmauit. Et in craſſando priorem dotem, uillam Zarnouicz & tria thelonea, eccleſiamq; bene dotatam cum decimis in Zarnouiecz, addidit.

Inſignium' caſtrorum occupatio.

Inaudita flagellatorũ ruſticorum ſecta.

CAPVT LV.

Canoniſationem ſãctæ Heduigis, principes Sleſiæ, Wladiſlaus Salczburgeñ Archiepiſcopus, Conradus Glogouieñ, Hẽricus Wratiſlauieñ nepotes eius, Thomas epiſcopus Wratiſ: cũ clero & eccleſa ſua expedituri. Salomonẽ archidiaconũ Gracco: magiſtrũ Nicolaum Scolaſticũ Gracco: & Aherẽgebertũ Decanum Viſſegradeñ, Canonicos Wratiſla: ad Vrbanum papam quartum tranſmiſerũt Qui ſolita grauitate ſeruata Volimirũ epiſcopũ Wladiſlauieñ, & fratrẽ Simonẽ ordinis prædicatorum Prouincialem poloniæ, cõmiſſarios pro examinatione uitæ, meritorũ, ac prodigiorum beatæ Heduigis deputauit. Huiuſcemodi autẽ examen continuabatur per præfatos cõmiſſarios, Volimirum Epiſcopũ, & Simonem prouincialem Poloniæ, uſq; ad ãnum domini. 1264. cum ãno domini. 1262. ſeptimo kalendas Nouembris incepiſſent. Accepto autẽ regiſtro examinis, & litteris cõmiſſariorum, nũcii priores in fine Auguſti anni. 1264. egreſſi, Peruſium contenderunt. Et Vrbanum quartum uita functum

Expedicio pro canoniſatione S. Heduigis.

functum inũenientes, turbati, alterius papæ Clemẽtis quãrti electionẽ præſtolabãtur. Dumq; ob uarias difficultates interpoſitas deſperarent. Beata Heduigis Salomoni Archidiaconi Gracco: per quietem apparuit, & cõſolans, diem, quo canoniſanda eſſet, prænunciauit. Ex inde confortati, dum frequentius Clemẽtem papam & cœtũ Cardinalium pro canoniſatione fatigarent, Clemens papa pro filia ſua pluribus ãnis cœca, quam ex legittima coniuge, cum ad huc ſortis laicalis eſſet, ſuſceperat, ut beatæ Heduigis meritis uiſum reciperet, in miſſa præcabatur. Et cũ filia uiſum percepiſſet, Decimo octauo kalendas Decembris, die, quam ipſa ſancta Heduigis Salomoni Archidiacono prædixerat. Anno domini. 1266. in eccleſia fratrum prædicatorum Viterbii, eam ſanctorũ cathalogo adſcripſit. Ad leuandum aũt oſſa benedictæ fœminæ ſanctæ Heduigis, cũ indiceretur dies, quintodecimo kalendas Septem: anni. M. ducen: ſexa: ſep: frequentia populi utriuſq; ſexus ad Trzebniceñ monaſteriũ ubi ſacrũ corpus conditũ erat, confluxit, Nicolaus itaq; Abbas de Lubeus, & Mauricius abbas de Camyencz, cum Prælatis & Canonicis eccleſiæ Wratiſlauieñ, oſſa ſacra beatæ Heduigis e tumulo leuata & uino abluta, in thecam ſpecialem in monaſterio Trzebniceñ repoſuerunt, cætera in Wratiſla: & Polonicas eccleſias diſtribuerunt: Caput cũ cerebro integro nulla putredine tabefactũ: Item tres digiti dextere, quib⁹ paruulam ex ebore imaginẽ uirginis Mariæ cõprimendo geſtabat. Sicq; cũ diuelli non poterat ſepulta erat, ſalui a corruptione reperti ſunt. Huic leuationi ſacrorũ oſſium, unicus dumtaxat nepos eius Cõradus Glogouieñ dux cũ tribus ſuis filiis Conrado, Henrico, & Premiſlao aderat. Duo alii Wladiſlaus Archiepiſcopus Salczburgeñ, & Boleſlaus ſeuus Legniceñ dux, cum eſſent ſuperſtites & in uicinatu, non honeſtarunt auiæ ſuæ ſublimationis celebritatem. Anno domini. 1263. Eclipſis ſolis in die ſancti Dominici fuit, quã ſiccitas, cariſtia, & fames, maxime in Bohemia ſequuta eſt. Eodem ãno Frater Hãno de Saygerhauſen, ſeptimus magiſter Pruſſiæ, quarto nonas Aprilis, monaſterium ſancti Nicolai ordinis predicatorũ in noua Thorun, ſuper fluuium Maka fundauit, pro dote conferens fratribus libertatem piſcandi in omnibus fluuiis, lacubus, & ſtagnis. Anno domini. 1263. Fundata eſt eccleſia parrochialis in honorem beatæ mariæ Magdalenæ in ciuitate Poſnanieñ nomine Capituli Poſnanieñ, ſic ꝙ diebus dominicis, clerici ciuitatis & ſuburbii, ad proceſſionem eccleſiæ Cathedralis deberent cõuenire. Et ꝙ ſcolam non haberent, ſed pueros ad eruditionẽdum in ſcola cathedralis eccleſiæ tenerẽt. Quod poſtea in meliorem conditionẽ uerſum eſt. Anno domini. 1264 monaſterium in Brzeſcze Cuyauieñ, Kazimirus Cuyauieñ, Lancicieñ & Siradieñ dux fũdauit, & in eo fratres ordinis predicatorũ, ex conuẽtu Gracco: locauit, caſuliſq; calicibus, & aliis apparamentis adordinauit. Non contentus Henricus frater ordinis predicatorũ Culmeñ Epiſcopus, ꝙ ſuã Culmenſem eccleſiam in regularem Canonicorum regulariũ ſancti Auguſtini, ut ſupra præmiſſum eſt, tranſtulerat. Iterũ illam in Cruciferor⁹ ordinem, ad inſtãtiam Magiſtri, & Cruciferorũ tranſmutauit. Conſentiente & gratificãte Anſelmo Epiſcopo Varmieñ, Apoſtolicæ ſedis in Pruſſia legato. Metropolitano

Septimus Pruſſię magiſter.

Eccleſia. S. Marię Magdalenę Poſnanieñ erigitur.

S Heduigis ſublimatio.

Dies canoniſationis prędicta

politano uero Gnezneñ super ea re non interrogato, neq; consulto. Hospitale infirmorũ, sub titulo sancti spiritus, extra portas ciuitatis Posnanieñ ano prædicto. 1264. iuxta fluuiũ Varta, fundauit, & aliquã dotẽ de mensa Episcopali donauit. Boguphalus Episcopus Posnanieñ constituens, ut Prepositus prædicti hospitalis stallũ in choro, & uocem in Capitulo ecclesiæ Posnan: haberet. Anno domini. 1264. Obsidentibus Barbaris Prutenis castrum Berfrid, Irruit in eos, somno præssos, Cruciferoꝝ exercitus, & ex eis mille tricentos occidit, reliquos uero dispersit. Castrumq; Berfrid ne in manus Barbaroꝝ ueniret, exussit. Pruteni aũt nouo exercitu reparato, terram Culmeñ uastauerunt. Quibus resistens Helmericus magister Prussiæ cum Theodrico Marsaleo, & quadraginta fratribus Cruciferis occisus est. In locũ Helmerici Prussiæ Magistri occisi per electionẽ Lodouicus de Baldẽstein successit. Anno eodẽ Sidus ignitũ seu Cometes maximus, ab oriẽte usq; ad mediũ cœli, comam in occasum porrigens apparuit, & citra tres menses durauit. Eo disparente Vrbanus papa quartus, qui festiuitatem corporis Christi instituit, in Perusio mortuus est. Et in Polonia mortalitas quadrupedum subsequuta est. Anno domini. 1265. Boleslaus pudicus, princeps Gracco: & Sãdomiriæ, castrum Gracco: totum montẽ complectẽdo, nouis edificiis instaurauit. Et Lestkonem nigrum Siradieñ ducem Kazimiri Cuyavieñ & Lancicieñ ducis filium, tanq; patruus, cœlebs & filius orbus, in filium adoptauit. Ac omnium principatuum suorum heredem instituit, utq; terræ suæ quietiores essent, in matrimonium Griffinam Roscislai Ruthenorũ ducis filiam ei conjunxit. Anno domini. 1266. Exercitus Prutenorũ & Lithuanorũ in Mazouiã ueniẽs, quod reperit uastauit & abrasit. Insultu etiam in Ploczkã facto, Boleslao & Conrado Mazouiæ ducibus nullam resistentiã opponentibus. Eodem anno. 1266. die uigesima prima mẽsis Septembris, Prandotha Graccouiẽ: Episcopus, canonisationis sancti Stanislai promotor præcipuus. Cum in episcopatu decemocto annos exegisset, circa principium noctis mortuꝰ est, Apud ecclesiã Cathedralem Gracco: in medio capellæ apostolorũ Petri & Pauli sepultus. Eodem anno nonis Decembris, Henricus Silesiæ & Wratislaꝛ dux, filius Henrici a Thartaris occisi, morte absumptus est. A nõ nullis militibus, put inculpati sunt, intoxicatus, & in monasterio sãctæ Claræ tumulatus. Is binã prolem ex Iuditha filia Conradi ducis Mazouiæ Hẽricum filium & Heduigim filiam reliquit, quos moriens Wladislao germano suo Archiepiscopo Salczburgeñ, una cum secũda coniuge filia ducis Saxoniæ, in tutelam & curam cõmendauit. Anno prædicto. 1266. Daniel rex Russiæ scismaticus, & ecclesiæ Romanæ apostata, uitam finiuit, duos filios Leonem & Romanum relinquens.

Festiuitas corporis Christi ab Vrbano instituta.

Prandotha Episcopus Graccouieñ moritꝰ.

Daniel Russię Rex moritur.

CAPVT LVI.

ANno domini. 1267. Gwido frater Cisterciẽsis ordinis, sanctæ Romanæ ecclesiæ præsbiter, Cardinalis, & sancti Laurencii in Lucina legatus de latere: A Clemente papa quarto in Poloniã missus. Primum in Graccouiã quarto kalendas Iulii peruenit, a Boleslao pudico, & Paulo Episcopo Gracco: processionatim ueneratus & exceptus.

ceptus. De hinc Wratislauiã diuertens. In festo purificationis Mariæ generalem sinodũ, in quo erant Episcopi ecclesiæ Polonicæ, Ianussius Archiepiscopus Gneznẽñ, Paulus Gracco: Thomas Wratislaꝛ Volimirus Wladislaꝛ Nicolaus Posnanieñ, Thomas Ploceñ, Vilhelmus Lubuceñ, Henricus Culmensis, Episcopi, tenuit. Pro subueniendo terræ sanctæ anni iubilei gratiam, & crucem contra Sarracenos prædicauit. Constituteq; in maioribus ecclesiis capse fuerunt, pro pecunia a merentibus iubileum colligenda. Anno quo supra quinta Decembris, castrum Mazouiæ Czechanow, p Prutenos Barbaros captum & cõbustum. Anno domini. 1268. die decima mensis Nouembris. Illustris uirgo Salomea Gallaciæ seu Halicien sis regina, Boleslai pudici Gracco: ducis germana. In cuius fauorem monasterium Zauichosteñ fũdauerat & dotauerat, in lapide Mariæ mortua est. Hæc cum sponso suo rege Gallaciæ seu Haliciæ, absq; oñi illecebra carnis cœlebs uixit. Mortuo uero spõso relligionem sactæ Claræ professa. Primum in Zauichosteñ monasterio, deinde facta translatione, in lapide sanctæ Mariæ ut nunc uulgo dicitur in Skala cõmorata, utrobiq; Abbatissæ officium gessit. Hæc ãnis duo de triginta seruiens, nunq; a carne cilicium ammouit. Hæc quarto idus Nouẽbris in monasterio de lapide Mariæ sepulta, sequenti anno quarto kalendas Iulii Graccouiam translata, in medio chori sancti Francisci fratrum minorũ Gracco: sub lapidibus sectis in altum leuatis, humata est. Et sicut septem diebus anteq; sepeliretur in Skala, Sic & in translatione in Graccouiam, fragrantia & suauis odor de corpore ipsius emanabat. Sed & quædam moniales prefati Cenobii Martha nomine grãdeua & relligiosa asseruit, de corpore eius, nedum suauitatem odoris, uerũ & oleum redolens, manasse, quo plures egri inuncti, perfectam recepisse sanitatem testati sunt. Frater autẽ Boguslaus ordinis minorũ uir relligiosus & deuotus, in uisione eam cœlum ascendentẽ uidit, & cœtũ angelicum canẽtem. Fronduit, floruit, Aaron uirgula. Anno præfato. 1268. Kazimirus Conradi filius Cuyavieñ, Lancicieñ, & Siradieñ dux, diem clausit extremum. In Wladislaꝛ ecclesia sepultus, & statim sequuta est defectio castri Bugoscza. Præfectus siquidem illius Theodricus genere Prutenus, post idolatriam fidem Christi professus, nulla necessitate coactus, præfatum castrũ Bugoscza Boleslao pio duci Kalissieñ tradidit. Sero tandem perfidiam admisisse cognoscens, accito familiari ut se interficeret imperauit, qui iussa temeraria, ceruicẽ ipsius extensam mucrone præscindẽs, exequutus est. Reliquit autẽ Kazimirus dux prædictus, duos filios, Lestkonem nigrum ducem Siradiæ, & Semouitum ducem Cuyavieñ & Lancicieñ. Et huic Semouito seu Zemomislao, pater adhuc uiuens Salomeam uirginem Swatopelci Pomeraniæ ducis filiam in uxorem desponsauerat. Ex qua tres filios Lestkonem, Przemislaum, & Kazimirum genuit: Et duas filias fenuennã, quæ Stephano regi Hungariæ nupserat, & Constantiã Trzebniceñ monasterii Abbatissam. Swatopelcus dux Pomeraniæ quartadecima die mensis Iulii anno domini. 1268. humanis exemptus est, in monasterio Oliueñ sepultus, reliquit quattuor filios Mestwinũ, alias Mscezugium. Varcislaum, Samborium, & Ratiborium. Circa Mscezugium natu maiorem impe

Castrum Czechanow exustũ

Beata Salome a moritur.

Kazimirus Cõradi filius mortuus.

Swatopelci mors.

p rio & regimine

rio & regiminē manēte. Anno domini. 1269. Discordante Zemomislao du
Lithuani Cuyauiam vastarūt. ce Cuyauiæ & Lanciciæ cum suis militibus. Lithuani quarto nonas Septē/
bris Cuyauiam inuaserunt, & raptam prædam hominum & quadrupedū in
Miraculum. Lithuaniam abduxerunt. Eodem āno duo exercitus equestres in nubibus cō
currere & durum certamē gerere, uisi sunt. Wladislaus dux Wratislauieñ
& Archiepiscopus Salczburgeñ, Henrici a Thartaris occisi filius, longa e/
gritudine laborans uitam finiuit, in ecclesia Salczburgeñ sepultus, anno do
mini. 1270. uigesima quarta Aprilis, quæ est in crastino sancti Adalberti: A
quibusdā Slesitis ut aiunt toxicō uenenatus, quia tā ducatū q̄ Episcopatum
Wratislæ: solus administrabat. Et Hēricus quartus pubertatē egrediēs, he/
reditarie in bona patris & patrui successit. Thomas uero secundus, a Capi/
tulo Wratislauieñ diu electus in Episcopatū Wratislauieñ successit, fertur
de hoc Wladislao Archiepiscopo Salczburgeñ, dum studiis Paduæ daret
operā, Ciuis Paduanus depauperatus, ei filiā suā decorā turpis quæstus gra
tia adduxit. At ille utriusq; miseratus, egēti patri subuenit, & uirgini seruato
Fece 36 pueri uiui uno partu ēduntur. pudore dotem contulit. Eodem anno domini. 1270. Quædam matrona no/
bilis nomine Margaretha, Comitis Viroboslai coniunx in terra Gracco: in
uilla Nakel, trigintasex pueros uiuos, uno partu, sed eodē die mortuos, ædi
dit. Simile dicetur infra de Czechina quæ sexaginta pueros uno partu pepe/
rit. Et si placet uide Auicennam de animalibus asserentē, unam mulierem se
ptuaginta octo formatos uno partu effudisse. Et Albertus magnus in nono,
de historiis animalium refert se a fideli medico in Germania audiuisse, q̄ una
Prolis fœcūditas. mulier abortiuit, centum quinquaginta inuolutos quātitatis digiti auricula/
ris. Pluresq; habuisse motum constrictionis & dilatationis. Anno quo supra
Vitulus duorū capitum & 7 pedum. apud oppidū Kalisz, intra octauas Natiuitatis Christi, natus est uitulus, pel
le uitulina contectus, habens dentes caninos, & duo capita quorū unum ma
ius in suo loco, aliud minus ad caudā situ erat. Pedes aūt septē habuit uituli
Pluuia sanguinis. nos. Cadauer eius nec canes nec alites sanguipetæ contingere uolebāt. Eodē
anno tribus diebus aqua sanguinea in fluuiis Sleziæ Odra & Nissa fluxit, a/
pud uillam autē Michalow eiusdem regionis æstiuo tēpore cœlum sangui/
nem pluit. Itē a uigesima die Iunii usq; prope medium Augusti die noctuq;
Aquarū uber/tas. continue pluebat, & fluuii aquis aucti adeo exuberauerāt, ut agros, prata,
segetes, & bassarum uillarū tastigia, operirēt. Insuper Istula plures domos,
pecora, reptilia, molendina absorpsit, & agris exterminiū atq; sterilitatē in
duxit. Anno supra dicto scilicet. 1270 septimo kalendas Septēbris, Stepha
Rex Hungariæ Gracci uenit. nus rex Hungariæ, filius Belæ, & germanus Kingæ consortis Boleslai pudi
ci Graccouiā uenit, limina sancti Stanislai uisitando. Et debito honore a Bo
leslao pudico exceptus est. Factoq; fœdere super pace inter regna Hūgariæ
& Poloniæ inuiolabiliter tenenda, muneribus munifice dotatus, in Pannoni
am discessit. Anno domini. 1271. Conradus Glogouieñ dux, obeunte Salo/
mea uxore prima, filia Wladislai Ottonis maioris Poloniæ ducis. Alteram
superduxit Brigittam filiam Theodrici Marchionis Misneñ, relictā, Cōra
di nepotis Romanorū imperatoris Friderici. Et pro dote Crosznam, Grey/
fenstein & Przin, castra ac oppida ei inscripsit. Illa uero in breui fato absum

pta, præfatus

pta, præfatus Theodricus Marchio Misneñ prædicta bona occupauit, &
Conrado Archiepiscopo Maydeburgeñ, pro decem milibus florenorū uen
didit. Eodem āno Griffina Lestkonis nigri Siradieñ ducis consors, impoten/
tiam & frigiditatē marito suo obiecit. Nec ab eo fuisse cognitā, cū prope sex
Griffina a sexennio marito cohabitās uirginem se gessit āṇis ei comasisset fassa est. Et cū esset Graccouiæ in monasterio fratrū mino
rū detraxit peplū, & uirginē se deinceps intecto capite gerere cœpit. Quod
dedecus & ignominiam fratris sui Lestkonis nigri, Boleslaus pudicus Grac/
co: & Sandomiriæ dux, moleste ferens. Postea scilicet āno domini. 1275. se/
xta die Augusti in Siradiam personaliter descēdens, rescidit, & mutuā cha/
ritatem inter utrosq; ordinauit, quæ extūc in diem mortis seruata est.

CAPVT LVII.

Paulus Episcopus Graccouieñ captus. ANno Christi. 1271. Paulum Episcopum Gracco: in Cunow suo
prædio cōmorantem, & tanq̄ salutaria monita ducis sui Bolesi/
lai pudici & Prælatorū, Canonicorumq; Gracco: contēnentem
Duo militares de domo bipennium, Otho, & Zegotha, capti/
uarūt, & per siluas in castra Siradiēse deduxerūt, ubi a Lestkone nigro duce
Siradieñ sub honesta custodia detinebat. Hac occasiōe Ianussius Archiepis/
copus Gnezneñ, totam prouincam Gnezneñ interdicto suppossuit, quo Bo/
lesslaus pudicus affectus, Paulum Episcopum a captiuitate soluit. Et in qua
dragesima per arbitros Magistrū Derscrayum Prepositū, & Valterū Ca/
nonicū Gracco: sub his condicionibus cum ipso cōcordauit, ut Othā & Ze
gotham captiuatores puniret, & à sua cōmunione sequestraret, ut ducentas
marcas argēti illi solueret. Et ut sortem ducalem in Dzerzasna illi donaret.
Quæ singula dux Boleslaus adimplens, Otham & Zegothā per unum mē
sem uinctos tenuit: Qui soluti hereditatibus, quas in Gracco: & Sandomiri
Captiuatores puniti Oppolmigrant: eñ districtibus obtinebant, uenditis, ad Wladislaum ducem Oppolieñ com
migrauere, & illic incolatum acceperunt. Anno domini. 1272. In die sancti
Dux Iulicēñ. Vincencii in Prussiam duo Comites de Iulich & de Marcha, cum suis genti/
bus in auxilium Cruciferis uenerūt, & ordinatis aciebus in terrā Sambieñ
descenderūnt, & Sambienses cum eis acerrime pugnantes, ad extremum ui
cti sunt. Fugieruntq; ad uillam Sklumen, ubi certamine innouato, Crucife/
ris uictoria cessit, & Barbari superati sunt. Anno domini. 1273. Przemisla/
us Posnanieñ dux, annum decimum septimū agens: Ad habendum heredē
masculū, persuasus a Boleslao pio duce Kalissieñ patruo suo, accepit in cō/
iugem Luberdem neptem Barwin ducis Slauorū apud oppidū Stetin, quæ
fuit filia Hērici ducis de Visczimirz, uel ut alii uolunt, filiam Nicolai ducis
Kassubitarum. Hanc die septima Iulii in Posnaniam adduxit. Anno domini
1274. Msczugius dux Pomeraniæ quarto nonas Ianuarii, monasterium Ci/
stercieñ ordinis nouum Dobrany appellatum, & per Samboriū ducem Po
meraniæ patruum Msczugii fundatum & dotatum, in Polplin in territorio
Thimauieñ terræ Pomeraniæ, tituli beatæ Mariæ uirginis transtulit. Et il/
lud multis libertatibus & ampla dote adornauit. Eodē anno Henricus magi
ster Prussiæ, cū omni sua potentia, Barbaros Prutenos, Culmēsem terrā ua/
riis spoliis uastātes, apud Lubauiam consequutus inuasit. Barbari autē fuga

simulata, in nemus fugierūt, & ex eo Cruciferorū exercitum dispersum in-
uadentes, magistro Henrico & Marsalco Theodrico, pluribusq; aliis occisis
Fratres Cruciferi clade a barbaris affecti. prostrauerunt & uicerunt. Prædamq; quā tulerunt, in suā regionem abduxe
rūt. Et q̄is consequenter in auxilium Cruciferis dux Brunsuicieñ, Lantgra-
uius Thuringiæ, Rex Bohemiæ, Marchio Brandenburgeñ cum filio, & alii
christiani adueniſſent, tamen propter hyemis tum mollicie, tū intemperiem
nulla re memorabili ædita, ad propria redierunt. Verū Marchio Branden-
burgeñ, castrū & oppidum cōstituit, quod a sua regione Brandenburgk ap-
Omen futuri mali. pellauit. Anno domini. 1275. apud Graccouiā puer natus, uix semestris arti
culata uoce, Thartaros uenturos & Polonorū capita præcisuros prædixit.
Cunctis trementibus interrogatus, an ipse etia Thartarorum aduentū time-
ret? Respōdit plurimum sese timere, cum inter alios suum caput essent præ
cisuri. Anno dñi. 1276. Ne a regno Poloniæ castra & oppida Crosnæ, Grey
fenstein & Przin alienarentur. Henrico quarto, Probo cognominato, delega
ta est prouincia, exemendi ea tam a ducib⁹ Conrado Glogouieñ & Boleslao
Legniceñ, q̄ a Baronibus & militaribus Sleſiæ. Qui decem milibus aureorū
ab Archiepiscopo Maydenburgeñ ipsa exemēs, sui iuris & proprietatis ea
fecit, statimq; inuidia ducū Conradi Glogouieñ, & Boleslai Legniceñ sequu
ta est, incrementis rerum Henrici Probi uehementer inuidentibus. Visoq; tē
Henricus Prcbus captus. pore oportuno Boleslaus Legniceñ, Henricum quartū Probū ducem Wra-
tisla: nepotē suū nullas insidias patrui uerentē. In curia & uilla sua Ielcze q-
escentem, missis satellitibus & latrūculis feria quinta āte dominicam Remi-
niscere, duodecimo kalendas Marcii, in nocte soporatū capit, & in castrū su
um Lethen deductum, in dira uincula coniicit. Pro causa obiciens, q⁹ portio-
nem Wratisla: ducatus ex morte Wladislai Archiepiscopi Salczburgeñ,
æque ad se, & ad Conradū Glogouieñ spectātem, teneret. Mouent itaq; gra
Bellum intestinum Sleſianorum. ue bellum Boleslao duci Legniceñ, nobiles & milites Wratisla: Et obtentis
auxiliis a quinq; ducibus Poloniæ. Boleslao pudico Gracco: & Sando: Bo-
leslao pio Kalisſieñ, Przemislao Posna: & Gnezne: Cōrado Glogo: & Wla
dislao Oppoli: Cum præfato Boleslao Legniceñ uarias gentes ære condu-
ctas ex Misneñ, Saxonibus, Sueuis, & cæteris habente, conflixerunt. Neu-
traq; parte pedem referente, cœde ingenti suorum Boleslaus Legnicē: cōspe
cta, cum uno tantum comite fugit. Filius autē eius maior natu Henricus, pu
gnam labentē restituit, & animo pertinaci, aduersarios debellauit. Captusq;
Przemislaus dux Posnani-eñ captus. est in eo prælio Przemislaus dux Posnani: & plures milites auxiliares. Wra
tislauieñ autē ea clade territi, ad Premislaum, qui & Ottocarus dicebatur re
gem Bohemiæ confugiunt. Et ut fidior esset, parti eorum castrū & oppidū
Cloczko ei tradunt. Cuius interpositione & opera inter Boleslaum Legni:
& Henricum Probum Wratisla:, pax est composita sub his condicionibus,
ut Boleslaus Legnicē: nepotem suum Henricum Wratisla: a captiuitate sol
uat, ut Przemislaum Posnaniē: & milites in prælio captos dimittat. Vt Hē
ricus Probus Boleslao Legniceñ de castris & oppidis Strzegom, Strosza,
Nouoforo, Greyfenbergk, Przin, & Geswindorff perpetuo cœdat. Quibus
ab utraq; parte acceptatis, Hēricus Probus dimissus est. Ex eo tempore arx
& oppidum

& oppidum Cloczko in potestatem regis Bohemiæ deuēnit, quo ad tempo-
rale. Quo ad dioceſim uero ad Wratis: in dioceſim Prageñ per nephas & ui
olentiam concessit. Thoma secundo Wratisla: Episcopo huiusc̄modi nota
bilem mutilationē non rescindente. Crosnam uero a Baronibus Wratisláuiē
sibus, Ioanni Brandenburgeñ Marchioni, ne arma contra eos pro Boleslao
Legnicē: ferret, obligatam. Henricus Probus redimens, præfato Ioāni Mar
chioni, damna, sumptus, & expensas iniustas computanti, sex milia marca⁹
persoluere, cū tantum in quattuor milibus extiterat pignorata, coactus est.
Anno domini. 1277. Lithuani gentiles terram Lancicieñ, quæ tūc a duce Ka
Lancicieñ terra vastatur. zimiro germano Lestkonis nigri, ducis Siradieñ tenebatur: In festo sācti Lu
cæ subito ingredientes, cœde, spoliis, & tectorum exustione uastauerunt, se-
nes & impuberes occiderunt. Et quasi quadraginta milia animatorum, si-
mul cum pecoribus estimando, nemine resistente, in miserabilem seruitutem
abduxerunt. Eodem anno septuagesimo supra mille ducentos: Nonus magi
Nonus Prussię magister. ster Prussiæ Conradus de Tirborg electus est, absumpto Theodrico de Ga
tirslewe octauo magistro. Tunc duo duces Prutenorum, Hēricus de Nocta
ga, & Cappe de Sczenawa, a Cruciferis capti fuerunt: & in patibulum acti
Diwan autē tercius dux Prutenorū de Barthena, duorū necem miserabilem
ulciscendo, terrā Culmensem cum copiis subintrans, graui exterminio eā af-
flixit. Conradumq; magistrum Prussiæ, qui eum inuaserat, & cum Crucife-
ris pro triumpho obtinendo fortiter pugnātem, in fugam uertit, quingentis
christianis & duodecim Cruciferis occisis. Pauloq; post Barbari Pruteni, ca-
strum nouum quod inter Culmeñ & Pomezanieñ oppida, a magistro Cora-
do magnis sumptibus erectū: Item castrū Radzin: Itē castrū Vartembergk
fortissima impugnatione cōquisierunt. Et omnes Cruciferos & christianos in
præfatis castris repertos, rabie barbarica interfecerunt: Castra uero igne cō
sumpserunt. Boleslaus caluus Legniceñ dux, parum uoluptatis & utilitatis
Boleslaus caluus moritur ex uictoria & possessionibus Hēnici Probi, nepotis sui ducis Wratis: nactus
ex senio & languore mortuus est, anno domini. 1278. Et in monasterio fratr̄
prædicatorum, a se fundato sepultus. Homo uiolentus in proprios & exte-
ros: Adeo uelocis & corrupti sermonis, ut plerūq; audiētes in cachinnum &
risum soluerēt. In factis & moribus tortuosus: in iudicio & causis sanguinis
præceps & iniustus: Merito seuus & Rogatka (quod in latino cornutus so-
nat) uocatus: Fœdo pellicis amore usq; ad mortem uinctus. Ob quam pelli
cem & graues molestias, altera coniunx eius Adleyda, filia Samborii ducis
Pomeraniæ, deserto Boleslao Rogatka marito suo adhuc in uita ipsius, dū
aliter nequiret, in domum paternam pedes remeauit. Reliquit autem Bolesf
laus tres filios superstites, ex prima coniuge Heduigi, filia Comitis Henrici
de Hanhalt, uidelicet Henricum Legniceñ, qui crassus & uētrosus est appel
Proles eius derelicta sexus utriusq;. latus. Boleslaū Sweidniceñ, & Bernardum agilē, tanta siquidem illi agilitas
inerat, ut quattuordecim robora in aliquo edificio supne ordinatim erecta,
prepeti cursu ascenderet, & resiliens in pedibus fixus staret. Reliquit & qua
tuor filias ex eadem Heduigi consorte sua, Agnetem, quā Comiti de Varte-
berg tradiderat. Alterā Heduigim, quā Cōrado duci Mazouiæ filio Semo-

uiti despōsauerat. Terciam Annā in monasterio Trzebniceñ professam, & tandem Abbatissam. Quartā Katharinā in iuuentute defunctam. Anno domini. 1278. Boleslaus Mazouiæ dux, intulit bellum in æstate, Conrado duci Glogouiæ, & circa castrū Cziruin cum ipso confligens, omnem potentiam eius prostrauit. Martino autē Abbati Lubensi & Ieszouieñ cum suis monasteriis pro denunciatione clandestine hostium irruptionis (beneficii memor) multas libertates & priuilegia, etiā de consensu Semouiti & Troideni, idem dux Boleslaus concessit. Eodem anno 1278. Trinote filius ducis Lithuaniæ coadunatis Lithuanorū & Prutenorū copiis, quæ ad triginta milia pugnatorum explebāt, eas trifarie diuidens, unā partē in Mazouiā: Duas uero in terram Culmeñ transmisit, & omni terra Culmeñ peruastata. Castroq; Bergelow sub Cruciferis conquisito & incenso, multas gentes in seruitutem abduxerunt. Eodem anno Skomand dux cū Prutenis Sandouitis repetendo, in terram Culmeñ aduenit, & duo oppida Lubaw & Chelm obsessa, & machinis expugnata cōquisiuit. Et terram Cuyauieñ circa oppidū Kouale prædatus est. Eodem āno ciuitas Lancicieñ a Lithuanis subita incursione spoliata est.

Culmensis regio vastatur.

CAPVT LVIII.

Leſtko niger.

LEstko niger, sublato & tumulato Boleslao pudico. Successit ei in terris Graccouī: Sādomirieñ & Lublineñ, anno domini 1279. Per cōcordem omnium Baronū & Pauli Episcopi Graccouieñ electionem. Quoniam ducem Boleslaū pudicum strictiori consanguinitate contingeret Ab eoq; adoptatus & designatus successor foret. Et q; princeps Frugi & Comis, principatuq; dignus uideretur. Statimq; nouam successionem ducis Lestkonis nigri, noui motus, nouiq; stridores bellorum insectati sunt. Nā Leo princeps Russorū, filius Danielis regis Russiæ, uolēs sibi appropriare terras Lestkōis nigri. Primū terra Lublinē: puastata, in terrā Sādomi: descēdit, & a castro simul & oppido Sando: cū ignominia repulsꝰ. Ad uillā Gosticzze duobus a Sandomiria miliaribus posita ueniens, statiua tenuit, ubi ordinatione ducis Lestkonis nigri. Occurrerunt ei Varsius Castellanus Gracco: Petrus filius Alberti Gracco: & Ianussius Sandomirieñ Palatini, certamineq; inito die Veneris, tercia Februarii, āno Christi 1280 conflixerūt, & Rutheni plurimi numero, a paucis polonis uicti sunt. Primis siquidē ductoribꝰ & ordinibus cœsis, reliqui trepidātes, armis proiectis tanq; limphatici fugā inierunt. Thartari uero qui cū Ruthenis aduenerāt, breui oppositione facta mox & ipsi fugierunt, Leoq; principalis dux cū paucis confusus euasit. Occisa sunt eo prælio octo milia, duo capta: Signa militaria septem intercepta. Lestko niger parum ratus bellum repellere, nisi iniuriantibus bella inferret. Post quindecim dies cum exercitibus quasi triginta milibus equitum, & duobus milibus

Ruthenī a Polonis victi.

Lestko nig. Russiā grassat.

obus milibus peditum, terras Leonis inuadens, multa castra occupat, expugnat, & euertit. Et usq; ad Leopolim terra depopulata, prædā frequentem hominum & pecoꝝ in Poloniam intulit. In ea uastatione quinq; milia cœsa, quattuor uero milia in captiuitatē abducta, scribuntur. Sequenti quoq; anno 1281. Lestko niger cum omnibus terrarū suarū copiis in terrā Wratislā descendit. Et aduenientibus ei in præsidium Mseczugio Pomeraniæ duce: Itē omnibus maioris Poloniæ militibus, triplici agmine terram Wratislauieñ spoliis & incendiis confecit. Causa erat quia Henricus quartus Probus, potius uero facinoribus attestātibus, improbus, dux Wratislauieñ corrogando principes, ad tractandum pro bono pacis & ordinis principatuū: Dominica Septuagesimæ in uilla Baricz, nullam fraudē suspicantes, Przemislaū maioris Poloniæ, Henricum Legniceñ, & Henricum Glogouieñ duces, iure diuino & humano prophanato captiuauit, & in Wratislauiā deductos, uinculis singillatim inclusit. Præcantibusq; Wratislauiensibus ut dux eorum Henricus quartus aut captiuos dimitteret, aut cū duce Lestkone nigro componeret. Saxeum pectus ducis Henrici Wratislauieñ lachrymis, contumeliis, & increpationibus ad compassionem flecti non potuit, quin uniuerso ducatu Wratis: in fauillam redacto, & præda ingenti in Poloniā abacta: Nec cū hostibus decerneret, neq; captiuatos duces a uinculis emanciparet. Duces itaq; captiui, molestias diuturnæ captiuationis euasuri, cū illo per pacta conuenerūt, ut Przemislaus dux Posnanieñ frater ipsius amitalis, terrā Rudeñ, quæ nunc Vieluneñ dicitur (asserens illam sui iuris esse) ei resignaret. Ab Henrico uero Legniceñ, & Hērico Glogouieñ fratribus patruelibus, quum nullas terrarum sortes ab eis exigere posset, seruituros se sibi per quinquennium cum triginta lanceis, contra quēlibet hostem obligauit. Sicq; a captiuitate laxatos in suos principatus remisit. Anno aūt dñi 1282. Irruentibus Lithuanis & Iaczwingis uigesima quarta die Septēbris in terrā Lublineñ, & quindecim diebus eam uastātibus, magnū numerū prædarum in Lithuaniā referebāt. Lestko aūt niger illico accepto nūcio, de Graccouia se recepit, & celeri cursu in itinere milites colligens, in terram Lublineñ deuenit, hostesq; abisse reperiēs, turbatus, cogitabat, an persequi Barbaros deberet, cum essent plures numero, quia quattuordecim milia. Ipse uero ultra sex milia militum haud cōtemnendoꝝ non collegisset. Inter cogitandum uisio augelica, quæ se archangelum Michaelem profitebatur, per soporem monstrata, monuit, ut omni cūctatione abiecta, hostes persequeretur, certam illi futurā uictoriam promittens, uocat Lestko in contionem milites, & ea uisione narrata, meticulosos militum animos exhilarat. Et insequuti Barbaros repererūt, & eos tredecima die mēsis Octobris, præda onustos, inter flumina Narew & Niemyen consequūti sunt. Et dux Lestko niger, adhortatus suos, ut pro fide christiana, & pro patria uiriliter pugnarent: Insiliit in Barbaros, cōspectu Polonorum & latratu canum captiuos sequentium, attonitos, & cum primi & secūdi ordines obtriti sunt, reliqui uersi sunt in fugam, cœdesq; in omnes fugientes ædebatur, quā captiui ex terra Lublineñ operose promouebant. Canesq; diris morsibus quasi nossent quos insectari deberent, lacessebāt: Mirabile

wratislauiensibus merito bellum infligitur.

Lestkone nigro viso diuinitus facta.

Prodigiū perrarum.

dictu, recensito exercitu polonorū nemo repertus est in eo prælio cecidisse, ut oraculum Lestkoni duci per quietem factū, non fantasticum, sed diuinum ueri ficaretur. Ab eoq; tempore Lestko niger beatū Michaelem singulari ue/ neratione prosequebatur. Et in Lublin reuersus, Basilicam parrochialem in hāc diē permanentem, tituli sancti Michaelis fundauit. Quæ beneficia Ar/ chāgeli & cladem Barbarorū Polonis demonstrat. Redeūte Lestkone nigro ex Lithuanica expeditione in Graccouiā, Conradus dux Mazouiæ, patruus Lestkonis, in terram Sandomiriæ per rebelles Ianussiū Palatinū, Cristinum Castellanū Sādomirieñ inductus est, quibuscū Paulus Episcopus Graccoui eñ astruebatur sensisse, qui Sādomirieñ, Zauichosteñ, & cætera castra in re alem possessionē ei tradiderunt. Lestko autē niger, nil territus, cum curiensi/ bus & armigeris terræ Gracco: propere uersus Sādomiriam processit. Con radus autē de Sandomiriēsibus ambiguus, non exspectato duce Lestkone ni gro, in Mazouiam discessit, copias ampliores ut aiebat comparaturus. Sup ueniens autem Lestko, singula castra recuperauit, & auctores defectionis Ia nussiū Palatinum, Cristinū Castellanum, cæterosq; milites sibi reconciliauit ac omnem rebellionē extinxit. Sādomirieñ rebellione suppræssa, Lithuani/ cum nouū bellum surrexit, qui anno domini 1283, quarta Octobris maiori/ bus copiis q̄ ante, per districtum Lukouieñ, & siluas in eo consistentes, in ter ram Sandomirieñ improuise irruperunt, & multa cœde patrata, senibusq;, & impuberibus interfectis, sex milia Polonorū & iumenta abducebāt. Dux autem Lestko niger armis correptis, de Graccouia tristis exiliit, & tam die q̄ noctu celeri gressu iter conficiens, per nuncios nobiles & agrestes occurrere iussit, qbuscū i Lukouieñ puincia Lithuanos graues præda, cōsequut⁹ est, q ne cū Lestkone & captiuis pugnare cogerētur, ad siluas pximiores densas & limosas secesserunt: Vbi a Polonis obsessi, alligatis captiuis, & sarcinis sub custodia imbecillium relictis, e silua glomerati, aciebus ordinatis proces serunt, & uoces inconditas emittentes, ad stationes Polonorū in loco qui Ro wne appellatur, peruenerunt. Dux Lestko niger animatis suis, exercitum in duas alas diuisit, quarū unā Zegothe Palatino Gracco: Alterā Ianussio pa latino Sādomirieñ commisit, & in hostes insiliit: Primaq; ala Zegothe pa/ latini Gracco: in qua Curienses ducis erāt, cœpit uincere. A qua tandem ad aliam eadē sors peruenit, fusiq; sunt Lithuani, & eorum plura milia occisa, q̄uis & de Polonis aliquot insignes milites ceciderint, uictoria obtēta, capti ui in silua soluti sūt, sarcinæ Lithuanorum in milites diuisæ, & præda erepta in terrā Sandomirieñ reducta est. Paulus Episcopus Gracco: hāc Lithuano rum inuasionē procurasse insimulatus est, quapropter dux Lestko niger per milites eum in oppido Lagow captiuauit, & altera uice in castrum Siradieñ deportatus fuit. Vnde post aliquātum tempus hōneste dimissus est.

Ianussi⁹ & Cri stinus deficiūt.

Auctores defe ctionis pœnas pendunt.

Lithuanorum strages.

Paul⁹ Cracco uieñ Episcop⁹ captus.

CAPVT LIX.

Bellum grādē indicitur Lest/ koni.

POst bella Barbarica contra Lestkonem nigrū, magna procella, magnaq; insurrexit rebellio. Nam anno domini 1285. Paulus E piscopus Graccoui: Varsius Castellanus, Zegotha palatinus Gracco: Ianussius Palatinus, Cristinus Castellanus Sandomiri eñ, cæteriq;

eñ, cæterīq; Barones terrarum Gracco: Sandomirieñ, & Lublineñ. Vno uo to Conradum Mazouiæ & Czirneñ ducem, in Sandomiriam inducentes, & conuentū generalem celebrātes, ei obedientiā iurauerunt, & omnia castra, ci uitates & munitiones ei subiecerūt, præter arcem & urbem Gracco: in qua se Lestko niger continebat. Ad eamq; expugnandam Conrado Mazouiæ & Czirneñ duce procedēte. Lestko mœstus & consilii inops, quum militū præ sidio careret, Graccouiensibus ciuibus Theutonicis arcem, & Griffinam suā consortem commisit, pollicitus fidem eorū abunde se præmiaturum. Ipse ue ro celeri cursu, quartadecima die Iulii e Graccouia egressus, in Hungariam auxilia quæsiturus diuertit. Ciues autē Graccoui: ciuitatem & arcem eodem tempore tueri non ualentes, deserta Graccouia, cum uxoribus & pignorib⁹ in arcem se receperunt. Veniente autē duce Conrado, & urbem uacuā inue/ niente, in eam intrauit, & Barones ad ciues Gracco: familiares & eis notos misit, ut a communi uoluntate militariū non desiperent, sed arcem traderent habituri Conradum pl'usq; Lestkonē nigrum propiciū. Qui post paruam de liberationem responderunt. Non licere illis Lestkone nigro uiuente, iuramē/ tum quod cum omnibus Baronibus Graccouiensibus & Sandomirieñ præ stiterunt, etiam si extrema sors ipsos impeteret, uiolare. Exacerbatus Conra dus dux Mazouiæ & Czirneñ, una cū omnibus Baronibus respōsione Grac couiensium, urbem Gracco: igne conflagrauit. Interimq; Lestko niger cum Hungaris & Cumanis, quos Ladislaus rex Hungariæ in præsidium ei dede/ rat, ex Hungaria redibat. Cui Conradus dux cum multitudine militū occur/ rit, & in campis uillæ Boguczicze haud procul a flumine Raba secūda Au gusti cum eo conflixit. Et Conradus dux Mazouiæ strage magna superat⁹ quoniā iniusta arma induerat, in Mazouiam fugit. Nec amplius in minorem Poloniam redire ausus fuit. Dux uero Lestko niger Graccouiā ingressus, Hū garos & Cumanos pro opera conductionis & prælii munifice remuneratos in Pannoniam remisit. Captos Barones in libertatem restituit, alios ueniam deprecantes in gratiam & priorē statum admisit, Graccouiēsibus qui ab il/ lius fidelitate nullo modo euelli potuerunt, multas libertates concessit. Et ci uitatem eorum muris, fossatis, ac uallis muniuit. Gubernationēq; illius loci, solis Theutonicis cōmisit. Et Theutonicos Graccouieñ intrīm coluit & extu lit, ut in moribus, habitu & coma (indignantibus nobilibus) eis se conforma ret. Post aliquantū tempus, concesse quietis, Lestko niger simulans se transa ctas iniurias & inuasiones Lithuanorū ultum iri. Anno Christi 1287. genera lem expeditionē omnium suorū principatuū indixit, & cruce ab Apostolica sede, cōtra Lithuanos & Prutenos tunc concessa & prædicata, se & suos mi lites signauit. Omissisq; Barbaris, in Mazouiā, terram Cōradi sui aduersarii triplici agmine intrauit, & crudeli ferocitatē, cœdibus, igne, & spoliis eā ue/ hementer uastauit. Conrado duce Mazouiæ nullam resistentiam faciente. Eiusdem anni undecima die Decembris, sub intensissimis frigoribus & densis simis niuibus, ferocissima gens Thartarorū famē sedatura, ducibus Nogay, & Thelebuga: Primū in Lublineñ & Mazouiæ, expost in Sandomiriē Si/ radieñ, & Graccouieñ oras, in numero locustarum uenit. A castro & ciuita/ te Sandomirieñ, cum ignominia & strage, militibus qui in præsidio erāt strē/ nue tutantibus,

Lestkonis fu ga in Hungari am.

Lestkonis spes in Theutones.

Constantia fi/ dei ciuiū Grac. in suum prin/ cipem

Lestko Conra dum vicit.

Lestkōis remu neratio Grac.

Magistratus & libertates Theu tonicis Gracco. datę.

Lestkōis in Ma zouiam expe/ dicio.

Thartari Polo niam vastarūt.

nue tutantibus, repulsi: Plures ecclesias, monasteria, & munitiones obtinue/
rũt & incenderunt, tamen a monasterio sanctæ Crucis, Calui montis, suasu
Ruthenorũ abstinuerunt, ad Graccouiam in uigilia Natiuitatis Christi ap/
plicantes, & eam expugnare adorsi, aliquot insignes eorum ãmiserunt, ulu/
latuq; ædito, ab ea discesserunt, & depopulationẽ cum spoliis longius exten
derunt. Dux Lestko niger, de uiribus suorum militũ diffidens, in Hungariã
cum Griffina sua coniuge secessit. Et Thartari grassantes ad Alpes panno/
nicas peruenerunt. Sub quo tempore Kinga Boleslai pudici olim relicta, cũ
Beata kunegũ dis. septuaginta sãctimonialibus & duabus germanis suis: Iolentha Boleslai pii
Kalisiẽn, & Constãtia Danielis Russiæ regis relictis, multisq; sacerdotibus
& militibus, in castrũ Pienini, quod supra Dunaiecz prope oppidum Cros/
czenko situm habet, natura & arte munitissimum: Vno tantũ angusto trãsi
tu adibile, se contulit, & illic per tempus uastationis Thartaricæ permansit
Monasterio quod dereliquerũt Sãdeceñ, a Barbaris illeso permanẽte, præ/
ce & meritis fœlicis Kingæ restringẽtibus, terris itaq; prædictis spoliatis, sa
cerdotibus, lactantibus, & senibus trucidatis, cum ingenti præda hominũ ac
xx. millia vir/ginum innup/tarum abacta. pecorum abscesserunt, quã apud Wladimiriam parciẽtes, uiginti unum mi
lia de uirginibus nondum nuptis computarunt. Ex quo multitudo cæterorũ
uirorum & fœminarũ poterat estimari. Anno immediate succedente 1288:
Dux Lestko niger, Matheum Palatinum Siradieñ, cũ militibus terræ Sira
Alterã in Ma/zouiam expe/ditio. dieñ tantum (Graccos eñ & Sandomirieñ clade Thartarorũ plurimũ attri
ti, munus expeditionis obire se excusarunt) contra Conradum Mazouiæ du
cem, fratrem patruelem altera uice destinauit, qui uniuersam fere Mazouiã
incendiis & spoliis peruastauit. Conrado duce Mazouiæ, nullam repræssio/
nem faciente. Et cum confinia Mazouiæ Matheus Palatinus Siradieñ cum
suo exercitu, tum præda onusto, tũ incomposito agmine incedente, redeũdo
attigisset. Dux Conradus Mazouiæ, cũ militibus & agrestibus per inuia &
abdita loca accurrens, securos & quiescentes in diluculo, septimo kalendas
Iulii inuasit, & territos ac uelut limphaticos discurrentes disperst. Mathe9
uero dux exercitus cum paucis militibus constãter pugnãs, occisus est. Hãc
cladem & præcedentẽ Thartarorũ, cũ peste & fame, quæ his annis in regno
Poloniæ acciderãt, aliq; scriptorum uindice Christo euenisse ptulerũt. Ex eo
q; Lestko niger, arma, cruce signato9, a Barbaris in fideles cõuerterat, quod
Lesko niger moritur. deus melius nouit & iudicat. Sensim etiã post præfata mala Lestko niger in
uiribus defluere cœpit, & acerbiori mõrbo correptus, ultima Septẽbris an/
no domini 1289 in castro Gracco: sacro percepto uiatico animam exalauit.
In monasterio sanctæ Trinitatis ordinis prædicatorũ Graccoui: in parte sini
stra chori, quem locum uiuens delegerat, ducali honore sepultus.

CAPVT LX.

Grande mira/culum. Lithuani gentiles, anno domini 1279. In quodam particulari præ
lio Cruciferos de Prussia superãtes: Duos ex eis captos, horribi
liori morte affecerunt. Vnum equo insidentẽ igne ingenti extru
cto cremarunt. Equus qdem illico igne consumptus, super Cru
ciferũ autẽ aperto cœlo splendor cœlestis demissus est, ignem in partes disie/
cit, tandem

cit, tãdem splendor in cœlum cum corpore Cruciferi (sic q; nullum illius ue/
stigium relinqueretur) in similitudinem pulcherrimæ uirginis, mirantibus &
stupentibus Barbaris conscendit. Lithuani incantatione procuratũ fuisse as/
serentes. Alterum Cruciferũ superstitem in rimã arboris, cuneis, & clauis eli
sis uiolenter inclusum & compræssum exurebãt. Hunc auis quædam candi/
da, nunq; alias cõspecta, de flammæ medio ereptum, Barbaris supra modũ
attonitis & mirãtibus, in cœlum detulit. Eodem anno Prutenis Barbaris ad
Barbarorum Prutenorũ fac/nus pessimum expugnandum castrũ & oppidum Elbing ueniẽtibus. Molendinũ quod prin
cipaliores ciues Elbingeñ defendebant, obsederunt. Dumq; Cruciteri præsi
dium quod promiserãt non attulerũt. Ex pacto uigintiquinq; obsides, ut cæ
teri essent liberi, dederũt. At Barbari quorum fides fluxa est ac modica: Ob
sidibus crudeliter enecatis uniuersos in molendino, etiam uario carnificio ex
tinxerunt. In quorum ultionẽ Conradus magister Prussiæ regiones Prutenõ
rũ, aliquot hebdomadis ferro, & igne uastauit, & castrũ Heidlsbergk cõqui
siuit. Anno domini 1280. Cõrado de Tirberg e uita secedente: Decimus ma
Decimus Prus/sie magister et/sequaces. gister Prussiæ Popo de Ostiria successit. Quo breui moriente Haymo subsli
tuitur. Sed quum is quoq; absumptus esset, Herthmannus de Hederũge du
odecimus in officiũ assumptus. Conradum de Vuchtewãge successorem ha
buit. Quo libere cedente Manegolde Konigsbergeñ cõmẽdator quartusde
cimus magister suffectus est. Sub cui9 regimine in loco castri & oppidi Czã
thir ueteri nomine abrogato, castrum Mariemburg erectum est. Anno domi
Castrum Mari/emburgk eri/gitur. ni 1281. Quidam animosiores Prutenorũ milites, castrum Ploceñ expugna
re, & terrã Mazouiæ affligere nitebãtur, quos Boleslaus dux Mazouiæ cũ
gentibus suis inuadens, paucis fugientibus conflixit. Eodem ãno, exercitus
Prutenorum terrã Culmeñ ingressus, tantis flammis & spoliis in ea grassa/
tus est, Magistro & Cruciferis decernere non audentibus, ut quinq; castris,
uidelicet Grudzancz, Marieuerder, Czanthir, Crisiburg, & Clementh ex/
pugnatis & conquisitis, singulos homines quos in eis repererant, miserabi/
liter trucidarunt. Ab anno domini 1282. Per biennium horrẽda fames in po
Fames Polo/nie, Bohemie, Germanie. lonia, Bohemia, & Germania uiguit. Poloni pernicie famis uitaturi, relictis
laribus, uxoribus, & pignoribus, aliqui in Hungariam diffugerũt, & ab Hũ
garis Cumanis tunc gentilibus uenundabãtur. Alii in Russiã, & hi a Ruthe
nis pro tributo Thartaris tradebãtur. In Bohemia uero seuior fames uige/
bat, adeo ut matres oblite pietatis, fœtus suos famem excusuræ manderent
Post horrendam famem, seuissima pestis ex pernicios & nociuis herbis &
Pestis valida. cibis emersit. Cuius simile Romanis Galienus accidisse in principio libri,
de Euchimia & Cacochimia meminit. Philippus Episcopus Firmanus, apo
stolicæ sedis legatus, a Ladislao Kunlaczlo cognominato, rege Hungariæ,
ignominios tractatus, & de regno hungariæ turpiter eductus, cum intermi
Legat9 aposto/licus Hungari/a pulsus. natione ne in Hungariã rediret, quoniã relicta legittima uxore, mulieres Cu
manorũ, Ayduam, Cupchek, Mandulam. & alias plures sectabatur, & pro
cõcubinis tenuit. Pro quibus ipsũ corripuit & excõmunicauit. Binos quoq;
Episcopos Ladislao regi Hungariæ blandientes, deposuerat, & Episcopatu
priuauerat. Is ergo Episcopus Firmanus, anno domini octuagesimo secũdo
supra mille ducetos, in Poloniam uenit, & magno honore exceptus est ab
uniuersis

Polonia ex hospitalitate cõmendabilis.

uniuersis ecclesiis & procuratus. Ob quod Romam reuersus, Polonicã natiõnem maximis laudibus celebrauit & extulit. Anno domini octuagesimo secundo supra mille ducentos, duodecima mensis Augusti, Thomas Abbas Thiniceñ, ad instãtiam ducis Lestkonis nigri, monasterium fratrũ prædicatorum in oppido Opatouyecz fundauit, & nonnullos agros, fratribus pro prædio & cultura dedit. Anno quo supra 1283, pridie kalen: Ianuarii, Przemislaus secundus dux maioris Poloniæ, hospitale infirmorum ante portam ciuitatis Kalissieñ fundauit, regimenq; illius fratribus Ioannitis tradidit, & ipsum cũ dote ei collata libertauit. Idem Przemislaus secũdus, dux maioris Poloniæ, sexto kalendas Ianuarii, claustrum monialiũ ordinis prædicatorũ in Posnania fundauit. Cui in dotem tres uillas, uidelicet Pyanthkow, Rudnicze, & Zaparczicze dedit, Item lacus Bostinyno. Coronatus autẽ in regem Poloniæ, confirmauit donationem Vincencii Vicecancellarii, & fratrũ eius Nicolai palatini, & Miroslai de uillis Donathowo & Grzmislawe. Item Nicolai palatini Kalissieñ de uillis Roscznino, Bialekozi, Sokolniki, & molẽdino ãte Posnaniam. Item Ioannis Scolastici de uilla Popowo, prædictas hereditates libertando. Anno domini octuagesimo tercio supra mille ducẽtos die quartadecima Decembris, Lukerdis Przemislai secũdi ducis maioris Poloniæ coniunx, in castro Posnanien diem clausit extremum, ut fertur iugulata a familiaribus & ancillis propriis, ordiñatione uel insimulatione præfati ducis Przemislai secundi, quoniã sterilis erat, duciq; desideratam prolem uirilem non produxerat. Auxit quoq; suspicionẽ, dissimulata ultio, & indigne necis præstita impunitas. Sed & carmina, atq; cantilenæ prope & quasi ad ætatem nostram decantate, flebiles Lukerdis præces depromebant, quibus se a marito in unius camisiæ tegumento, ad lares patrios deduci exorabat, dummodo uita non eriperetur ei postulata. Et q̃uis sterilitatem præfatæ cõsortis Lukerdis, dux Przemislaus una cum uita, ut est insimulatus, absstulerit tamen altera consorte, uirgine Richsza, filia regis Sweciæ superaccepta, & anno domini 1285, undecima Octobris in Posnaniam adducta, prolem uirilem habere non potuit, sed fœmineam dumtaxat obtinuit.

Duo claustra a Przemislao erecta.

Lukerdis moritur.

Suspectio cœdis eius.

CAPVT LXI.

ANno præfato 1283. Varczislaus germanus Mscziugii ducis Pomeraniæ ordinem Cruciferorum de Prussia assumpsit, & sorẽ sui principatus, licet tenuem, eis contulit. Similiter alii duo fratres, Sãborius, & Rathibor sortes suas donauerunt, ut eis in habitu laicali permanentibus, & seruitoribus ipsorũ, ordo Cruciferorũ expensas & sumptus decentes procuraret. Mscziugius autẽ maior natu, omnes sortes trium germanorum in suam ditionẽ redigens, apud Martinum quartum summũ Pontificem, de ambitione Cruciferorũ quæstus. Philippum Firmanum Episcopũ, ad rẽ introspiciendã obtinuit. Qui utriusq; partis auditis ꝓpositionibus & respõsis, donationem Varczislai, Samborii, & Ratiborii ordini factã, tanq̃ inualidã & iniustã infirmauit & rescidit. Ducẽ uero Mscziugium, ad donãdum, donatione perpetua Magistro & ordini, oppidum & districtum Gnyew, cum quindecim tantũmodo uillis induxit. Quo facto, Magister & ordo

Tres fratres Cruciferoꝝ ordinẽ assumũt.

gister & ordo castro Puterberg demolito, castrum & oppidum Gnyew muro cinxerunt. Anno domini 1284, ultima Septembris, castrũ Kalissieñ (ciuitas namq; ante puta septimo kalendas Septembris proprio incendio conflagrauerat) tradidit Henrico quarto duci Wratislauieñ, Sandiwogius Ioãnis Posnanieñ palatini filius, ab ipso duce inescatus & corruptus. Przemislaus autẽ dux maioris poloniæ, ad recuperandũ suum castrum Kaliss: cum omnium suorum principatuũ militibus adueniens, ordinatis propius castris, magno conatu & impetu, expugnationi toto die, cassos labores impendit: Interpositisq; per communes Barones tractatibus, sub his condicionibus pax cõposita est. Vt Hẽricus dux Wratisla: de castro Kalisz occupato, duci Przemislao cœdat. Przemislaus uero in oppido Olobok, propriis sumptibus castrum edificet, & illud cum toto districtu Oloboceñ, Henrico Wratisla: consignet, & per hunc modũ obsidio soluta est. Anno aũt domini 1287. Milites maioris poloniæ absq; iussu ducis sui Przemislai, coadunati prexerũt, & castrũ Olobok (aliquot de suis desideratis) cõquisierunt, milites Sleziæ in præsidio castri repertos, aliquos trucidantes, alios uero in uincula conicientes, tam castrũ Olobok, q̃ districtum eius, principatui maioris Poloniæ restituerũt. Et q̃uis dux Henricus Wratisla: missis nunciis ad Przemislaum, castrũ & districtum Olobok repetebat, restitutionẽ tamen non est assequutus. Anno præexpræsso 1284. Henricus quartus dux Wratis: non cõsequutus prout imperauerat, contributionem & notabiles summas pecuniarũ, a Thoma Bpiscopo, & clero Wratislauieñ, cum magna furia castrum episcopale Othmuchow, & oppidũ Nissa occupauit. Deinde omnes possessiones tam Episcopi q̃ cleri, oppidorum & uillarum: Castrũq; Eldenstein ecclesiæ Wratislauiensi, in certa summa pecuniarum obligatũ, per suos satellites appræhẽdit decimas insuper uniuersas in suo ducatu, sibi præstari iussit, rogatusq; tam submisse q̃ humiliter, iterum & iterũ per nũcios & prælatos, adextremũq; per Thomã Episcopum Wratis: non remisit spiritum furoris & superbiæ, nec bona ecclesiæ reddidit, tãdem Archiepiscopus Gnezneñ, Iacobus Swinka, ad supplicationem & instãtiam præfati Thomæ Episcopi Wratisl: in sinodo generali Lancicieñ, de consilio & assensu omnium Episcoporũ ac Prælatorum, Henricum quartũ ducem Wratisla: & omnes satellites, familiares & adherentes, præbentes ei auxilium aut consilium excõmunicauit. Diecesim autẽ Wratisla: interdicto suppossuit, quod uniuersæ ecclesiæ Wratislauieñ sæculares & regulares obseruarunt, præter fratres minores ordinis sancti Francisci, in monasterio sancti Iacobi Wratisla: Qui coram duce Henrico & Wratislauiensibus, ad ignominiam eorum, nepharie & publice diuina officia celebrauerunt. Cæteri ergo clerici omnes, Episcopus, Prælati, & fratres prædicatorũ expulsi sunt, & in exilium acti. Abiitq; personaliter Thomas Episcopus Wratis: in Lugdunum, & quum reperisset Hẽricum ducem Wratisla: per suos nũcios obtinuisse absolutionem a censuris Metropolitani Gnezneñ, absq; satisfactione damnorum ei illatorum, in Poloniam rediit, & per Kazimirum ducem Oppolieñ recollectus, in Rathiborz fere ꝑ quinquennium commoratus est. Hẽrico quarto duce Wratislauiæ: terroribus &

Castrũ kalisz Henrico wratisla: traditur.

Olobockedificatur.

Bona Episcopi ab Henrico occupantur.

Henricus cum suis complicibus excomunicatur.

Clerici omnes exploſi.

cōminationibus Kazimirū ducem Oppolieñ afficiente & ſollicitante, nē hoſtem ſuum Epiſcopum Wratiſla: una cum clero eius ſeruaret, quo irridēte cōminationes ipſius, uenit cum exercitu dux Henricus quartus Wratiſ: anno dñi 1287, & Rathiborieñ obſedit atq; coartauit, ut præ fame & macera tione, Thomam ātiſtitem Wratiſla: execrationibus & improperiis impete rent. Quibus compatiens Epiſcopus, melius eſt inquit, me in manus tyranni incidere, q̄ hos fame perire. Et indutus ueſtibus ſacris & thiara pontificali, cum clero ſuo ex quibus nōnulli ſimiliter ueſtibus ſacris induti fuerunt, in caſtra ducis extra ciuitatem proceſſit. Quo a longe uiſo dux Henricus diuinitus territus, ocius de tabernaculo ſuo exiliit, & accurrens pronus in terrā ante Præſulem procidit, ueniam præcatus. Quem Thomas Epiſcopus ſubleuans, ueniā contrito promiſit. Et ſecedentes ambo in proximā ædem ſancti Nicolai abſq; arbitris pacem inter ſe in hunc modum concluſerūt, ut caſtra oppida, uillas, decimas, & p̄cepta, redderet dux Epiſcopo & clero. Pro culpa uero expiāda, plures libertates eccleſiæ Wratiſlauieñſi ut donaret. Ea reconciliatione ſequuta, interdictum Archiepiſcopi Gnezneñ, Iacobi Swinka ſublatum eſt. In memoriam uero beneficii ac hoſpitalitatis, Thomas Epiſcopus Wratiſla: poſtulante Kazimiro duce Oppolieñ, eccleſiam ſancti Thomæ Cantuarieñ in caſtro Rathiborieñ fundauit, & de menſa Epiſcopali dotauit. Poſtea tranſlatione eccleſiæ ex arce in oppidum Rathiborz facta, plures præbendæ largitione ducū Rathiborieñ addite ſunt. Anno domini 1284 Przemiſlaus Sprotauieñ dux in oppido ſuo Zegano, ad inſtantiam Alberi plebani Zeganeñ. quartodecimo kalendas Iunii, fundauit monaſteriū N. & dotem de bonis ducalibus illi largitus eſt: Eodem ānо Manegoldus magiſter Cruciferorum Pruſſiæ mortuus eſt, & Burgardus de Swaden pro ipſo ſuffectus, qui ciuitatem Accon in terra ſancta ab obſidione Sarracenoꝝ liberauerat, ſed breui ceſſit officio magiſterii, fratribus reclamantibus, & ne reſignaret flexis genibus rogantibus. Cum autem in ordine Ioannitarum quem aſſumpſerat parum reputaretur, officium magiſterii in Pruſſia repetebat, in quo repulſam paſſus eſt, & in locū eius Momor de Querinworth Saxo genere electus eſt.

Epiſcopus ultro hoſtes acceſſit.

Fœdus ineunt.

Manegoldus magiſter Pruſ: Burgardus magiſter Pruſſiæ.

CAPVT LXII.

Prodigiū vermium.

ANno autem ſequenti uidelicet 1285. In Pruſſia circa finem Iunii nociui uermes, caudas uelut cancri habentes, multiplicati ſunt, & quoſcūq; pupugerunt, altero, aut tercio die extinguebantur. Eodē anno 1285. Boleſlaus dux Mazouiæ Semouiti filius Ruſſiam cum potentiis & gentibus ſuis ingreſſus, eam uaſtauit, & ſpolia multa in Mazouiam intulit. Quem Rutheni inſequuti, Mazouiā repente irrumpentes, uiciſſim illam uaſtauerunt, & frequētia ſpolia in Ruſſiam, duce Boleſlao nequicq̄ prohibente, retulerūt. Eodem anno Thartari, per Cumanos inducti, Hungariam cœdibus & ſpoliis uſq; ad Peſt uaſtauerunt. Et in ea octaua Epiphaniarū, uſq; ad feſtū Paſchæ cōmorati ſunt, tandem ſubſequuta fuit grandis mortalitas. Item eodem anno Thartari, imperium Conſtātinopolitanum inuaſerūt, & plurimis hominibus trucidatis, multa loca occupauerunt

Mutua ſpolia Mazouitarum & Ruthenorū.

Thartari Hungariam vaſtauerunt.

Thartari Græciam inuaſerunt

pauerunt: Anno domini 1286. Conradus dux Mazouiæ & Czirneñ adeptus caſtr; & diſtrictum Goſtinin, ſubordinauit traditores in caſtro Goſtineñ & Lithuanos cum Ruthenis cōcitauit, quibus ueniētibus & caſtrum oppugnātibus, ut erat condictatū caſtrum Lithuanis & Ruthenis per traditores datum eſt, & homines q̄ſi ſexcēti, partim necati, partim in ſeruitutē abducti ſūt, caſtro ergo Goſtineñ per ducem Conradū occupato. Wladiſlaus tandē Lokethek, dux Breſteñ & Cuyauiæ cuius erat caſtrū & diſtrictus Goſtinin, iuſtam iram ut par erat contra Conradum ducem Mazouiæ & Czirneñ cōcipiēs, collecto exercitu ſilenti agmine ueniēs ſub intempeſte noctis quiete, caſtr; Ploceñ, trucidatis uigilibus, compræhendit & conquiſiuit, Nec prius duci Conrado reſtituit, donec per cōmunes Barones concordia interpoſita, & dāna illata, & caſtr; Goſtinin, ſibi ſūt reddita. Deo autē uindice, Lithuani & Rutheni qui Conradū ad conquirendum caſtrū Goſtinin adiuuerāt, eodē anno Mazouiam ingreſſi, caſtrum Szochaczow, & caſtrum Ploczko interceperunt & exuſſerunt, trucidatis hominibus utriuſq; ſexus, & quibuſdā in ſeruitutem abductis. Anno prædicto 1286. Peluſza dux Lithuaniæ, ſuas iniurias ulturus, ad Albertum de Myſzen cōmendatorem in Konigſbergk ſecreto ueniēs, uiginti uiros militares ſibi dari peciit, quorum principales erāt Martinus de Golin, & Conradus Tuuil, & cum complicibus ſuis ad locum ubi principes Lithuaniæ nuptias celebrabāt peruenies, irruit in eos nocte, in ſoporatos & dormiētes, & ſeptuaginta duces ſeu principales, plurimāq; multitudinem utriuſq; ſexus occidit. Spōſum uero & ſponſam cū matronis & uirginibus, cū ſpoliis & clenodiis inſignibus in Konigſbergk deduxit. Anno domini 1287. Lithuani, Pruteni, & Samagittæ, furtiuo & ſilenti agmine in terrā Dobrzineñ ueniētes, principalem ciuitatē Dobrzin, die dominico ciuibus diuinis officiis occupatis compræhenderūt, & trucidatis ſenibus atq; lactātibus, cæteros in ciuitate & rure compræhenſos, ſpoliata & incenſa ciuitate, in miſerabilem ſeruitutē abduxerunt. Occiſoꝝ numerus, ad tria milia hominum utriuſq; ſexūs computatus eſt. Zemomiſl Cuyauiæ, alias Wladiſlauieñ dux, filius Kazimiri ducis Cuyauiæ, Lanciciæ, & Siradiæ: In exilio quod duodecim annis paſſus eſt (quia Polonos eliminare, & externos foue re nitebatur) prima die Octobris: anno domini 1287 mortuus eſt. Et q̄a nullos liberos reliquerat, ducatus eius ad fratres peruenit. Anno doimni 1288. Ingens peſtis & ſeua mortalitas in partibus Ruſſiæ inualuit, & plurimos extinxit, ex infectione ut aiunt aquarum, quas Thartari pluſq̄ centum corda Polonoꝝ occiſorum, fortiſſimis uenenis inebriantes, in uerubus & longis cōtis in aquis poſitis, infecerunt, ut omnes illas contingentes intoxicarentur. Anno quo ſupra octuageſimo octauo ſupra mille ducētos, quarto kalendas Maii, alias in die ſancti Vitalis martyris, Viſlaus Epiſcopus Wladiſlauieñ monaſterium Biſchouieñ de Biſchouia, in uillam Smeyſze tranſtulit, quam uocauit fœlicem uallem, hodie autē Coronow dicitur. Hoc monaſteriū primum locū in hoſpitali uilla ſupra Iſtulam, e regione ciuitatis antiquæ Wladiſlauieñ habuit. Inde Biſchouiam, ubi ſeptuaginta annis durauit. Poſtea in Coronow uelut locum magis oportunū ob fluuium Brda, qui præterfluit,

Ob caſtrū Goſtinin altercatō

Peluſza ſponſum & ſponſā capit.

Dux wladiſlaꝰ mortuus.

Ecclesia sanctę Crucis wratisl: fundata.

tranſlatum eſt. Anno domini 1288. Henricus quartus dux Wratiſla: eccleſiam collegiatam ſanctæ Crucis in ſummo Wratiſlauieñ fũdauit & erexit, certum Prælatorũ, Canonicorum, & Vicariorũ numerum inſtituens, & uni cuiq; munifice de ſuis introitibus largiens. Per hoc diuinæ maieſtatis iram placaturus, quam exiliãdo Thomam Epiſcopum, & clerum Wratiſlauieñ incurrerat, & uehemẽter offenderat. In craſtino uero huiuſce fundationis fratres ſuos patrueles, Henricum Legniceñ uocitatum Craſſum, & Boleſlaum Sweidniceñ, balteo militari cinxit.

CAPVT LXIII.

Henricus Probus.

POſt mortem Leſtkonis nigri. Ducatus Siradieñ, in ditionem Wladiſlai Loketek ducis Cuyauiæ tanq̃ germani, ac legittimi Leſtkonis nigri ſucceſſoris, conceſſit. Paulus autẽ Epiſcopus Gracco: cum nobilibus terrarum Gracco: Sandomirieñ, & Lublineñ conuentionẽ generalem circa Sandomiriã agẽtes, pro principe Boleſlaum ducem Mazoniæ elegerunt & aſſumpſerunt. Et tam arcis q̃ ciuitatis Graccoui: aſſignarunt ei poſſeſſionem. Ciues uero Graccouienſes metuentes, ne ſuaſu Baronum nouus princeps Boleſlaus, pro Conradi fratris ſui repulſa aliquicpiam durius contra eos animaduerteret Ad Henricum quartũ Wratiſlauieñ ducem miſerunt, tam caſtrum q̃ ciuitatem Gracco: ei tradere promittentes, aliaſq; munitiones ſi adueniret, conq̃rere. Cui confeſtim cum exercitu uenienti, ciues Gracco: magis tamen lanii portis apertis, quas dux Boleſlaus clauſerat, ciuitatem tradiderũt. Boleſlaus itaq; dux Mazouiæ ex caſtro Graccoui: prorumpens, & militibus acies inſtruentibus, ac ne ſeſe deſereret præcantibus. Furore plenus & increpationibus, q; ad bellum & non ad principatum eum euocaſſent, in Mazouiã diſceſſit. Et Henricus quartus Wratiſlauieñ, accepto caſtro Gracco: a Sulcone milite de Miedzirzecz, huius ſiquidem cuſtodiæ Boleſlaus dux Mazouiæ caſtrum conſignauerat, & proceres ac nobiles Graco: Sandomirieñ, & Lublineñ ad eum uenientes, & homagia præſtantes, acceptauit, rebuſq; apud Graccouiam compoſitis, in Wratiſlauiã abiit. Cuius præſidia excluſurus Wladiſlaus Loketek, corpe exiguus, natura uero ferox, & manu promptus, legittimuſq; Leſtkonis nigri ſucceſſor, quia propinquior ipſius ac germanus. Primo Veris tempore anno domini 1290 cum exercitu notabili uerſus Graccouiam proceſſit, Kazimiro Lancicieñ, Boleſlao & Cõrado Mazouiæ ducib9 in ꝓpriis perſonis: Przemiſlao uero maioris Poloniæ, & Mſczugio Pomeraniæ, per milites illi ſuffragia ferẽtibus. De hac hoſtilitate Henricus quartus Wratiſ: certior factus, cum eſſet ualitudinarius, Henricũ Legniceñ, & Przemiſlaum Sprotauieñ duces, cũ ſuarum gentium copiis, ad tuendum Graccouiã tranſmiſit. Quos rebus apud Graccouiam bene ordinatis, in Sleſiam

Henricus quartus Graccouiæ: principatũ acceptat.

in Sleſiam reuertentes. Wladiſlaus Loketek dux Cuyauieñ cum ducibus ſibi adherentibus apud oppidum Szieuyor ſtatiua agentes, quarto kalendas Marcii inuaſit, & utrimq; magna ſtrage facta, ceſſit uictoria, licet non incruenta Wladiſlao Loketek, milites Sleſiani plurimi capti fuerunt. Przemiſlaus autẽ dux Sprottauieñ, filius Conradi ducis Glogouieñ, uix adoleſcentiã attingens, occiſus eſt, & in Sleſiã relatus, in monaſterio Lubeñ ſepultus. Cui ad hoc bellum iturus duas uillas uidelicet Liſzoſzkouicze, & Zirkow teſtamento donauerat. Boleſlaus Oppolieñ dux uulneratus, captus eſt. Duo inſuper certamina & duas ſtrages in Sleſitanis, milites Loketkonis effecerũt unã apud Skalam, alterã apud Swetnicz. Itaq; Wladiſlao Loketek Graccouiam uenienti tanq̃ uictori, arx & ciuitas tradita eſt, & princeps Graccor: declaratus eſt: Nihil clade ſuorum Henricus dux Wratiſ: perfractus, nouas copias fiduciã illi ciuibus Graccor: afferẽtibus, ſub ducatu Hẽrici Legniceñ tranſmiſit, & nocte exercitu deueniente Graccouiã (à ciuibus partes Henrici ſectantibus) exceptus eſt, parũq; abfuit, ut Wladiſlaũ Loketek inter præſidia militum obuerſantem uiuum non caperet. Qui tarde perſentiẽs hoſtes pedeſter in monaſterium ſãcti Franciſci fugit, & poſt in habitu monachali per murum demiſſus, egre manus hoſtium euaſit. Pluresq; ex militib9 qui aut cœſi, aut capti, a Sleſitis fuerunt ãmiſit. Sed & Paulus Epiſcopus Graccor: tanq̃ præcipuus Henrici Wratiſ: aduerſarius, omnibus rebus exutus, captus eſt. Et iam tercio captiuitatẽ ſuſtinuit. Bona deinde militum rebellium, ædes & agri uaſtati ſunt, & curiæ incenſæ, ut his malis cõfecti militares rurſum Henrico Wratiſ: ſe ſubicerẽt. Qui forti præſidio militum in Graccouia poſitõ, Paulum Epiſcopũ, & militares a captiuitate relaxauit. Ipſeq; Henricus quartus, Probus cognomento, ſentiens ægritudinẽ ex ueneno per Sleſitas ſubminiſtrato indies augeri, Thoma Wratiſ: præſule & Baronibus acceſſitis, cum nullum ſuperſtitem relinqueret, Wratiſlauieñ ducatum Conrado Glogouieñ patruo ſuo, Graccoui: uero & Sandomirieñ, Premiſlao maioris poloniæ ducibus teſtamentaliter conſignauit. Et undecimo kalendas Auguſti, anno domini 1290 in caſtro Wratiſ: decedẽs, in eccleſia ſanctæ Crucis per eum nouiter erecta, ſepulturam accepit. Conradus Glogouiæ dux, ſciẽs Wratiſlauieñ ducatum ſibi ab Henrico quarto conſignatũ, Wratiſlauiã uenit, & poſſeſſionem illius, una cum ducatu requiſiuit. Wratiſ: autem tã proceres q̃ ciues pro ludibrio Conradum ducem habẽtes, eo q; in ſermone parũ fidus, ad rixaſq; pronus eſſet, Henricum quintum Legniceñ ducem, filium Boleſlai ſeui qui & Rogatka in principatum Wratiſ: acceiſſuerũt. Et ipſo per unam portam Wratiſlauiam ingrediente, Cõradus Glogouieñ dux per alteram diſceſſit & abiit, totoq; conamine & uigilantia principatum Wratiſ: repetendo, Henricum quintum impetebat. In bona eius inſultum faciẽdo & prædas abigendo. Fecitq; cũ Boleſlao Sweidniceñ duce, germano Henrici quinti Wratiſ: ac Legniceñ ducis, ligam & cõſpirationẽ, ut quibuſuis modis Henricum quintum opprimerent. Sed Henricus quintus conſpiraſſe fratrem ſuum Boleſlaum aduerſum ſe ignorans, facta conuentione cum eo, de ſorte ſua duas ciuitates Iawor & Strzegom ei aſſignauit. Pro quorum dona

wladiſlaus Loketek victor.

Princeps Graccor: declaratus.

Henricus moritur.

Boleſlaꝰ Schweidniceñ in fratrem conſpirat

tione astrinxit se iureiurando, contra Conradū Glogouieñ assistentiam præ
stiturum, Non tamen præstitit, sed nunc intemperiē aeris, nunc ægritudinē,
nonnunq̄ militum renitentiā, pro excusatione opposuit. Ideo altera conuenti
one cū eo facta, & excusatione q̄ ei tenuem sortem largitus esset, audita. Ad
priora Henricus quintus adiecit præfato Boleslao Sweidniceñ duci, tria op
pida, uidelicet Reichenbach, Frākenstein, & Strzelin, nouumq̄ iuramentū
appositum est, omnibus potentiis auxilia aduersus Conradū ducem Glogo
uiæ, Boleslaum Sweidniceñ præstiturū. Parem tamē priori iuramento præ
uaricationē fecit, & auxilia non præstitit: Cernens autē Conradus Boleslaū
Sweidniceñ bona sua impinguare, oppidaq̄ pro se callide acceptare, & se
cum contra Henricum quintum bella non agitare, deserto eo Luthkonem
aggressus est, & eum in necem aut captiuitatem sui principis Henrici quintī
pellexit. Fuit autē Luthko adolescens quasi annorū uiginti, cuius patrē Pa
coslaum nomine de stirpe Habdank, primum quidem Henrico quintō bene
meritum, ac industria & factiuitate charum. Postea uero cum per homicidi
um, quēdam militem occidisset, amicisq̄ & consanguineis instātibus, Henri
co quinto in throno sedente, iudicialiter cum superbia & in fauore principis
confidens, homicidium patrasse recognouisset, monitusq̄ per ducem Henri
cum secundo & tercio, ut secedens deliberaret & melius responderet, ipse ite
rum & iterū reueniens, ampulloſe, gloriabūdus, fatebatur se occidisse cogna
tum accusātium. Iusticiaq̄ efflagitante, ex propria confessione condēnatus
est, & per scalas deductus in castro Legniceñ capite truncatus est. Plures er
go consiliarii fideliter duci Henrico quinto consuluerunt, ut Luthkonē filiū
Pacoslai a se & seruicio suo ammoueret. Quem cum Henricus quintus in cō
spectu consiliariorū aduocasset, & super his interrogaret, fidelissimum se fa
mulum profitebatur, parentemq̄ suum iuste pœnam capitis sumpsisse con
firmabat, & hanc dudū a se obliteratam respondit. Itaq̄ hunc Luthkonem
fauore p̄sequēs, multis beneficiis & possessionibus liberaliter donauit. Sed
dura pectora, donaria non reconciliant. Luthko siquidem Henricum quintū
Henricus quin tus in balneo captus: ducem Wratisl: & Legniceñ dominum suum in balneo ad fluenta Odræ pro
pe castrum Wratisl: repertum, die nona Octobris, anno domini 1295 capti
uauit, & ex balneo ignominioſe nudo corpe tractū, equo imposuit. Cunctis
familiaribus nudis fugiētibus, unico q ducē corpe suo tutabat, uariis uulne
ribus confosso & interfecto. Captum itaq̄ ducē Henricū superiecto pallio
lo, uehemēti cursu in Santhwoth abduxit, & Conrado duci Glogouieñ præ
sentauit. Conradus uero in Glogouiā perductū, in carcere tetro in uas ferreū
angustum inclusit, ubi non sedendi, nō iacēdi, sed ægre herendi facultas erat
Duo foramina & hæc parua & breuia. Vnum ad inspirandū & cibum capi
endum. Aliud ad egerendum in uase erāt, hinc per tempus semestre quo de
tinebatur inclusus, scapule & fœmora eius sanie & uermibus scaturientia de
Magnis bonis redemptus. fluebāt. Mortem ergo & crudeles passiones euasurus, triginta milia marca
rum in medio pontis supra flumen Czarna, qui Legniczam circumfluit ex
cōposito primum soluit, deinde subscriptos districtus castra & oppida Na
missouiam, Berolthow, Cruczbork, Biczinam, Cunczestad, Rosembergk,

Haynouiam

Haynōuiam, & Boleslauiā, cum finibus & terminis suis Conrado duci Glo
gouieñ donauit perpetuoq̄ inscripsit. Dimissus autē nunq̄ ad pristinam sani
tatē usq̄ ad mortem restaurari potuit. Et ipse tercius ex ducibus Poloniæ fu
it. Alii autē duo Lestko albus, & Henricus cū barba, quibus balnea cum per
nicie & iactura obuenerūt. Reuertamur nunc ad alios duces Poloniæ.

CAPVT LXIIII.

MOrtuo Henrico quarto Wratislauieñ, ducatus Gracco: a Pre
mislao maioris Poloniæ duce, cedentibus sibi de illo militibus
Henrici quarti Wratisl: obtentus est. Sandomirieñ uero Wladis
laus Loketek, fauore militum Sandomirieñ assequutus est. Et
Przemislaum maioris Poloniæ ducem, multipharie pro Graccoui: ducatus
cessione armis, & bello lacessiuit. Accessit autem his grandius malum. Nam
Griffina Lestkonis nigri relicta, Vencesslao Bohemiæ duci litteris demanda
uit & cōmisit Gracco: & Sandomirieñ ducatus accipere, quoniā ius prædi
ctarum terrarū, quod sibi Lestko niger maritus ipsius hereditarie cōmisit, &
litteris publicis inscripsit, in Vencesslaum ducē Bohemiæ tanq̄ Consobrinū
& nepotē suum ex sorore germana Kunegunde progenitum transfunderet.
Hanc donationē cachinno & ludidrio similem, a muliere nihil iuris in regno
Poloniæ habente Vencesslaus acceptauit. Et instructum exercitū cum Tho
bia Pragēñ Episcopo Graccouiā misit. Potuisset Premislaus maioris Polo
niæ dux Thobiam Episcopū & exercitum Bohemicū, cū esset superior & in
structior copiis, milite & apparatu bellico a Gracco: ducatu excludere, liuo
re tamē quo in Wladislaum Loketek agebatur, Thobiæ Episcopo Pragēñ
de arce & urbe Gracco: cessit, & possessionē ipsius tradidit. Pro consequen
do autē principatu Sandomirieñ, exercitus Bohemicus de Graccouia egres
sus, Visliczam oppidū natura munitū cœpit, & castrū Oblekom prope Istū
lam situm expugnauit, a Sandomirieñ autē castro & oppido per Wladisla
um Loketek turpi strage & repulsa in Graccouiā, & deinde in Bohemiā, re
licto præsidio in Graccouia discessit. Griffinā Lestkonis nigri relictā secum
ducens, quæ apud Bohemos Prage aliquot annis cōtemptui ac ludibrio ha
bita, mortua est. Et in monasterio minoꝝ sancti Iacobi iuxta sororē suam Ku
negundim, matrem Vencesslai ducis Bohemiæ, sepulta. Wladislaus Loke
tek discedēte Thobia cum exercitu, ex ora Graccoui: Visliczam oppidum
& omnes munitiones in suam potestatē redegit, & usq̄ ad suburbana Grac
co: ciuitatis cuncta uastādo, sibi tributis seruire coegit, propter quod militi
bus & ciuibus Gracco: Vencesslaum Bohemiæ ducem, pro subsidio fatigan
tibus, Thobiam Pragēñ Episcopū, cum nouo exercitu misit, & re infecta, in
Pragam reuersus, maioribus copiis opus fore ad resistendum potētiis ducis
Wladislai Loketek denūciauit. Annoergo dñi 1292 maiorib9 copiis ex Bo
hemis & Morauis acceptis. Et Othone longo Brandenburgeñ Marchione
in puericia suo curatore, in subsidium uocato & conducto, bipartito exerci
tu, p Oppolieñ ducatū, Graccouiā, post festum assumptiōis Mariæ uenit
Et a Graccouiensibus, militibus, & ciuibus, iusto honore exceptus, aliquot
heddomadis illic de ordine belli contra Wladislaum Loketek gerendi con

Griffina Vencesslao Bohemię duci ducatus cōmisit.

Visliczā captā a Bohemis.

Griffina mortua.

ſultando peregit, tandem contra Siradiã exercitum mouit, ãgros dumtãxat oppidorũ & uillarum depopulando & exurẽdo. Wladiſlao Loketek in uñ uerſam dimicationẽ non uenięnte, ſed pabulantes & ab exercitu oberrantes laceſſente. Et de nocte in ſtatiuas Bohemorũ ac Almanorũ irruẽte, ad oppi dum aũt Siradieñ nec natura, nec arte munitum, Venceſlaus dux Bohemiæ cum Othone longo Brandenburgeñ Marchione perueniens, obſidione ipſũ cinxit, & in die ſancti Venceſlai conquiſiuit. Arce uero Siradieñ quæ paludi bus eſt ſepta, non conquiſita, in Bohemiam re parũ proſpere geſta diſceſſit. Et Wladiſlaus Loketek poſt eius diſceſſum, & occupationes quas in Miſz/ na cum Adulpho rege Romanorũ affinitatẽ iungendo, gerebat, pertinatius & acerrime in Bohemos & rebelles graſſãdo, plures ex Bohemis referebat tñũphos. Superueniẽte autẽ ingenti Thartaroꝝ agmine, anno domini 1293 & circa Sandomiriã magnam multitudinem hominũ utriuſq; ſexus capti/ uante & abducente, uires ducis Wladiſlai Loketkonis, circa oram Sãdomi/ rieñ plurimum debilitate ſunt.

Thartarorum incurſio.

CAPVT LXV.

Dux Oppoli/ eñ ad Bohemꝰ deſciuit.

ANno domini 1289. Kazimirus Oppolieñ & Bithomieñ dux, ſi lius ducis Wladiſlai Oppolieñ, nõ bello uictus, nec aliqua ne/ ceſſitate proſtratus. Proſapiæ nobiliſſimæ quam a regibus Po/ lonorũ ducebat, oblitus, dominio & ditioni Venceſlai ducis Bo hemiæ nodũ in regem euecti & coronati, temerarie ſe ſubiecit, & Vaſallum ſe Bohemorum effecit. Eodem ãno 1289 octaua Maii, Mſczugius dux Po/ meraniæ, agens in ſuo caſtro Swyecze, monaſterium ordinis prædicatorũ, in Tſhczow alias in Derſow, in honorem glorioſiſſimæ uirginis Mariæ fũ dauit. Conce dens fratribus in toto ſuo principatu licẽtiam ligna recipiendi, & lapides ſcindendi. In Iſtula quoq; & qbuſuis aqs circũ circa Tſhczow piſ candi, & Naulum per Iſtulam eundo non ſoluẽdi. Anno quo ſupra. Exerci/ tus Lithuanorum in numero octo milium armatorũ, in terram Sambieñ deſ cẽdens, flammis, ſpoliis, & cœdibus eam uaſtauit. Et ſpoliis onuſtus in pro/ pria rediit. Cruciferi decernere cũ hoſtibus non audentes, quinquaginta dũ taxat Lithuanos interceperunt. Anno domini 1290. Mſczugius dux Pome raniæ, Przemiſlao ſecũdo duci maioris Poloniæ, de ducatu Pomeraniæ ceſ/ ſit, & eum ſucceſſorem deſignauit. Iubẽdo milites iuramentum fidelitatis & homagii ſibi præſtare. Hic Mſczugius caruit prole, lubrice emꝫ & incontinẽ ter uixit. Et pro cõcubina monialem Sulkam nomine de cenobio Stolpiczẽ ſi tenuit. Anno eodẽ Andreas germanus Ladiſlai regis hungariæ, metu præ fati Ladiſlai regis fugit, & in Poloniam uenit, a Premiſlao maioris Poloniæ, ac Graccouiæ duce recollectus. De cuius prouiſione accepit Chroberz, p manſione & introitibus. Accepit & quoſdam Hungaros aduenas, in necem ipſius a germano ſuo rege Ladiſlao corruptos. Qui fugientes ſe propter fi/ delitatem & aſſiſtentiam, Andreæ a Ladiſlao rege pulſos, benigne ſuſcepti, cum eo permãſerunt, uiſoq; tempore oportuno, in flumine Nida qui Chro/ berz circumfluit. Ducẽ Andream ſubmerſerũt, & de regno Poloniæ prope/ re exceſſerunt. Funus aũt Andreæ de flumine extractum. Primũ in Corczin in monaſterio

Monaſterium in Tſhczow fundatur.

Lithuanorum incurſio.

Andreas La diſlai Hũgarię regis germanꝰ interemptus.

in monaſterio minorũ. Poſtea ordinatione Kunegundis materteræ eius Bo/ leſlai pudici relictæ in Cenobio Sandeceñ profeſſæ, ductũ eſt, decimaoctaua die Nouembris, in prædictũ monaſterium Sandeceñ, & illic ſepultum. An/ no autẽ ſequenti ſcilicet 1291. Frater eius Ladiſlaus rex Hungariæ, a Cuma nis in tabernaculo quieſcẽs, nona die Iulii occiſus eſt. Et Andreas alter de Ve neciis, ex proſapia regũ Hũgariæ, in regem ſubſtitutus & coronatus eſt. An no domini 1291. Cruciferi de Pruſſia, duce fratre Bertoldo de Brunhauim, Cõmendatore Konigſbergeñ uſi, caſtrum Koleyn in Lithuania conquirũt, & exurunt, multiſq; Lithuanis peremptis, & ſeptingentis captis, in Pruſſiæ oram reuertuntur. Inuaſionẽ autẽ Cruciferorum Lithuani in terras ſuas pro/ hibituri, caſtrũ Mingedin extruere cœperunt. Cuius erectionem Cõmenda/ tor Konigſbergeñ Bertoldus auerſurus, nouo comparato exercitu, illuc per git. Sed multitudine Lithuanorũ, quæ edificantes obſeruabat, deterritus, in alia loca diuertens, caſtrũ Lithuanicum Mederabe conquiſiuit. Vbi omnes catholicorũ captiuos ſoluit, Barbaros obtruncauit, aut captiuitati reſerua/ uit. Vixq; Bertoldus Cõmendator Konigſbergeñ ex Lithuania redierat. Et magiſter Pruſſiæ Memer, continuo cum forti exercitu Lithuaniã aggreſſus, duos diſtrictus Paſtonow & Gerſzow in cinerem redegit, & cũ multa præ/ da captiuorũ & pecorũ reuerſus eſt. Egit & terciam, magiſtro reuerſo, Hen ricus Cõmendator de Balga in Lithuanos expeditionẽ, & mille quingẽtis ac uiginti militibus aſſũptis, duos diſtrictꝰ, Onkaim, & Menegedin igne & cœ dibus uaſtauit. Poſt paucos deinde dies, Vithenen Lithuanoꝝ dux, terrã Cu yauiæ hoſtiliter ingreſſus, cœdibꝰ & ſpoliis circa oppidum Brzeſcze patra tis, hominum & rerũ prædam non paruam ſecũ abduxit. Et licet Wladiſlaꝰ Loktek, & Kazimirus Cuyauiæ & Lanciciæ duces cum militibus ſuis, Ma/ giſter quoq; Pruſſiæ Mẽhardus, tempeſtiue eos fuiſſent inſequuti. Re tamẽ nulla memorabili ædita, omnes abiere retrorſum. Mire deuotionis & ſanctitatis beata fœmina & uirgo Kunegũndis, Belæ regis Hungariæ filia, & Bo/ leſlai pudici Graccouieñ & Sandomirieñ ducis relicta, quũ tredecim annos ſuæ profeſſionis in Cenobio Sandeceñ peregit, & uno fere anno graui ægri/ tudine uexaretur, deuotiſſime uigeſima quarta mẽſis Iulii, ãno domini 1292 mortua eſt, & in monaſterio Sandeceñ ſepulta, horam mortis ſuæ dudũ an/ te nutu diuino præſciens. Criſtãnus Canonicus Viſlicieñ, uir deuotus in ora/ tione poſitus, eam in cœlum niueo candore progredientem, uidit, agminibus angelicis canentibus, Regnum mundi &c. quod quum admiraretur, dictum eſt illi. Beatam Kunegũdim, in illa hora ab ergaſtulo corporis ſolutam. Ab anno autẽ ſupraſcripto in quo mortua eſt, ad annum domini milleſimum tri centeſimum uigeſimum nonum, octuaginta mortui, meritis ipſius, uitæ pri/ ſtinæ ſunt reſtituti. Sexaginta cœci illuminati, quindecim captiui a uincu lis ſoluti. Septingenti autẽ homines utriuſq; ſexus a uariis egritudinibus cu/ rati. Et tñ principes & prælati illius ætatis Canoniſationẽ eius prochdolor nõ procurauerũt. Anno eodem Mẽhardus magiſter Pruſſiæ, cũ exercitu ad fines Lithuaniæ perueniẽs, celerrime die noctuq; ad Konigſbergk reuerſus, cõiurationem ad eum perlatam oppreſſit, & ingens periculum euaſit, quo/ niam per

Andreas Ladiſlai regis Hũgarię germanus ſubmergitur.

Ladiſlaꝰ a Cumanis occidit.

Lithuanorum clades.

kunegũdis mõritur.

Miraculis claret.

niam per Lithuanos à fronte, & per Prutenos proprios qui ad gentilitatis errorem relabi ſtatuerant, a tergo inuadi debebat. Anno domini 1293. Conradus Stãge Cõmendator de Ragneta, circa feſtum ſancti Iacobi, caſtrũ Mingede in Lithuania expugnauit & compræhẽdit. Et magnam multitudinem Lithuanorũ occidit, alios uero cœpit. Quorum ueſtigia ſequutus Vithenen, Lithuaniæ dux, cum multitudine Lithuanorũ & Ruthenorum, Prutenicam oram octuaginta diebus uaſtauit. A Cruciferis aũt inuaſus, & uictus, uix cũ paucis fugit. Anno domini 1294. Vithenen Lithuaniæ dux cum mille octingẽtis equitibus, per ſiluas & nemora ſilenti agmine in terram Lãcicieñ poſt feſtum Pẽthecoſtes ingreſſus. Primum in eccleſiam Collegiatam Lancicieñ impetum fecit, & frequentiam populi quæ illuc cõfluxerat, trucidauit, alios captiuauit. Prælatos, Canonicos & ſacerdotes in ſeruitutẽ accepit, ueſtes ſacras & uaſa diripuit. Et qui ſupra eccleſiam confugerãt, & ſe uiriliter defendebãt, domibus eccleſiã circumſtantibus accenſis, ſuffocauit. Ad rura deinde & uicos diſcurrendo, præda plurima ex hominibus & pecore accepta, citato curſu redibat. Quem Kazimirus Lancicieñ dux, cum ſuis militibus in uilla Zuchow, prope oppidum Szochaczow, ſupra fluuium Bſura ſita, ſecundum alios in uilla Troyanow conſequens, hoſtili multitudine minime penſata, in Barbaros irruẽs, inter cõfertiſſimos hoſtes audaciſſime pugnãs nobilem effudit animã, multis captiuis feruente prælio fuga elapſis, multis ex bello fugiẽtibus in flumine Bſura ſubmerſis. Peracta pugna cuilibet Barbaro uiginti chriſtiani Poloni in ſortẽ ceſſerũt. Ex tunc aũt Wladiſlaus Lokietek Cuyauieñ dux, germanus Kazimiri terram Lancicieñ cœpit, quoniã Kazimirus dux Lancicieñ aliquem ſuperſtitẽ de lumbis ſuis non reliquit. Eodẽ anno duodecimo kalendas Nouembris. Conradus Mazouiæ dux, & dominus Czirneñ filius Semouiti in Iaſdow a Lithuanis occiſi, mortuꝰ eſt, In monaſterio Canonicorũ regulariũ in Czirwienſko, & in eodem monaſterio ſepultus. Hic conſtruxit & dotauit monaſteriũ in Blonye. In fine hyemis eiuſdem anni domini 1294. Menhardus Pruſſiæ magiſter, binos diſtrictus Lithuanorum, Paſtow & Gerſchow uaſtauit. Duobuſq; caſtris conquiſitis & exuſtis, dum tercii expugnatio difficilior uideretur, remiſſis captiuis Lithuanorum in caſtra Pruſſiæ, ad caſtrum Viſzen Boleſlai ducis Mazouiæ diuertit & illud conquirens exuſſit. Pro eo quia in ipſo Lithuani comorantes, frequentius ex illo terras Poloniæ & Pruſſiæ infeſtabant. Ideo nec Boleſlaus dux Mazouiæ obſeſſis ſuccurrere curauit. Eodem tẽpore Ludouicus Commendator de Ragneta Lithuanorum caſtrum Kymel conquiſiuit & ſuccendit.

Caſtrum Mingede Lith: expugnatur.

Lithuani Poloniam vaſtant.

kazimirus Lãcicienſis bello moritur.

Monaſterium in Blonye.

Lithuanorum diſtrictus duo capti.

CAPVT I.

Przemiſlaus ſecundus.

CVm Proceres & Prælati regni Poloniæ, præclaras ſuorum regum imagines, tũ res a ſe pace belloq; geſtas, tum deniq; ſciſſionẽ, & in plures ducatus regni diſtractionẽ contemplati ſunt. Deo propiciante par uiſũ eſt, cunctis unũ ſibi ex multis Poloniæ deligere principibus, & in regem cõſtituere, qui in unum corpus diſtracta regni colligeret, ſalutem & pacem ſubditorum procuraret, & a ſingulis coleretur atq; ueneraretur. Anno itaq; ſaluatoris 1295, die Solis uigeſima ſexta menſis Iunii, in feſto Ioannis & Pauli martyrum: Principẽ præclariſſimũ, moribus & inſtitutis Heroicũ, Przemiſlaum ſecundum maioris Poloniæ & Pomeraniæ ducem (iam ſiquidẽ poſt mortem Mſczugii, & ipſius in monaſterio Oliua ſepulturã, Pomeraniæ receperat plenam & pacificam poſſeſſionẽ) in regem. Cõſortem uero ſuã Richſzam in reginam poloniæ, inunxit, & diademate regio, quod diligenti ſtudio uirorum eccleſiaſticorũ in illum diem cuſtoditũ, cõſeruatumq; erat, coronauit, Reuerẽdiſſimus pater Iacobus Swinka de familia porcaria, Gneznen Archiepiſcopus, in eccleſia Gneznen Metropolitana, Aſſiſtentibus Ioanne Gerbiſz Poſnanien, Ioãne Romka Wratiſla: Goſlao Ploceñ, Conrado Lubuceñ, Epiſcopis, Palatinis & Baronibus, ac plebis multitudine copioſa. Cœpitq; rex Przemiſlaus cogitare, & cũ ſuis ſatrapis curare, quomodo molle corpus regni Poloniæ coaleſceret, & in uirile robur perueniret, utq; maieſtas regia reluceret, in ſigillo litteris capitalibus in girũ circũcirca aquilam, hunc textum in una parte inſcribi iuſſit. Reddidit ipſe ſolus uictricia ſigna polonis. In altera autem parte ſedebat in throno regio, imago regalis, tenens in manu dextra ſceptrum: In ſiniſtra uero pomum cruce ſignatum tenebat, cum titulo litteris capitalibus inſcripto. Sigillum Przemiſlai Polonorũ regis & Pomeraniæ ducis. Verũ ipſius in regale ſoliũ ſublimatio, inuiſa ac moleſta, & ad reſcindendũ parata fuit ducibus poloniæ, qui fremebant regali gloria Przemiſlaum ſe anteire. Finitimis uero tyrannis & nationibus terribilis & ſuſpecta eſſe cœpit. Præcipue Marchionibus Brandenburgeñ, alias de Sgorzelecz, in necẽ itaq; Premiſlai, Otho longus, & alter Otho ac Ioãnes Marchiones Brandenburgeñ conſpirarunt, & rege in carniſpriuio abſq; cuſtodia in Rogoſzno ſolaciis dedito, per noctium tenebras & ſiluarum abdita, feria quarta cinerum ſexto idus Februarii, quæ fuit dies ſanctæ Dorotheæ, præfati Marchiones uenerunt, & nullis nunciis aut litteris diffidẽtes, in Przemiſlaum & ſuos milites uariis hoſpiciis diſiũctos, ac heſterna crapula grauatos & ſoporatos, inſiluerunt. Rex autẽ Przemiſlaus ſuos animãdo, in hoſtes inſiliit, & multos ſternendo, alios uero uulnerãdo, ad extremum multitudine ſagittarum & iaculorum obrutus dimicãs cecidit.

Przemiſlaus ſn regem vnctus.

Przemiſlaus a Marchionibus necatur.

cidit. Quem rapientes in iumentū imponebāt, ſatagentes uiuum abducere, ſed præ debilitate moribundus in terram defluebat. Nec ſpes erat eum uno die uiuere, pugionibus ergo confoſſum crudeliſſima morte extinxerunt & abierunt. Corpus eius exanime ex Rogoſzno, in Poſnaniam ductū, in eccleſia cathedrali Poſnanieñ in ſepulcro patrum ſuorū regum Poloniæ, debita cum magnificentia ſepultum eſt. Vixit autē Przemiſlaus ānis triginta octo menſibus tribus, diebus uero uigintiquattuor. Regnauit uero mēſibus ſeptē diebus undecim. Ecce qui Lukerdam conſortem ſuam, ut nonnulli eſtimant occidi procurauit, crudeliter occiſus eſt. Aſſerūt quidam, q̄ adiutores & participes occiſionis regis Przemiſlai, fuerunt Barones & nobiles de armis Nałęcz, & Zarabi, & pro ſigno adducunt, q̄ ob eam cauſam nobiles prædictarum familiarum, uſq; ad tempora Kazimiri ſecūdi, prohibiti fuerunt inter uiros equeſtris ordinis numerari & aſſumi, rubeoq; colore prohibiti fuerunt uti & ueſtiri, quod tandem rege Kazimiro ſecundo cū ducibus Ruſſiæ pugnante, ſublatum & abolitum erat. Et q̄uis rex Przemiſlaus reliquiſſet filiam Octennem Richſzam nomine tanq̄ heredem, tamē periculorum ingēs moles ne regnum peſſundaretur, coegit Prælatos & Barones regni poloniæ & ducatus Pomeraniæ, in conuentione generali pro feſto ſancti Adalberti Poſnaniæ, anno domini 1296 congregatos, matura deliberatione & conſilio

wladiſlaus Loketek cenſetur reaſſūmendus:

Wladiſlaum Loktek cognomento, ducem Cuyauiæ, Kazimiri ducis Cuyauieñ filiū, cuius auus erat, Conradus Mazouiæ & Cuyauiæ princeps. & Cōradus frater erat Leſtkonis albi, ſextum a Boleſlao Poloniæ rege ſancti Staniſlai interfectore, conſanguineitatis ducentē gradum. Inter fratres ſuos Leſtkonē nigrum Graccouieñ Sandomirieñ, & Siradieñ Zemomiſl, Kazimirū & Semouitum, Lanciciæ, Cuyauiæ, & Dobrznieñ, duces, tercio natum, In regē poloniæ, eligere & aſſumere, quia princeps magnæ prudētiæ, & ſingularis animoſitatis eſſet, tū q̄ illi poſt mortem germani ſui Leſtkonis nigri Gracco: Sandomirieñ, & Siradieñ, & ratione conſortis ſuæ Heduigis filiæ olim Boleſlai pii Kaliſſieñ & Poſnani: ducis dictorum Poſnanieñ ac Kaliſſieñ, ducatuum iuſta & legittima debebatur ſucceſſio. Hic quoq; unus credebatur, qui diſtractum regnū Poloniæ, ad unius corporis reduceret compagi-nem. Auctoritate igitur electionis omnes ducatus, caſtra & ciuitates in ipſius obedientiam & ditionē conceſſerunt, præter quædam caſtra Graccouieñ & Sandomi: diſtrictuum, quæ Vēceſlaus Bohemiæ rex occupauerat. Et ratione illorum non ſolum Bohemiæ, regem, & Gracco: & Sandomirieñ ducem, ac Morauiæ Marchionem ſe titulabat. Ob quorum diſtrictuum inaſſequutionem diademate regio Wladiſlaus Loktek diſtulit coronari. Nec ſe regem, ſed ducem & heredem Poloniæ ſcribebat, Præfectoſq; Bohemos, & q̄ partes Venceſlai Bohemiæ regis ſectabantur, Polonos continuis inuaſionibus per ſe & gentes ſuas laceſſebat. Sleſiæq; principes de eius in regem poloniæ electione iocantes & deridentes inuaſit. Et illic maiorem partem æſtatis anni dñi 1297 conſūpſit. Oras tunc Sleſiæ igne & ſpoliis, magis tū ducatum Wratiſl: Henrici mortui uaſtauit, iniuriam ulciſcens, quam ſibi Henricus Wratiſla: dux, Graccouieſem ducatum & ciuitatem occupando irrogauerat. Inde

Diſtulit coronationem ducē non regem ſe compellando.

uerat. Inde in maiorem Poloniā ueniens, cum exercitu quieuit. Milites autē ſui, ſpolio & rapto uiuere ſoliti, externis deficiētibus, in proprios manus cōuerterunt. Pauperes & locupletes opprimentes, & bona eccleſiaſtica diripientes, Saxones, & uicini hoſtes in Pomerania graſſati, ſpoliis & prædiis eā ad uaſtitatem fere redegerant. Sed & ipſe Wladiſlaus Loktek, in uicia multum prolapſus, uirginum & ingenuarū matronaꝝ pudicitiā uiolenter proſtituebat. Nec reformationem promiſſam, hortatus per Pontifices & Magnificos exequi curauit. Quapropter Andreas Epiſcopus Poſnanieñ eccleſiæ ſuæ, cleroq;, & populi ſuæ dioceſis iniurias amplius non tollerās. Dioceſim ſuam Poſnanieñ in qua dux Wladiſlaus cū ſuis cōmorabatur, generali ſuppoſuit interdicto. Quæ res Wladiſlaum Loktek in penitudinem & ſatiſfactionē induxit. Vnde per certas eccleſiaſticas & ſæculares perſonas reconciliari eccleſiæ, & Andreæ Epiſcopo Poſnanieñ, eccleſiaſticūq; tolli interdictū obtinuit, & pro hyemis tempore in oras Gracco: tranſiuit. Quo diſcedente, Prælati & Barones contra ipſum frementes, quum maioribus trāſgreſſionibus & tyrannide præſumebatur uſurus.

wladiſlai vita

Venceſlaus.

CAPVT VII.

ANno domini. M. tricenteſimo circa Poſnaniam facta conuentione electionē de Wladiſlao Loktek nondū coronato, tanq̄ pernicioſam, abrogarunt. Et Venceſlaum regē Bohemiæ, qui ſe Gracco: & Sandomirieñ ducem gerebat, in regem poloniæ elegerunt. Qui per ſolennes nūcios ad Pragam miſſos, rogatus eſt, ut regnū ſuſciperet. Et Richſzam quæ & Elizabeth, filiam olim Przemiſlai regis poloniæ unicam heredem deſponſaret. Iam etem Gutta cōiunx eius regina Bohemiæ, Rudolphi regis Romanorū filia, & Alberti ducis Auſtriæ ſoror, uita fūcta obierat. Is Venceſlaus electioni de ſe factæ conſentiens, per Kaliſſ in apparatu regio Gnēznā uenit, & per Iacobū Swinkam Archiepiſcopū Gneznenſ, in eccleſia Gnezneñ, aſſiſtētibus ſibi Voyſlao Wladiſlauieñ, Andrea Poſnanieñ, Ioanne Romka Wratiſl: Epiſcopis, Palatinorūq; Baronum, & nobiliū multitudine copioſa in regem Poloniæ inunctus & coronatus eſt. Exinde in Poſnaniā diuertens, uirginem excellentis formæ Richſzam, quæ & Elizabeth, unicā regni Poloniæ heredem, in facie eccleſiæ in uxorē accepit, & matrimonium conſumauit. Nupciiſq; more regio celebratis, omnium terrarū Poloniæ & Pomeraniæ plenam adeptus eſt poſſeſſionē. Collectoq; notabili Polonorū exercitu, ducem Wladiſlaum Loktek omnibus ca-

Loketek repulſo Venceſlaus Bohemus ſuſfectus eſt.

Venceſlaus coronatus in regem.

stris & præsidiis, quæ pro ipso tenebatur priuauit. Sed & de ducātū Cuyauiæ atq; Lāciciæ patrimonio eius ipsum exuit, & exutum de regno Poloni expulit. Et ut solidius regnum ipsius permaneret, Barones Bohemorū locauit, Hinkonem de Duba in capitaneum regni poloniæ. Quo destituto Nicolaum Oppauiæ ducem Capitaneum regni poloniæ in terris Graccouiensibus adiecit. Friczonē uero Slesitam genere, in terris maioris poloniæ & Pomeraniæ. Thassam de Vissemburg in terris Cuyauiæ. Sicq; rex Vēceslaus ordinato regno poloniæ, quod sibi de cætero uidere non contigit, cum Richsza alias Elizabeth noua sponsa in Bohemiā transiuit. Dux uero Wladislaus Loketek ab eo tempore, quo rex Venceslaus in regem poloniæ coronatus est, nūq; in uno loco permāsit, sed per inuia & abdita uagus discurrebat, & in siluis densis aut paludibus inaccessibilibus pernoctabat, rarissime sub tecto quiescens, Bohemos simul & Polonos perhorrescens & suspectos habēs. Et ne in manus eorū quādoq;, præsertim in manus Vlrici de Boskouicz Bohemi, Gracco: & Sandomirieñ Capitanei, cui singulari9 captiuatio eius fuit commissa, incideret, in Hungariā perrexit. Ex inde autē Romā in priuato habitu, q̄m eo tempore Iubileus sub Bonifacio octauo uiguit, adiit. Reuertensq;, & suarum erumnarū uicissitudines deplorās, ad Amadeū Hūngariæ palatinum supplex & calamitosus aduenit. Qui eū hospicio recolligens benigne prosequutus est, fouit, & tractauit, liberalem se in eū & munificum gerens. Anno uero domini. M. tricentesimo primo. Andrea Hungariæ rege Budæ mortuo, quidam Prælatorū & procerum elegerunt ad coronam Hungariæ Karolum Marcelli regis Siciliæ in Hungaria præsentē, alii uero Venceslaum regem Bohemiæ & Poloniæ. Et hi Pragam ingressi, regem Venceslaum de acceptanda corona Hungariæ sollicitarūt. Qui senectuti suæ indulgens, filium eius unicū Venceslaum nomine, ex Guttā priore uxore genitū annum duodecimū agentem, insigni militum robore stipatum cum eis misit. Et coronatus est in alba regali. Verum quū rixæ & discidia quottidie inter Hungaros crescerēt. Pluresq; ad Karolum propter uenustatē morum deficerēt, & Venceslaum desidē atq; superbū perosi relinquerēt. Pater ipsius Venceslaus rex Bohemiæ & Poloniæ, numeroso comparato exercitu, Hungariā ingressus, filium suum de faucibus mortis eripuit, & certa loca in Pannonia diripiendo, in Bohemiā reduxit. Rege autē Venceslao & filio suo bello hungarico implicato, Wladislaus Loketek, Amadei hospitis sui fretus suffragiis, in poloniā peruenit. Et castrū ecclesiæ Gracco: Pelczisska oppido Vislicieñ imminens occupauit, & ex inde præsidium Bohemorū de Villicza disturbauit & expulit. Castrum quoq; & oppidū Lelow, in suam deditionem & tributum redegit. Tempore autē quo Albertus Romanorū rex, cum filio suo Rudolpho Morauiā & Bohemiam hostiliter depopulatus est, usq; ad montes Cuthnos, ubi in diebus præfati Venceslai primum fodinæ argenti repertæ sūt, rex Venceslaus in egritudinē aduersam Prage incidit, morboq; grassante, nono kalendas Iulii anno domini 1305 ut aiunt ex ptisi, Prage mortuus est. Et in monasterio Aulæ regiæ Cistercieñ ordinis, quod ipse uiuens erexerat & dotauerat, magnifice sepultus. Anno coronationis regni Bohemiæ sexto

Regno ordinato in Bohemiam migrat.

Loketek fugit in Hungariā.

Andreas rex Hungariæ moritur.

Venceslaus iunior in regem Hūgariæ coronatur.

Venceslai regis mors.

sexto, Poloniæ uero quinto, in solium eius filius ipsius ūnicus Vēceslaus successit coronatus.

CAPVT III.

AT Wladislaus Loktek audita morte Venceslai secundi, cum exercitū plus agrestium q̄ militariū in terram Sandomirieñ contēdit, & eam sine resistentia cœpit. Sic & Graccouieñ in obedientiam & regimen eius, iam em̄ illos Bohemorū facietas & fastidium oppleuerat, cōcesserunt, in urbemq; Gracco: prima Septembris admissus, castrum Graccouiē: quod per Bohemos tenebatur, Bohemis nequicq̄ resistentibus accepit. Rex itaq; Bohemiæ Venceslaus tercius, qui se regē Bohemiæ & Poloniæ titulabat, q̄q̄ de regno poloniæ non foret inuestitus, auditis continuis quærelis ab his, qui de castris Poloniæ turpiter electi fuerunt, expeditionē in poloniam parauit, sed fatum ineuitabile quod incidit, insanas eius mentes illusit. Nam dum in Olomuncz in domo Decani Olomuceñ cōsisteret, propter aeris cauma in camisia dumtaxat uelatus, in meridie sopori deditus, a quodam milite, tercia die Augusti confossus & obtrūcatus est, custodibus regiis minime sentientibus, & quis auctor necis extiterit, ignorantibus. Miles tamen quidā Conradus de Potenstein natione Duringus, q; a quibusdam de domo Decani Olomuceñ currere, & gladiū cruore aspersum ferre, usus est, correptus repentina rabie, causa non digesta nec audita, trucidatus est. Cadauerq; suū canibus proiectum est, asseruerunt nonnulli Albertū Romanorū regē, tres milites Sueuos ad curiā regis Venceslai misisse, & huiusmodi necē procurasse. Asseruerūt & alii quosdam Bohemos ipsum propter facinora eius occidisse occulte. Vno autē anno plus minusue parumper regnauit. In quo soboles masculina regū Bohemiæ prorsus extincta est. Et Bohemia ab externis & alienigenis principib9 in hodiernum diem subiecta regitur. Anno domini 1295. Premislaus Rathiborieñ dux, in uigilia natalicii sancti Stanislai moritur. Et in die festo sancti Stanislai, in monasterio sanctimonialiū ordinis prædicatorū in Rathibor, quod ipse uiuens fundauerat & dotauerat, sepelitur, q̄us fratres sui & Barones, in aliū diē sepeliendum asseruari uoluissent. Is ut fertur deuotissimus in beatū Stanislaum episcopum Gracco:. Cui in extremis laboranti apparuit, monēs ipsum ut se ad festum eius celebrandum, & cereum altum, excedentem staturā eius, prout quottānis consueuerat, a castro in monasterium deferret. Et illo inrerrogante, quomodo id faciā quū sim ualitudinarius. Sanctus dei respōdit. Ego te inquit adiuuabo, & mortuus in profesto eius creditur apud altissimū adiutus. Anno quo supra Boleslao Mazouiæ duce castrū suū Visna, per magistrum Crucigerorum destructū restaurāti. Expeditionē cōtra eum Menhardi magistri Prussiæ prædicti, deficientes a fide Prutenorū Zambieñ & Noctageñ, ac occisionē per eos fratrū Crucigerorū in Barthenstein & aliis locis auertit. Cōmendator em̄ Konigsbergeñ obmisso duce Boleslao, in Prussiam reuersus, sedicioſos oppressit atq; puniuit. In Lithuaniam deinde traducto exercitu, quādam munitionē exussit, & castrum Kymel occisis multis Lithuanis conquisiuit. Anno domini 1296. Preposituram sancti Andreæ Santhoceñ, habentem

Regnū Bohemię ab alijs gubernatur.

Premislaus Rathboriensis dux moritur.

Sancti Stanislai miraculum

Castrum Kymel captum.

bentem iurisdictionē in singulis ecclesiis, clero & populo, infra fluuios Odrā, Iuam, Drawam, Vartham, & Nothesz. Ad ordinariam dispositionē Episcopi Posnanieñ pertinentem, Marchiones Brandenburgeñ abstraxerunt, Capitulo ecclesiæ Soldineñ attribuendo. Pro qua rehabēda, Andreas Szimonouicz, & Domācus Posnanieñ Antistites, in cōsistorio apostolico litigarūt Sed Ioannes Lodza in Episcopatū succedens, rem multis fatigis prope finē uictoriæ perductam prosequi destitit, quod in negligentiā eius & iacturā ecclesiæ Posnanieñ cessit. Similis, & maior iactura eodem anno in ecclesia metropolitana Gneznen accidit. Nam magister & Cruciferi sanctæ Mariæ de Prussia, Culmeñ ecclesiam sub Gneznen ditione plusq; tricentis annis consistentem auulserūt, & ecclesiæ Rigeñ, eiusq; Archiepiscopo in Liuonia, adulterino more subiecerunt. Eam iniuriam Iacobus Swinka Archiepiscopus Gnezneñ molestius ferēs, Episcopo Culmeñ litem auctoritate rescripti apostolici nil proficiēdo mouit. Tenor rescripti apostolici sic incipit. Bonifacius Episcopus seruus seruorū dei, Dilectis filiis Decano & Preposito, ac Scolastico ecclesiæ Wladislauieñ, salutem & apostolicam bene: Sua nobis uenerabilis frater noster Iacobus Archiepisco: Gneznen petitione mōstrauit &c. Anno prædicto 1296, decimoseptimo kalendas Nouēbris. Ioannes Gerbisz episcopus Posnanieñ, de ecclesia parrochiali in Gluss in suæ diocesis fundauit ecclesiam collegiatā, Prepositum & tres Cānonicos in eam instituendo, & certas decimas, redditus, & prouentus eisdem assignando. Anno præfato 1296. Vithenē dux Lithua:, ingress9 terrā Culmeñ & districtum Golubieñ spoliis & cœdib9 ea afflixit. Deinde in Liuoniā suas duxit copias. Siffridus autē Cōmendator de Balga, & alius Cōmendator de Konigsbergk Lithuaniam ingressi, castrum Garthin obsederūt, quo dimisso & comperto, q; dux Lithuaniæ Liuonia non uastata rediret, q̄ celerrime mille p̄sonas secum ferētes, in propria redierunt. Eodem anno Henricus dux Wratis: & Legniceñ: filius Boleslai, intelligens se tormētis transactæ captiuitatis debilitatum ac cōfractum, propeq; moriturum. Accersito germano suo Boleslao Sweidniceñ, curam & tutelam filiorum suoꝝ ei commendauit. Qui tutoriā subire detrectabat, nisi sibi de castro Sobotha ꝑpetuo cœderet. Henrico aūt duce uehementius excandescente, & maledicente, q; non contētus prioribus, residua auferre conaretur. Dux Boleslaus Sweidniceñ discedebat. Astātes autē duci Henrico persuaserūt, ut de castro Sobotha etiā ratione tutoriæ cœderet, ne ex orphanitate plura filii ammittere cogerentur. Quo reuocato & castrum Sobotha ei resignando filios, nobiles, atq; Vasallos, ei in tutoriam tradidit. Et dux Henricus post triduum octauo uidelicet kalendas Marcii mortuus est. Ac in monasterio monialium sanctæ Claræ sepultus, tres filios, Boleslaum, Henricum, & Wladislaum relinquens. Et quinq; filias, Heduigim, quæ Marchioni Brandenburgeñ desponsata fuit, quo mortuo, relligionem sanctæ Claræ Wratis: intrauit. Annam in uirginitate mortuā. Helenam & Elizabeth ordinem sanctæ Claræ in Gnezna professas, & Eufemiam alias Offkam Othoni Marchioni Carinthiæ desponsatam.

Eccleste Gneznen iactura.

Culmeñ ecclesiæ alienatio.

Henricus dux wratislauiensis mortuus.

Proles relicta.

ANno domini 1297. Boleslaus Sweidniceñ, molestē ferēs germanum suum Hēricum Wratis: & Legniceñ ducem captiuitatem passum, & notabili portione ducatus Wratis: exutū fuisse, contra Conradum Glogouieñ bellum cœpit, interpositisq; tractatibus pacis, duo oppida illum restituere compulit, uidelicet Boleslaw, quod pro se & filiis suis, & in districtu eius castrum Cliczdorff erexit. Et Haynow quod pueris ducis Henrici Wratis: fratris sui reseruauit. In cuius limitib9 castrum Kroczonow construxit. Idem Boleslaus castra & ciuitates Bregam, Nyēpez, Grotkow muris cinxit. Duciq; Bohemiæ Vēceslao uastationē eiminitāti, cum exercitu occurrit & decernere paratus fuit. Ad ciuitatē quoq; Wratislauieñ tanq̄ puerorum tutor, nō admissus, obsidione eam strinxit, & supplicibus ignoscere, ac ciuitatē Wratis: ingredi noluit, donec altitudo murorum ciuitatis quattuor cubitis fuit detruncata. Eodem āno, quarto nonas Iunii, dominico die in festo Penthecostes. Venceslaus Bohemiæ dux, se in regem & Gutham coniugem suam in reginam, in ecclesia Prageñ per Archiepiscopum Maydēburgeñ coronari procurauit, & post triduum Gutha noua regina, sed uetus cōiunx mortua est. Anno domini 1298. Venceslaus rex Bohemiæ, & dux Graccou: atq; Sandomirieñ. Graccouiā ex integro muro cinxit, deducēdo muros, a conuentu sancti Francisci iuxta domos Canonicorum in castrū Graccoui: Et ex altera parte depost ecclesiam sancti Andreæ usq; ad Stradomya. Item castrum Graccoui: āterius muris arcuatis, & turribus altis obduxit & cinxit. Sub regimine huius Venceslai regis Bohemiæ, grossi Bohemicales & denarii argentei in Poloniam inducti sunt. Prius siqdem argento nigro, & pelliculis capitū aut extremitatū asperiolorum fœnerabanur, & mercantias poloni exercebant. Anno domini 1290. Conradus dux Glogouieñ, gradu diaconatus spe consequendæ ecclesiæ Bambergeñ insignitus, a nōnullis suis militibus uenenatus, mortuus est. Et in ecclesia Glogouieñ collegiata, quam cū Thoma Episcopo Wratis: cōmuniter fundauerat, sepult9, reliquit ex Salomea filia Wladislai Othonis ducis maioris Poloniæ, duos filios superstites, Henricum Glogouieñ, & Conradū Stinauieñ, qui & Krokeleñ dux, ob gibbositatem corporis appellatus est, postea in Prepositum Wratis: promotus. Tercius filius Przemislaus Sprotauieñ dux, in bello āte Sieuyor occiderat. Reliqt & tres filias, Annam, Eufemiā, & Heduigim. Eodē anno, 16. kalendas Marcii, monasterium minorū in Radzeyow Wladislauieñ diocesis, Wladislaus Loketek, Poloniæ & Pomeraniæ dux fundauit. Anno præfato Lithuani oppidū Strasburg nouæ fundationis in terra Chelmeñ uastauerunt, & uasa sacra contaminarunt. Quos Conradus de Szak cōmendator, cum militibus Culmensibus, in nemoribus consequutus, prostrauit, & omnem prædā hominum, pecoꝝ, & aliarum rerū reduxit. Anno domini 1299. Vastantibus terram Prussiæ sexingentis Lithuanis, Cōmendator de Brandenburg cum multitudine suorū, apud Noctageñ regionem eos expectabat, Lithuaniscq; illuc uenire tardantibus, gētes Crucigeræ ad propria dilapse sunt. Et Lithuani interim superuenientes, Noctageñ districtum prædabātur. Ducentos & quinquaginta captiuando, alios uero occidendo

Castrum krozonow: Brega, Nyempez, Grotkaw muro cinguntur.

wenceslaꝰ dux Bohemiæ in regē coronatus.

Prima argentę monetę inductio Polo: Conradꝰ Glogouieñ intoxicatus.

Noctageñ districtus a Lithuanis vastatus.

Ioannes Querin captiuatus.

occidendo. Eodem anno Ioannes Querin Archiepiscopus Rigeñ, per magi/
strum Liuoniæ & fratres Cruciferos domus Theutonicorũ sanctæ Mariæ,
captiuatus est, quia subiciendam aut penitus delendam ciuitatẽ Rigeñ, ipsis
fratribus consentire noluit, quod aliis duobus Archiepis: ãtecessoribus suis,
Ioãni Vochta, & Alberto, terribili mẽte intulerant. Superioribus quoq; an/
nis, Fridericũ de Hazeldappe episcopum Dabatzeñ a suo episcopatu pro/
iectum excluserãt. Anno domini 1300. Principes Russiæ scientes digladiati/

Russię princi/pes Sandomi/riam inuunt.

ones & discidia in regno Poloniæ, inter Venceslaum regem Bohemiæ & po
loniæ, ac inter Wladislaum Loketek exclusum, uigere, Cũ robore suo terrã
Sandomirieñ repente & torrenter percurrentes, plurimis damnis illatis, pre
dã ex hominibus & pecorib⁹ agẽtes, in suã regionẽ redierũt. Eodẽ ãno absũ

Elwigus Goltbach magister Prussię.

pto Lodouico de Szippen magistro Prussiæ, Elwigus de Goltbach natione
Duringus substitutus est, qui parũ uiuens, Conradum de Szak habuit suc/
cessorem. Item Lithuani spolia ex Prussia ducentes, in redeundo a Cõmenda
tore de Brãdenburgk, in angustiis siluarũ quas præterire non poterant, occi
si sunt, tribus dumtaxat ex illa cohorte euadentibus. Item Draycolitus pro
dito castro Onkaym in Lithuania Cruciferis, cum omnibus Lithuanis qui in
illo erant fidem Christi suscepit. Anno domini 1301. Stella crinita quæ Co/

Conradus de Szak ma: pru: Victoria Cru/ciferorum.

metes dicitur tempore autumni in signo Scorpiõis apparuit, uirgam seu ra
dios, aliquando ad orientem, aliquãdo in meridiem mittendo, durauitq; per
unum mensem. Eodem anno Boleslaus dux Sweidniceñ, filius Boleslai Le/

Cometes:

gniceñ ducis mortuus est. Et in monasterio Griszow ordinis Cistercieñ quod
fundauit & dotauit, sepultus. Hic primus exactiones principatibus suis, &
nepotum suorũ imposuit. Nobiliumq; seruicia, & numerũ armatorũ ad bel/
lum expediendorũ per respectũ ad bona hereditaria descripsit. Hic reliquit
tres filios Bernhardum Sweidnicensem, Hẽricum Iauoriensem, & Boleslaũ
Sambicensem, alias Monsterbergensem.

Boleslaꝰ Sweidniceñ moritꝰ. Seruicium bellicum primum institutum.

CAPVT V.

ANno supra expræsso. Exercitus Lithuanorũ, ad sex milia estima
tus, terram Dobrzineñ uastauit, quẽ poloni persequuti sunt, ta/
men predam in abdita siluarũ conditam nõ excusserũt. Idem ex
ercitus Lithuanorum auiditate maioris predæ stimulatus, terrã
Culmen depredare cœpit, quem fratres Cruciferi inuadentes fuderunt, & se
ptuaginta occisis, alios fugauerunt, uirgines q; & matronas Dobrzineñ eri/

Poloni in Ruthenis victores

pientes, soluerunt. Ruthenis castrum & terram Lublineñ aliquot ãnis occu
pantibus, Proceres & nobiles terræ Gracco: & Sandomi: ãno dñi 1302 cõ
gregato exercitu, ad Lublin peruenerũt. Quibus Rutheni cum robore Lith
uanorũ & Thartarorum occurrentes conflixerũt. Iusto q; dei iudicio, Ruthe
ni numero & multitudine superiores, uicti succubuerunt, & in fugã uersi sũt
Qui autẽ in castrum Lublineñ sese receperant, obsessi tabe & fame consum/
pti, castrum & seipsos Polonis tradiderunt. Anno domini 1303 Ciuitatẽ no/

Noua Sãdecz erigitur.

uam Sandecz Venceslaus rex Bohemiæ & poloniæ erexit, inter duos fluui
os, in confiniis Hungariæ sitam, in loco uillæ Kamyenycza, ad episcopatum
Gracco: pertinentis, loco cuius castrũ & ciuitatem Biecz per cambiũ, Ioãni

Muscata

Muscatã episcopo Gracco: donauit, iure patronatus sancti Adalberti eccle
siæ martyris, & sanctæ Margarethæ tanq; filiæ episcopo Gracco: reseruato
Eodem anno Venceslaus rex Poloniæ & Bohemiæ, illustrissimam consortẽ
suam Richszam, quæ & Elizabeth Przemislai regis Poloniæ filiã. De spe/

Richsza venceslai consors in reginam coro/nata.

ciali cõsensu Maguntineñ & Gnezneñ Archiepiscoporũ, in ecclesia Prageñ
per Henricum de Virbna Wratis: episcopum coronari & inungi in reginam
procurauit. Anno quo supra. Cõradus dux Stinauieñ, qui & Korkerleñ, ob
gibbositatem appellatus est, Prepositus Wratis: in Archiepiscopũ Salcz/
burgeñ electus, possessionẽ eiusdem accepturus, dum ad Viennam ueniens,
Salczburgam uinum tantummodo, & nõ ceruisiã triticeã habere cognouis/
set. Ex Vienna in suum ducatũ Stinauieñ, iam a fratre suo Henrico occupa/
tum, reuersus est. Quem quum armis repeteret, a duce Henrico captus, in
Glogouiãq; deportatus, in turrim proiectus est. Vasallorũq; & nobiliũ suo/
rum cura, de ergastulo noctis tempore ereptus, ducatum suũ plene repetens
anno sequenti, quinto idus Octobris mortuus. In Lubensi monasterio sepul/

Conradꝰ Steynaueñ mortuus.

tus, & uniuersus Glogouieñ ducatus ad Henricum deuolutus est. Potuisset
iste Conradus, si fuisset rationis compos, ex frumento cuius copia ubiq; repe
ritur, ceruisiam sibi ordinare, & decus pontificale non contemnere. Sub an/
no domini 1304. Lestko Michalouieñ & Gnyewkouieñ dux, filius Zemo/
misl ducis Cuyauiæ Wladislai Loketek nepos germanus, sectatus pres Ka/
roli Marcelli in Hungaria, captiuitatẽ apud Venceslaum regẽ Bohemiæ &
Poloniæ incidit. Pro liberatione igitur sua ducatũ Michalouieñ, reclamanti
bus fratribus Premislao & Kazimiro, obligauit. Conrado Szak, magistro
Prussiæ in centum & octuaginta marcis Thoruneñ, sub hac cõditione, q; in/
fra biennũ reddito mutuo haberet, potestatẽ terrã suam eliberandi, alias la
pso biennio & pecunia non soluta, apud magistr⁹ & ordinem eius remaneret
ducatus, amplius non redimendus. Quãuis autẽ ante decursum prædictorũ
annor⁹, dux Lestko & fratres eius Michalouieñ, per Ioannem de Plomikow
palatinum Wladislauieñ integrã mutuate pecuniæ magistro & ordini obtu
lissent solutionem. Nullatenus tamen mutuũ recipere, & terram Michaloui
eñ reddere uoluit. Nam carior erat ꝑuincia Michalo: q pecuniæ. Chirogra
phus magistri Prussiæ, de hac obligatione sic incipit. Vniuersis præsentium
litteris inspecturis. Nos frater Cõradus Szalkus magister domus Theutoni
corũ per Prussiã, notum esse uolumus &c. Eodem ãno Vernerus Comes de
Hohenberg, Adolphus cum germano suo de Vinthimel, & Theodricus El/
ner, plures q; alii Rineñ milites, in Prussiam: Cruciferis contra Lithuanos au
xiliaturi aduenerunt. Magister autẽ Prussiæ Conradus Szak exercitu bipar
tito Lithuaniã hyemis tẽpore ingressus, illam circa territorium Garthin cœ/

Cõradꝰ Szak Prussię magi/ster cũ cõplici/bus Lithuaniã vastat.

dibus & flammis uastauit, spoliaq; in hominibus & pecoribus secum retulit
Deinde sub tempore quadragesimæ, Cõmẽdator de Konigsberk in amplio
ri gentium turma, uenit in Onkaym, ubi Lithuanus uocatus Swirtil, iuxta
clandestinã pollicitationẽ Cruciferis factam, castr⁹ prædictũ, cuius erat Bur/
grabius Cruciferis apperuit. Qui illud nocte ingressi, omnes passim matres
& fœminas, senes & paruulos interimerunt. Castrũ flammis tradiderunt, &

discurrẽdo in uicinas regiones, congesta præda, eam in Prussiã deduxerũt. Anno prædicto scilicet 1304 Lithuanorũ exercitus terram Lancicieñ, in die sancto Pentecostes furtiue ingressus, eam cœdibus & spoliis deuastauit. Ciuitatem quoq; Lancicieñ sine resistentia capiẽs, succendit. Cui reuertenti & præda grauato, Kazimirus Dobrzineñ dux, Wladislai Loktek germanus, occurrẽs, durum certamen in uilla Troyanow commisit. Et licet fugiẽtibus Lithuanis, Polonis cessisset uictoria, omnisq; præda fuisset erepta, tamẽ dux Kazimirus in ala quæ debilitari cœperat fortiter pugnans, multitudine telorum & lancearum confossus, generosum spiritum fudit.

kazimiri generosus interitus

CAPVT VI.

Wladisla: Loktek.

Dissensio electionis:

VEncesłao rege utroq;, patre & filio mortis debitum soluente Poloni bipartiti, quidam, ut maioris poloniæ nobiles Posnanieñ & Kalissieñ, ex acerbau contra Wladislaũ Loktek, sibi in principem Henricum ducem Glogouieñ, Cõradi ducis Glogoui: filium elegerũt. Eoq; ex Salomea sorore germana Premislai regis poloniæ esset natus, qui q̃diu uixit, heredem & dominũ Poloniæ ducemq; Slesiæ Posnanieñ & Kalissieñ se titulabat. Reliqui uero poloni, ut Gracco: Sandomirieñ, Siradieñ, Lancicieñ, Cuyauieñ, Dobrzineñ, & Pomerani, Wladislao Loktek regnũ innouauerunt. Non enim pro ea tempestate, uir in armis melior, & regnum poloniæ adunaturus reperiri credebatur. Qui anno Christi 1306 collecto exercitu ex omnibus suis terris, Henricum ducem Glogouiẽ: inuasit, & longum æstatis tempus depopulando, ipsius dominia consumpsit. Henrico prædicto duce nullam opponente resistentiam. Peracta expeditione dux Wladislaus Loktek, in terram Pomeraniæ descendit, & publica negocia tractãdo, uniuerso tempore hyemis in ea permansit. Quumq; discessisset, Petrus Swancza, Cãcellarius Pomeraniæ, Swancze Gedaneñ palatini filius, dolens se negligẽtius tractari, dolensq; se a solutione pecuniarũ, quas in tuenda Pomerania expendisse asserebat repulsum iri, nouare res cœpit, Marchionibusq; Brandenburgẽsibus adherẽs, tradere illis Pomeraniam, quum esset administrator eius, & nouem castrorum possessor spopondit. Wladislaus autẽ Loktek, hac nouitate ad se perlata, celerrime in frequẽti exercitu Pomeraniam ueniẽs, præfatum Petrũ Cancellarium compræhendens, in castro Graccoui: captiuitati inclusit. Duobusq; germanis dicti Petri Cancellarii, Nicolao & Ioãne cum aliis Baronibus pro liberatione ipsius laborantibus, & loco fratris captiuitatem subeuntibus, Petrum Cancellarium a uinculis liberauerunt. Sed captiuitatem corruptis custodibus euadentes, & in Pomeraniam ouanter peruenientes, cum Petro Cancellario mox in rebellionẽ uersi, Voldemarũ & Ioannem nepotem eius Marchiones Brãdenburgẽ: in Pomeraniã exercitualiter induxerunt, &

Petrus Szwancza Cancellarius Pomeraię captus:

Liberat⁹ rebellauit.

xerũt, & certa municipia expugnarunt. Ad Gedanũ quoq; applicãtes, & ipsam uallantes, ciuibus Gedaneñ, quoꝝ maior pars ex Almanis erat, assentientibus, in obedientiã Marchionũ uenerũt, castrũq; expugnare conati sunt Bogusza aũt iudex Pomeraniæ, & Capitaneꝰ Gedaneñ, cõmisso castro, de libus Baronibus, cum uno Barone præstantis conditionis, Niemyerza uocato, ad Wladislaũ Loketek in Sandomiria agẽtem, celeriori quo potuit cursu puenit. Et facta narratione de castri impugnatione, ciuitatis Gedaneñ amissione, & cæteris ex ordine anxietatibus, Wladislaum Loketek celerrime auxilium ferre (quũ esset uir ad singula agẽda, animo & manu impiger), pmittentẽ. Bogussus & Niemyerza salubriori eum consilio usurum deducebãt, ut magistrum Prussiæ & ordinem Cruciferorũ, tanq̃ suos elemosinarios & pluribus beneficiis obligatos, pro suffragio ac repulsa hostiũ, postularet, quod acceptatũ est, & ordinatio huius negocii Bogusze ad plenum cõmissa. Is magistrum Prussiæ Henricũ de Ploczko, natione Saxonem conueniẽs, & pluribus beneficiis per Conradum ducem Mazouiæ, auum ducis Wladislai Loketek, ordini Cruciferorũ impensis cõmemorans, suffragium per gentes & uictualia obtinuit. Nõ ipsiꝰ ducis Wladislai, sed propriis magister Prussiæ consulturus profectibus, quẽadmodum processu temporis liquidissime apparuit. Ex composito ergo unã partem castri Gedaneñ, gẽtes magistri tutate sunt. Alteram Bogusza cum Pomeranis defensabãt, & cõiunctim Brãdenburgeñ a castro repellebãt, quãdoq; trucidabant, & crebrius in eorũ castra incursus faciebant. Intantum ut Marchiones Brandenburgẽs: omni spe acquisitionis castri destituti, ad propria remearunt. Post quorũ excessum ciuitas Gedaneñ, p Polonos & Cruciferos expugnata est. Et milites præsidii, a Marchionibus constituti, plurimi occisi, quorũ corpora Budgerus Abbas de Oliua, ad monasterium suũ deducta, in cimiterio sancti Iacobi ante claustrum sepeliuit. Ciues quoq; Gedaneñ defectiõis auctores, capite sunt cœsi. Dux autẽ Wladislaus, Petrum Swanczam & fratres eius castris Trezel & Sbąssin, ac duobus oppidis Babimost & Sbąssin exuit, ducali fisco applicãdo. Gẽtes autem Henrici magistri Prussiæ, adhoc studiose directe, cum Bogusza Iudice Pomeraniæ in castro Gedaneñ, ad lites & controuersias superbe factæ, intantum creuerunt & uersæ sunt, ut præfatum Bogusszam, & Barones Pomeraniæ principales in captiuitatẽ coniicerẽt. Bogusza autẽ suæ & suorum libertati cõsulturus, facto fœdere cũ magistro & ordine, ut castr̃ Gedaneñ ad requisitionẽ Wladislai Loketek pure resignarẽt & restituerẽt. Habita expensarũ de media castri custodia, plena solutione. Excessit de altera castri medietate, magis tamen eiectus abiit, q̃ libere cessit.

Brandeburgeñ Marchio a Gedano repulsus

CAPVT VII.

QVo comperto Wladislaus Loketek, magna cœpit cum suis consiliariis anxietate torqueri. Intelligens Cruciferorũ fidem dolis uelatam in perfidiam uersam fore, uehementiq; tunc primũ cœpit pœnitudine urgeri, q̃ Marchionũ Brandenbur: impetus, nõ suis repulisset armis, requirensq; magistrũ Prussiæ per nũcios. In Kray, alias Kroyouicze uilla ꝓpe Radzieiow in terra Cuyauieñ, psonaliter dux Wladislaus &

Conuentus ob concordiam in Cuyauia celebratus.

dislaus & magister cum aliquot Cõmendatoribus, conuenerunt, Vbi in præ
sentia Gerwardi Episcopi Wladislauien, & Baronum poloniæ dux Wladis
laus quærimoniã electionis militum suorum de castro Gedaneñ lõga oratio
ne differuit. Petẽs & requirens eam rescindi, & castrum Gedaneñ restitui, ini
quum & acerbum nimis contestans. Si ex auxiliatoribus hostes, ex elemosi
nariis persequutores, ex amicis & socijs infestos suos, & suarum terrarũ im
pugnatores debeat experiri. Magister autẽ Prussiæ Henricus, uerbis compe
tentibus usus, exclusionẽ Bogusze. & militum Pomeraniæ, ut sedicio rixanti
um euitaretur, egisse, respõdit, offerẽs se de castro Gedaneñ excedere, dum
impensæ ei refunderentur. Et quum dux Wladislaus, quotta esset huiusmo
di impensaꝝ de uno anno quãtitas requireret. Magister Hẽricus latens uirus
euomuit, centum inquit milia marcarum latorum grossorũ, sine quorũ solu
tione castrũ Gedaneñ, nullo colore, nullaq; diminutione taxe resignare uel
let, re itaq; infecta & animis irritatis discessum est. Magister ergo & Cruci
feri ualido exercitu ex partibꝰ Almaniæ coadunato, in die sancti Dominici,
& est dies nundinarũ, quãdo frequentior concursus populi adesse consuevit,
anno domini 1310 ciuitatem Gdanensem obsidione cinxit. Et post aliquot
Gedanũ obsessum & dolo captum. dies quibusdam ciuibus Gedanensibus, tempore noctis per tradimentum
portam ciuitatibus aperientibus, hostes ciuitatem cõpræhenderunt, & om
nes quos inuenerunt, nobiles & plebeios uario genere mortis occiderunt. Et
quod his crudelius est, puberes & impuberes infantes & lactãtes, more bar
barico extinxerunt, ut fama tãtæ crudelitatis diffusa, cæteræ ciuitates metu
perculse sine resistentia occuparentur. Exinde ad castrũ Tsczow, Karolus de
Luczemburgk magister Prussiæ exercitum promouit. Ad quem nõ longe
statiua tenentem, Kazimirus dux Michalouien & Gnyewkouiẽn, e castro
Tsczow descendens, cum Vincentio Decano Gneznen, & aliis Baronibus
processit, præcatus humiliter, etiã genu flexo, ut arma deponeret, & terram
Pomeraniæ non uastaret, suæ, germaniq; sui ducis Przemislai a Wladislao
Loketek gubernationi cõmissæ. Sed nõ est exauditus, in tabernaculo emẽ cũ
magistro Prussiæ prædicto duce Kazimiro prandente, exercitꝰ Crucifericus
Tsczow obsedit. Vixq; dux Kazimirus obtinuit, ut saluis personis & rebus
e Tsczow excederet. Eoq; abscedente, & ad germanum suum ducem Prze
mislaum in castrũ Swyecze tendente, Magister Prussiæ castrum Tsczow in
cinerauit. Et uersus Swyecze procedens, quæq; obuia aut diripuit, aut igne
conflagrauit, Choynicza Nowæ & alios ignobiles uicos. Ad castrũ tandem
Swiecze perueniẽs, quod bini fratres principes, Przemislaus & Kazimirus
Gnyewkouiẽ: Pro duce Wladislao Loktek tenebãt q̃ttuor ualidis tormẽtis
bellicis castri structuras humiles interdiu & nocte ualidissime quatiendo cõ
cutiebãt. Duobusq; patibulis cõtra faciem castri erectis, Przemislao & Ka
zimiro ducibus, aliisq; castri defensoribus denunciabat, nisi castrũ dederent,
castro expugnato, patibulo suspenderentur. Et ut maiori percellerentur ter
rore, singulis diebꝰ duos tres ue aut plures hoies agrestes in rure captos sus
pendebãt. Ziffridus quoq;, quẽ Cõmendatorẽ oppidi Gnyew uocabant, po
ziffridꝰ Polonis infestus. lonis infestissimus, mane e castris exiens, & funibus equo cui insidebat alli
gatis, deuouebat

gatis, deuouebat se ea die non pransurũ, donec omnes cordas in suspendẽdis
polonis cosumeret, quod & faciebat. Cumq; una dierũ ad focũ staret corpus
calefaciẽs, & sua flagicia efferret, subito à demone correptus, iugulatus est, Mors ziffridi turpissima.
& tandem in ignem proiectus, ut qui alios suspensione iugulabat, ipse iugu
latus, in igne, non in terra, incendio absumeretur. Sed cõtinuemus narratio
nem de Magistro Prussiæ. Qui uidẽs oppugnationem castri Swiecze ultra
spem protrahi, ad dolos animũ conuertit, & quẽdam ex militibus castri An
dream Cedrouicz, de armis Griffonũ auro corrupit. Qui sub intempeste no
ctis silentio, omnia instrumenta bellica fregit & præcidit. Ad magistrũq; fu
giẽs, quod præsuit ministeriũ patefecit. Castrẽses ergo solis oppositis cor
poribus repugnabãt, Et ne in periculum extremũ incideret, cũ Magistro &
Cruciferis paciscuntur, ut dominũ suũ Wladislaũ Loktek, pro subsidio req
rerent, quod si infra mẽsem non proueniret, saluis omnibus rebus & personis
excederent. Cumq; nullum subsidium & repulsam cernerent (Andreas emẽ
Castellanus Rospergeñ iussus ad Swiecze cũ gentibus suis accedere, retror
sum etiam non uiso hoste abiit) Castrum Swiecza post decẽ hebdomadas, Castrum Swyecze occupatũ
ex quo obsideri cœpit, Magistro & ordini deditum est. Et ambo duces ger
mani, Przemislaus & Kazimirus, Bogumil Capitaneus castri. Otho Lexik
inter Barenes præcipuus, aliaq; multitudo Baronũ Pomeraniæ, fortunã suã
increpantes, & fraudem Andreæ Cedrouicz detestantes, cũ rebus omnibus
exce.serunt. Sic tota Pomerania, a regno poloniæ abstracta, & a Cruciferis
per iniuriã usq; in annũ dñi millesimũ quadringente: sexage: sextum tẽta est
Donec Kazimiro rege tercio Poloniæ, assistẽtibus ei militibus & ciuibus Po
meraniæ, quindecim annis assidue ordinẽ bello præmẽte, regno Poloniæ re
unita est. Eodem anno 1310. Henricus maioris Poloniæ & Glogouiæ dux, Pomerania recuperata.
ad comprimendũ seditionem maiorum polonum, misit Ianussium Comitem
Beberszein cum forti exercitu, qui quum castrũ Kloczko obsidere cœpisset,
Dobrogostius de Szamotuli cognominatus paruus, de domo Nalancz, filiꝰ
us olim Thomislai palatini Posnanieñ, congregato notabili exercitu ex po
lonis, præfatum Ianussium Berbeszeyn conflixit, & omnibus spoliis priua
uit. Et idem Hẽricus maioris Poloniæ & Glogouiæ dux, quinto idus Decẽ
bris, anni præfati 1310 Glogouiæ mortuus, & in monasterio Lubẽsi sepul Henricꝰ poloniæ & Glogouiæ dux mortuus:
tus est. Hic in administranda iusticia nimis seuerus fuit, Polonis infestus, mo
res & conditiones illorũ plurimum fastidiebat, furum, prædonum, & malefi
corum maximus persequutor. Propter quod sub regimine suo terra maioris
poloniæ securitate & pace abundabat. Mechildim filiã Alberti ducis Brunſ
wicieñ acceperat in uxorem, & ex ea quattuor filios, Henricum cui Zegan
Conradum cui Olsna, Ioãnem cui Stinauia & Gora, & Przemislaũ cui Glo
gouia in diuisione cessit, reliquit. Prælati ergo & Barones maioris poloniæ,
morte ducis Henrici audita, Cõuentione generali Gneznæ facta, duci Wla
dislao Loktek adheserunt, principatum filiorũ Henrici in toto abrogantes.
Quidam tãmẽ ciuis Posnanieñ, Przemek nomine, decreto dominorũ cõtra
uenẽdo, ciuitatem Posnanieñ ducibus Glogouieñ tradidit, & ecclesiam ma
iorem Posnanieñ præsidio militum incastellauit, quoq; domus prælatoꝝ &
Canonicorum

Canonicorum exuſſit. Et Nicolaum Archidiaconū Poſnanieñ dictum Szamutula interfecit. Præſidio autē huiuſmodi per milites poloniæ depulſo, in pœnam Przemkonis ciuis Poſnanieñ ſācitum eſt, ꝙ nemo ex filiis ciuiū Poſnanieñ ad dignitates & præbendas eccleſiarū Cathedralium regni poloniæ promoueretur. Et de Henrico hactenus.

CAPVT VIII.

MAgiſter deinde Pruſſiæ Karolus & ordo eius, Pomerania dolo & armis expugnata, per nuncios & litteras præcatus eſt, anno domini 1311, ut ſecum Wladiſlaus Loketek in loco competenti conueniret, ſuper terra Pomeraniæ & eius occupatione tractaturus. Et conuenientibus duce Wladiſlao cum Magiſtro & ordine in Brzeſcze oppido Cuyauieñ, cœpit Magiſter Karolus ſupplicare duci Wladiſlao & Baronibus poloniæ, ut terram Pomeraniæ, circa eum & ordinem conſiſtere ſinerent. Vtꝙ reſuſione in auro & argento accepta per patentes litteras ſe in perpetuum terram Pomeraniæ uendidiſſe profiterentur. Ad hæc offerebat ſe magiſter & ordo conſtructurū cenobiū cuiuſcūꝙ ordinis, cum dote ſufficiēti, p q̄draginta pſonis, p ſalute ducis & ſuoꝝ progenitorū, Caſtrūꝙ Nyeſzow, cum uillis Orlow & Murzinow reſtituturum. Et in qualibet neceſſitate regni poloniæ in q̄draginta lanceis, expenſis ſuis & dānis ppetuo ſeruiturū. Hæc ſupplicatio & oblatio ducē Wladiſlaū in bilem & indignationem mouit, ꝙ pro terra Pomeraniæ, quædā indigna & leuia offerrentur. Datoꝙ reſponſo, ꝙ nulla oblatione ad uendendum Pomeraniā peruincerētur, triſtis & furibundus diſceſſit. Magiſter aūt Pruſſiæ Karolus, uidens ſe in petitione ſua ſpretum, ad Voldemarum Brandenburgeñ Marchionē & nepotem eius Ioannē nuncios miſit, ut ſibi terram Pomeraniæ pro decem marcarū milibus latorū groſſorū uenderet, inſcriberet & reſignaret. Non ueritus ab eo terram Pomeraniæ petere, quem nō longo tempore ſuis & polonoꝝ armis fugauerat. Voldemarus autē Brandenburgeñ pecuniā oblatam, pro lucro inſperato, per Pleczkonē de Leſſow, & Luthkonē de Voel in Slupſk ut autē alii aſſerunt in Nowa Kaliſſ accipiens, litteras fantaſticas de re non ſui iuris (ꝙ uidelicet uendiderit terram Pomeraniæ, pro decem milibus marcarum latorum groſſorum) tradidit, quarū tenor ſic incipit. In nomine domini amen. Quoniā iuxta uerbum uiri ſapientis generatio præterit, & generatio aduenit. Nihil ſtabile, nihilꝙ permanēs eſt ſub ſole, ſed uanitati atq; mutabilitati ſubiacent uniuerſa, & ne cum labentibus annis, rerū magnifice geſtarum & perutiliter, labatur & aboleatur memoria: Munificentias & libertates, præſertim in pias cauſas & loca relligioſa collatas, ſcriptura conuenit perpetuari. Nos igitur Voldemarus dei gratia Brandenburgeñ & Luſacieñ Marchio, tutorꝙ illuſtris Ioannis Brandenburgeñ Marchionis. Ad uniuerſorum noticiam, præſentium & futurorum cupimus deuenire. Finis earundem. Actū & Datū in curia Breden. Anno domini 1311. in uigilia beati Iacobi apoſtoli, quæ uenditio quātæ fuit ualoris, uel ab imperitis facile cognoſcitur. Sequenti anno uidelicet āno Chriſti 1312. Albertus aduocatus Graccouienſis, cum magiſtratibus Graccouieñ, moleſtę ferens ꝙ oneribus exactionibuſꝙ

Decernitur cōuentus in Brzeſcze ſuper terram Pomeraniꝫ.

Magiſtri oblatę condiones p wladiſlaum reiciuntur.

Pomerania falſo uendita.

Venditionis litteræ.

grauibuſꝙ pro adminiſtrādis bellis quibus imperebatur Wladiſlaus Loktek Graccoꝝ præmebat, ſuorumꝙ & prædonū flagicia nō cōhercere, cum Boleſlao Opolieñ. duce de Cracouieñ ciuitate illi dedenda componit. Qui Opolieñ. congeſto exercitu aperias ciuitatis portas ingreditur, arce tn creiuſdem in fide Regiā manente. Ad cuius preſidia & ciuitatis recuperatiōnē Vladiſlaus aſſurgit, obſidioneꝙ urbē premendam decreuit. Sed legatis mediantibus, Boleſlaus Alberto aduocato, & ceteris qui ſe nouerāt, ciuibus parū fidens metus cōminationibus Cubitalinis adhortationibuſꝙ legatorū eius, preſertim uero proſpiciens Kazimirū Cubitalis filiū, uerum atq; iuſtū eius ſucceſſorem, cauſas aduentus ſui cōram legatis in Aduocatū retorquet ſic ſub cōditionibus regreditur Opoliā, Aduocato & ceteris factiōis auctoribus ſecū receptis, Vladiſlaus hoſte per conditōes uicto, Cracouiā uictor ingreditur. Ampliſſimas aduocaciæ poſſeſſiōes, & ſuppellectilem ciuiū ſceleris conſciorū confiſcat, plures uero obtruncat, nonnullos aliis pœnis uitæ damnat. Ex domo uero Aduocati, arcē erigit, & in ualua ſancti Nicolai turrim extollit in quibus preſidia locat, ſic feliciter regnat. Sic quoꝙ ius eligēdorum Cōſulum quondam in cōmunitate perhenne in Palatinū loci mittit. aliquid tamen reſtrictionis & limitationis, per priuilegium regis Sigiſmundi moderni patiens, ut cum conſenſu aliquorum de conſulatu ſeniorū, & ex his quibus publicum dicunt, quos Scabinos appellant, & non ex ſe Palatinus Graccoꝝ electionē conſulum proſequeretur. Ne paſſim inualidi reip: ad magiſtratum eueherentur. Villam optimā Lanthkouicze, non longē a flumine Srenyawa ſitam, per uxorem Gnyeuomiri, & filium eius monaſterio Miechouieñ in primordio fundationis donatam, non interuenientē aliquo demerito. Niſi quia Albertus aduocatus Graccoꝝ a Præpoſito Miechouieñ germano ſuo, donatiōe eius ad tēpus utebatur, uiolenti & iniuſto brachio a mōnaſterio Miechouieñ abſtulit, & ſuo fiſco ducali appropriauit. Ioānem Muſcatam Epiſcopum Graccoꝝ inſimulatum licet falſe, eo ꝙ Sleſita eſſet, tradimēti prædicti conſcium fuiſſe, odio & intentatione capuuitatis perſequutus eſt. Nec eum ad poſſeſſionem caſtri & diſtrictus Biecz, ab Hungaris iā reſignati, admiſit. Interceptum eñ fuit olim caſtrum Biecz per Hungaros, regēte illud Abbate Thinieceñ, & eius poſſeſſio per regē Venceſlaum, pro loco ciuitatis nouæ Sandecz Epiſcopō Graccoꝝ inſcripta. Acceſſit tandem pax in regno Poloniæ domeſticis & externis ſedatis bellis, uerum fames omni bello atrotior, regiones Poloniæ & Bohemiæ inuaſit. Et dietim augmentata, tribus annis durauit, & plures mortales abſumpſit, parentes filios, & filii parentes pro exclusa fame occiderūt. Nonnulli cadauerain patibulum actorū rapuerunt, ut rugientē im plerēt uētrē. Lupi in obuios quoſqꝫ, etiā tenſas baliſtas portantes, inſiluerunt, & peruictos edaciſſime deuorarūt.

Aduocati Graccoꝝ in wladiſla. Loketek reſiſtentia.

Wladiſlaus aduocatiam confiſcat.

Palatio electio mgratus data.

Ioannes Muſcata Epiſcopꝰ Graccoꝝ captus.

Fames valida.

wladislaus Loketek coronari cupit.

INterim maiori polonia in unam Monarchiã & dominiũ Wladislai Loktek per mortem Hẽrici Sleſiæ & Glogouiæ ducis redeũte. Cœpit dux Wladislaꝰ Loktek de coronatione ſua, ſimul & recuperatione terræ Pomeraniæ cogitare. Ad quæ cõſequenda, Gerwardum Wladislauieñ Pontificem, uirum ſingularis prudentiæ, & patriæ feruentiſſimũ amatorem. Ad ſummum Pontificem Ioannem uigeſimũ ſecundum, in Auinione tunc ſedem tenentem, ãno domini 1316 miſit, Cũ inſtructionibus & litteris tã a duce Wladiſlao, q̃ a Prælatis regni poloniæ, ad ſummum pontificem & Cardinales datis, Quo cognito Magiſter Pruſſiæ, & ordo Cruciferorũ, nuncios in Auinionem qui propoſitiones & quærelas regni Poloniæ ſiniſtris reſponſis eliderent, miſerunt. Alios quoq; nuncios ad Ioannem Bohemiæ regem tranſmiſerunt, donis & precibus eum ſollicitantes, ut Wladiſlaum Loktek ſuum & illorum hoſtem, in regẽ erigi non pateretur. Quum ipſũ ius regni poloniæ iuſtius ratione ſuæ cõſortis Elizabeth filiæ Venceſlai regis Bohemiæ & poloniæ cõtingeret. Quemadmodũ ex inſtigatione Bohemorum, regem poloniæ idem Ioannes rex, nulla poſſeſſione in Polonia habita, ſe titulabat. Summus igitur pontifex Ioannes 22. ex Gerwardi Epiſcopi Wladiſlauieñ & aliorum multorũ inſtructione, graue odiũ in Crucifericũ ordinem concepit, & cauſam ſuper occupatione terræ Pomeraniæ Ianiſlao Archiepiſcopo Gneznen̄, Damaratho Epiſcopo Poſnanieñ & fratri Nicolao de Mogilno, per reſcriptum cõmiſit audiendam, & fine debito decidendam. Super iure uero & titulo regni poloniæ, Ioanne rege Bohemorum impediẽte, qui cũ Philippo Francoꝝ rege, affinitatem illo tempore iunxerat, filiã eius ſuo filio Vẽceſlao, qui mutato nomine, Karolus nomen ſortitus eſt iungendo, decretũ nõ dedit. Prelatis tñ & Baronibus regni poloniæ, ſubtilibus celaturis quid agendũ eſſet ſcripſit. Super quo Gerwardus Epiſcopus Wladiſlauieñ ſchemate largiori & expreſſo, Apoſtolicã habẽs exploratam uoluntatem, Prelatos & Barones cõmonefecit, quatinus ſine aliqua cunctatione coronationẽ regiã proſequerẽtur. Anno itaq; domini .M. tricenteſi: ueſimo, die dominico ſanctorũ Fabiani & Sebaſtiani, dux Wladiſlaus Loketek in regem, Heduigis uero conſors ſua, ducis Boleſlai Kaliſſieñ filia in reginam Poloniæ, in eccleſia Gracco: per Ianiſlaum Gneznen̄ Archiepiſcopum, aſſiſtentibus ſibi Ioanne Muſcata Gracco: Damaratho Poſnanieñ Epiſcopis. Et Thiniceñ, Mogilneñ, Andrzeouieñ, Breſzeñ, Abbatibus infulatis: Et multitudine proceꝝ & nobilium copioſa, inũcti, & coronati ſunt, diadematibus regiis ex Gnezna cum pomo & ſceptro in Graccouiã tranſlatis. Ab eoq; tempore Gracco: eccleſia iure coronandi Poloniæ reges primum dotata & priuilegiata eſt, perpetuis temporibus eo fruitura. Communiq; edicto ſancitum eſt, ut in caſtro Gracco: uelut arce firmiſſima, corona aliaq; deponantur, & obſeruentur regalia, quæ in Gneznenſi rure hoſtilem inuaſionẽ nequicq̃ prohibere ualente, tute ſeruari nõ poterant. Peractis coronationis ſolenniis, Wladiſlaus rex poloniæ rebuſp: præſertim de uiarũ pacificatione, furum exterminio, & Pomeraniæ recuperatione. De cuiꝰ amiſſione uehementer angebatur, prouidebat, & iuxta cõmiſſionẽ Apoſtolicam Archiepiſcopo

Cruciferi coronationẽ impedire conantur.

wladiſla: Loketek coronatur una cũ cõiuge

Gracco: eccleſia, regum polonię coronandi locus.

tam Archiepiſcopo Gneznen̄, Epiſcopo Poſnanieñ, & Abbati Mogilneñ, reſcriptum exhiberi iuſſit. In procuratores huiuſce cauſæ Philippũ Cancellarium, Sbigneũ Vicecancellariũ regni poloniæ, & Ioannẽ Canonicum Rudeñ, capellanos ſuos conſtituens, quæ integro ãno cum obſeruatione terminorũ eſſentialium, teſtiumq; notabiliũ inductione, uſq; ad ſententiæ diffiniti ue prolationem, pro reddẽda terra Pomeraniæ, pro ſolutione triginta miliũ marcarum monetæ polonicalis, ratione fructuum perceptorũ, & pro ſoluendis centũ quinq̃ginta marcis groſſoꝝ latoꝝ Pragen̄ ratione expenſarũ, perfecta & deducta eſt. Primus aũt terminus in Brzeſcze, alii uero tranſlata ſede iudicum in Iuniwladiſlauia continuabantur. Pro Magiſtro Friderico & ordine Cruciferorum citatis per Ziffridum de Papow preſbiterũ, mandatũ ſufficiens ad cauſam producentem, contra iuriſditionem iudicum exceptum eſt & appellatum a grauamine in primo & ultimo termino, tamen iudices apoſtolici, proceſſus exequutoriales cũ cenſurarũ fulminatione tradiderunt. Interdicto etiã eccleſiaſtico, in terras, & loca, in quibus Magiſter & Cõmendatores demorarentur adiecto. Et licet uigore appellationis a ſententia diffiniti ua, multis uariiſq; fatigis, apud ſedem Apoſtolicam etiam promotionibus principum pro abſolutione Cruciferi deſudaſſent. Nullatenus tamen regiis procuratoribus impedientibus, donec in totum parerent rei iudicate, eam impetrare potuerũt. Præterea perpendens rex Wladiſlaus, terras regni poloniæ clandeſtinis & furtiuis Lithuanorũ inuaſionibus deſertatas, crebra deliberatione ac conſiliis, cum prelatis & ſuis Baronibus habitis. A Gedimino Lithuanorum ſupremo principe, miſſis procis, filiam in coniugium filio ſuo Kazimiro, anno domini 1325 accepit. Et quum Lithuania auri & argentum non haberet, omnium captiuorũ annis ſuperioribus ex polonia abductorũ, cuiuſcũq; ſexus, ſtatus, & conditionis fuerunt, reſtitutionẽ pro dotalibus accepit. Sponſa ad Graccouiã perueniens, a Nankero Epiſcopo Gracco: de ſi de inſtructa, in uigilia ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorũ, in eccleſia Gracco: baptiſata eſt, & Anna nominata, Kazimiroq; filio regis ſedecimũ ãnum attingẽti, ſolenniter deſponſata. Pax quoq; per huiuſmodi affinitatem inter polonos & Lithuanos compoſita eſt. Et hi qui ex Lithuanica captiuitate relaxati redierant, terram colere adorſi, non uetereſ ſolum, ſed & nouas uillas in cruda radice locatas, habitabiles, arabiles, & frugiferas fecerũt. Deinceps reuocatis pluribus iniuriis rex poloniæ Wladiſlaus quibꝰ regnum Poloniæ per Marchiões Brãdenburgen̄ ſuperiori tẽpore, in interfectione regis Przemiſlai, in uaſtatione Pomeraniæ, & eiuſdem iniuſta uenditione, laceſſitũ fuit cum copiis ſuarum gẽtium, & auxiliis Lithuanorum, Ruthenorum, atq; Valachorũ, anno domini 1326 Marchiã Brandenburgen̄ & Voldemarum eius Marchionẽ, tempore æſtatis, poſt feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ inuaſit, & citra & ultra Odram, a Brãdenburgk uſq; ad Frãkfordiam quãto latius potuit, depopulationẽ, per predas, exuſtioneſq;, expugnationi caſtroꝝ & urbium nõ intẽdens extẽdit. Vniuerſaq; Marchia prædata, & omni genere ſpoliorũ ditatus, abſq; aliqua reſiſtentia Brãdenburgenſiũ, cum uniuerſo exercitu ſanus & incolumis in poloniam rediit. Multa fœda ea expeditione in Ec-

Actio ſup terra Pomeraniæ.

Filia Gedimini kazimiro de ſponſata.

Optima dos

wladiſlaus Pomeraniã ingreditur & vincit.

 cleſias dei

cleſias dei, & matronas, a Barbaris cum polonis militantibus, Wladiſlao re
ge poloniæ nequicq̃ inhibente, cõmiſſa ſunt. Cẽtum quadraginta uillæ, & to
tidem eccleſiæ, igne conſumpte, duo monaſteria Griſeoꝝ, & duo monialium
exuſta ſunt. Impuberes & ſenes cœſi, & pluſq̃ ſex milia animarũ in miſerabi
lem captiuitatem abducta ſunt. Quædam ſanctimonialis ne ſtupraretur a
Barbaro, ſpopondit ſe inſtructurã illi, quo pacto nunq̃ ferro uiolaretur, ex
perimentũ primũ, cerui ẽ eius fortiter feriendo, ſumpturus. Id dũ Barbarus
exequitur, uirgine occiſa, ludificatus, magis pudicitiam illi curæ fuiſſe q̃ ui
tã didicit. Quidã miles polonus Andreas ex Mazouia, iniurias ſuas & ſuæ
gẽtis a Dauid Lithuano Capitaneo i Garthin illatas ultũ iri eſtuãs. In Lith
uanicum exercitum iam tunc a rege poloniæ deſtitutum uenit: Et præfatũ
Dauid, in omniũ conſpectu obtrũcans, perſequentium illum manus Lithua
norum effugit. Sequenti anno ſcilicet 1327. Princeps Lithuanorũ collecto
exercitu, ſecretis & inuiis itineribus, nona die Marcii Marchiam ingreſſus,
Et circa Frankfordiam ſupra Odram ſtatiua ponẽs, reſiduitates & relliqui
as uniuerſæ terræ, more barbarico abradẽs, incolas trucidando, aut captiuã
do, nemine aduerſãte, feſtina fuga cũ rapta preda in Lithuaniã reuerſus eſt.

Relligioſa cal
liditas.

Lithuani Mar
chiam depopu
lati.

CAPVT X.

DEinde perpendens Wladiſlaus rex Poloniæ Magiſtrũ & ordinẽ
Crucifericum de Pruſſia obſtinatos, & cenſuras apoſtolicas cõ
temnẽtes, patrimoniumq̃ ſuum, terrã Pomeraniæ, occupatũ,
muris fortiſſimis cingentes, anno domini 1328 cum propriis gẽ
tibus, & auxiliis Karoli Hungariæ regis generi ſui, aliorumq̃ auxiliatorum
in grandi numero terram Chelmenſem ingreſſus, eam uaſtauit, uillas omnes &
curias exurendo. Vrbes tamen & caſtra non expugnando, nullamq̃ reſiſtẽ
tiam paſſus, cum omni preda & uniuerſis illic queſitis, in Poloniam, poſtea
in Graccouiam ſanus rediit. In ducem autẽ Mazouiæ, Vankonẽ alias Ven
ceſlaum, q̃ Cruciferos clandeſtine & publice gentibus ſuis & uictualibus in
eo bello iuuerat, miſit exercitum, & omnem ducatum ipſius ſpoliis & igne
uaſtauit. Et Vanko dux Mazouiæ cum Cruciferis & gentibus ſuis uiciſſitu
dinaria ultione, terram Cuyauiæ graſſabat. Militibus autẽ poloniæ accurrẽ
tibus, duro certamine commiſſo, acies Crucifera & Mazouica fracta eſt.
Vankone aũt duce Mazouiæ fuga ſibi conſulente, Cõmendator Thoruneñ
cum omnibus ſuis occiſus eſt. Ioannes tandẽ rex Bohemiæ, & Comes de Lu
czemburgk, multis largitionibus & promiſſis Cruciferorũ euocatus, cũ ex
ercitu ſuo & Vernero de Orzela magiſtro Pruſſiæ, ordineq̃ Cruciferorum
terram Dobrzineñ in quadrageſima anno domini 1329 ingreſſus, caſtra Do
brzineñ machinarum proiectionibus contriuit. Et per deditionem Pauli de
Spiczmir dicti Ogon, palatini Lancicieñ, qui in illo erat Capitaneus, defen
ſionẽ caſtri ãplius tueri non ualentis, caſtrum Dobrzineñ accepit. Exinde to
tam terram Dobrzineñ in Magiſtri poſſeſſionem redigendo. Kerſtrãnus au
tem Crucifer, qui caſtrum Dobrzineñ tenebat, cũ multitudine exercitus ec
cleſiam Cathedralem & ciuitatem Wladiſlauieñ cum domibus Canonicoꝝ
& uillis proximis ſpoliauit, & igne ſuppoſito, cum relliquiis ſanctorum &
ornatu earum

Vanko dux
Mazouiæ ſuſ
pectus mole
ſtatur.

Victoria Polo
norum.

Rex Bohemiæ
cum ordine.

Vernerus ma
giſter Pruſſiæ.

Caſtrum Do
brzineñ capit.

ornatu earum conſumpſit. Mathiæq̃ Epiſcopo Wladiſlauienſi, Canonicis, clericis, laicis, & ciuibus, ſub pœna capitis, ne quouiſmodo edificare præſumerent inhibuit. Diſtrictum inſuper Czechoczin, ad menſam Epiſcopi pertinentem occupans. Nulli alteri niſi Magiſtro & ordini oblationes ac tributa perſolui mandauit. Poſt hæc Ioãnes Bohemiæ rex, cum Vernero Magiſtro Pruſſiæ ciuitatem Ptocenſem obſedit, Mazouiamq̃ ſpoliis & incendiis affecit, Sed duce Mazouiæ obedientiam ei preſtante, obſidio ſoluta eſt. Magiſter autẽ & ordo, ſciens uenditionẽ & inſcriptionem Voldemari Marchionis Brandenburgenſis ſuper terra Pomeraniæ factam, eſſe inanem & nihil iuris habentem, ſacra auri oblatione porrecta, a Ioanne rege Bohemiæ inſcriptionem & reſignationem eius obtinuit. Ioannes enim rex Bohemiæ (apud poſteros merito ridendus, q̃ aliena iniuſte uenderet. Et noſtris diebus deus iudex æquitate perſpecta eam immutauit) litteras reſignationis & inſcriptionis dedit tales. Nos Ioannes dei gratia Bohemiæ & Poloniæ rex, ac Luczemburgenſis Comes, & Elizabeth per eandem gratiam eorum regnorum regina, ac Comitiſſa Luczemburgeñ, cõthoralis tua. Ad uniuerſorum noticiam, tam preſentium q̃ futurorum, uolumus tenore præſentium in perpetuum peruenire. Quod quũ inter ſingula pietatis opera, quibus ad æterni regis peruenitur ſolium &c. Finis. Datum & actũ Thoruniæ, anno domini 1329, dominica Inuocauit. Preſentibus ſpectabilibus & nobilibus uiris fidelibus noſtris &c. Ex aſſiſtentia itaq̃ & inſtigatione Ioannis Bohemiæ regis, Vernerus Magiſter Pruſſiæ, conducto numeroſo exercitu in æſtate anni ſequentis, caſtra Nakel & Viſſegrod intercepit, & ea exuſſit. Caſtrum autẽ Radzieyow, præſidium regium adhibito igne conſumpſit. Ne Magiſter eo potiretur, ad caſtrũ quoq̃ Raczanſz Epiſcopi Wladiſl applicãs, crebra machinarũ proiectione ipſum confregit. Cumq̃ puteum aquæ, ex quo multitudo defendentium cum coniugibus & pignoribus reficiebãtur, ademiſſet caſtrũ conquiſiuit, multis theſauris hominum & ſpoliis potitus, multos nobiles & plebeios illic captiuando, quos Mathias Epiſcopus Wladiſla: compaſſus eorũ calamitatibus, quadringentis marcis polonicalibus a Magiſtro redemit, & in priſtinam libertatem reſtituit, tandem quintadecima Septembris caſtrum Gnyewkouieñ, per eoſdem Cruciferos conquiſitũ, flammis cõſumptum eſt. Mathias etiam Preſul Wladiſla: ſiue id puſillanimitate, ſiue alio affectu ægit, habito conuentu cum Vernero Magiſtro Pruſſiæ, in Thorun in die ſancti Bartholomei, abſq̃ conſilio regis ac Metropolitani, & ſui Capituli, omnes decimas terræ Pomeraniæ manipulares, in ſex tantummodo groſſos cõmutauit. Obligando ſe primum metropoliticã, deinde apoſtolicam confirmationẽ infra unũ annum, ſuper hoc expedire. Diuertẽtibus tãdem Cruciferis in Pruſſiam, Wladiſlaus rex Poloniæ, qui toto illo tempore cum magna diligentia exercitum comparabat, cum ſuis gentibus, cum auxilio Hungarorum, a Karolo rege Hungariæ miſſo: Cui Vilhelmus dux Auſtriæ preerat. Cum exercitu Lithuanorũ & Samagittarũ, cui princeps Gedimin perſonaliter præerat, terram Culmẽſem ingreſſus, ſingula quæq̃ paſſim uaſtauit & exuſſit. Ad fluuiũ autẽ Drwanczaperueniẽs, aliquot diebus

Ioannis Bo: regis inſcriptio.

Nakel & Viſſegrod caſtra exuſta.

Raczanſz captum.

Caſtrũ Gnyewkouieñ exuſtũ.

wladiſlaus rex reſtitit.

illic consistere coactus est. Magister eñ Prussiæ cũ Magistro Litoniæ, ripas fluminis per aliquot miliaria, trũcis Oxigonis & cõpaginibus lignorũ precluserant, proiectione machinarum transitum regis prohibentes. Rex uero ab uno agresti, uado fluminis monstrato & cognito, relictis aliquot militib⁹ armatoꝝ in siluis occultatis, q̃ primum hostes secederent fluuium superare, fumoq; signum præstare iussit. Ipse autẽ cũ exercitu retrorsum uersus Brodniczam iter per tria miliaria conficiebat. Et quum omnis exercitus Crucifericus ad Brodniczam diuertisset. Milites regii ex statione prodeũtes, fluuiũ Drwanczа absq; impedimento superarunt, & signũ fumo ostẽderunt. Quo rex uiso, concito gradu ad hesterna statiua reflexo itinere perueniens, circa molendinum Lubicz fluuium facile superauit, & acies ordinauit. Cruciferi autẽ, preter opinionem suam, exercitum regium, suo multo superiorẽ uidentes, dissoluto campestri exercitu, in munitiones se receperunt. Rex autẽ desiderio pugnæ fraudatus, latius uastationem iussit extendi, prædas coactas in poloniam aliquotiens mittendo. Dumq; ad ulteriora exercitum ꝓmoueret, Caduceatores a Magistro & Cruciferis circa Grudzancz aduenientes, pacẽ cum rege ad festum sanctæ trinitatis, sequentis anni composuerunt. Ea condicione, ut super occupatione terræ Pomeraniæ, & damnis inde sequutis, Karolus rex Hungariæ, pro parte Wladislai regis Poloniæ, & Ioannes rex Bohe: ꝓ pte Cruciferorũ induciis durantibus, iustum pronunciarent decretum, & potestatem cõpellendi utramq; partẽ ad sue sentẽciæ obseruationem haberent. Verum Cruciferis Ioannem regem Bohe: ad concordiam non adducentibus, pacis cõditio neglecta, & bellum periculosissimum denuo ortũ est. Wladislao eteñ rege Poloniæ ãno domini 1331 in die sanctæ Trinitatis q̃ fuit quartadecima mensis Iunii, agente conuentum omnium suarũ terrarũ generalem in oppido Chaczini, abrogato & destituto Vincentio, de Pomorzani palatino Posnanieñ, de familia Nalanez, a Capitaneatu maioris Poloniæ: Filium suum ducem Kazimirum uiginti & unum annum natũ, prefecit, ut eo administrante longinqora regni, ipse rex Wladislaus quietior Gracco uiæ consisteret.

Pacis pactum neglectum.

Vincencius Palatinus de Capitaneatu depo nitur.

CAPVT XI.

Ad Magistrũ Prussię defecit.

Incentius autem de Pomorzani, ademptũ sibi maioris poloniæ capitaneatum dolens, ad Magistrum Prussiæ Lutherũ, spe nouandarũ rerum ttansiuit, & pluribus promissionibus, ut inuaderet maiorem Poloniam eum pellexit & induxit. Magister autẽ & ordo oportunitatem benegerendi belli non negligens, cum potenti exercitu, cui Theodricum de Aldemborg Marsalcum, & Othonem de Luterberg præfecit, Vincentium palatinum in Poloniam transmisit. Qui pertransiẽs Brzesczе & Iuniwladislauiã, occultis itineribus perueniẽs. Slupczam oppidum episcopi Posnanieñ cœpit & incendit. Exinde ad Pisdri, ubi Kazimirus filius regis cõmorabatur, propere aduenit. Sed duce Kazimiro præmonito, & cum suis militibus in loca siluestria tempestiue se recipiẽte, spesq; hostiles fallente, Cruciferi furore repleti, in oppidanos Pisdrenses debachati sunt, & succenso oppido cum ecclesiis, omnem oram citra & ultra Vartham, spoliis & incendiis

is & incendiis complentes. In Thorun ad Magistrũ Prussiæ, cum preda Vincentio palatino Posnanieñ comitãte, reuersi sunt. Luderus aũt de Brunswig magister Prussiæ, cõmendato Vincentio de Szamotuli palatino Posnanieñ, ꝙ fidem promissam sincere custodiret: multo maiorẽ exercitum ex Almania conductum, tum ex propriis gentibus, & magistri Liuoniæ militibus copiosa multitudine refertum. Cum comendatoribus singularꝝ terrarum ad uastãdum uniuersum regnũ poloniæ, ducente Vincentio palatino Posnanieñ trãsmisit. Qui terra Cuyauiæ absq; uastatione pertransita, in ciuitatem Lancici eñ peruenientes, ipsam in girum succenderunt. Castro Lancicieñ per milites regios strennue defenso, uillis autẽ & oppidis omnibus in girum discurrendo succensis. Exinde in Kalisz ducente Vincentio palatino iter uerterunt, & castro cõquisito, ab oppido cum strage eorũ repulsi sunt. Illicq; statiua quinq; diebus, Ioannem regem Bohe: expectantes, qui se in auxilium eorũ cum exercitu uenturum spoponderat, tenuerũt, Sed rege Bohemiæ non aduenieẽte moto exercitu, Zneynam, Gneznã, Nakel, Pobiedziska, Sroda, Kostrzin Kleczow, & uillas in girum exusserunt. De ecclesia Gnezneñ haud secus q̃ Barbari uasa sacra & ornamenta diripuerunt, corpus tamen sancti Adalberti non reperiẽtes. A Gnezna eorum exercitũ dirigente Vincẽtio palatino, ad Vnyeow mouerunt, & castra Vnycouieñ atq; Siradieñ, cum oppidis eorum Item Vartham, Staw, Szadek, igne demoliti sunt. In monasterio Siradieñ, Nicolaus Prior ordinis predicatorũ prouolutis genibus, Hermannum Comendatorẽ Elbingeñ præcatus est. Cuius noticiam bonam, quũ esset in conuentu Elbingeñ, contraxerat, ut a spolio & incendio monasterii eorum absteneret, qui superbe respondens in uulgari Prutenico, se non intelligere ait, cum aliis in monasterium irruit, & calices, cruces, ornamenta fortunas diuersorum hominum illic cum bonis suis causa conseruationis fugientium abstulerunt, Monachos cappis, hoies uero utriusq; sexus induuiis, usq; ad extremam denudationẽ exuẽtes. Et quum per oppidũ Konin uersus Prussiam redirẽt, tria milia equestriũ, ad lacũ Niszamisl miserunt. Illic eñ nobiles & agrestes cũ pecoribus cõgregati, iuxta præfatũ lacũ aggerẽ & fossata, septẽ miliaribus in longũ, a Zuola & Kampa uillis usq; ad oppidũ Glussino extruxerunt, & sese abdiderũt, certioresq; facti de hostiũ aduentu, Wladislao regi poloniæ, qui haud longe distabat, pro subsidio supplicarunt. Qui illis Marsalcum cũ aliquot centenis suoꝝ aulicorum transmisit, quibuscũ aduenientes, hostes tanta cœde cõflixerunt, ut pauci admodũ mortẽ euaderẽt, quod ossa occisorum in eodem loco monstrãt. Wladislaus autẽ rex poloniæ q̃uis stridores bellicos refugeret, & in ætate pene decrepita deficeret, tamen iusta ira uiuacitatem subministrante. In altero Crucieroꝝ ingressu, exercitu ex suis dumtaxat terris collecto, in discrimen uniuersæ dimicationis non uenit, quum hostiles copias, multo supiores cerneret, ex abditis tamen & insidiosis locis, data oportunitate, crebra strage ipsas afficiebat. Anxiusq; & dolens de sui regni uastatione quũ uires deficerent, ad dolos se conuertit. Nunci osq; secreto ad Vincentium palatinum Posnanieñ misit, ut patriam hosti ꝓditam, post tot fauillas & cineres cõmiseratus releuaret. Habiturus perpe-

Luderus de Brunswig magister Prussiæ.

Vincenci⁹ dux Prutenorum factus.

Grande sacrilegium.

wladislaus suis auxilia mittit.

tuam impunitatẽ si scelus scelere cõpensaret. Vincẽti⁹ ergo palatinus adomnia pro salute patriæ sufferẽda sese obtulit. Et nocte tanq̃ exploratũ iret, ad secreta colloquia regis uenit, Primumq; obtenta uenia de male perpetratis, hostilem exercitum magnum numero fore docuit, onere uero sarcinarum ac spoliorũ, & sibiipsi grauem & ad fugam magis q̃ ad pugnam procliuem, & ut fidelior cognosceretur, ad inuadendum hostem a fronte pollicetur, regressoq; Vincẽtio palatino ad Cruciferos, rex in magnos ausus erectus, filio suo duce Kazimiro ad tutiora loca cum Gregorio Nekanda (miles hic de genere bipennium erat) secedere iusso, aciebus ordinatis, uigesima septima Septembris, quæ est dies translationis sancti Stanislai patroni Polonorum, in uillagio Plowcze, quod alio nomine Blewo dicitur, prope oppidũ Radzieyow sito, sole oriente, ad pugnam paratum se ostendit. Cruciferisq; tantã turbationem iniecit, ut abiectis cathenis ferreis, tumultuarie acies constituerent, & obuiam regi procederẽt. Wladislaus uero rex, ut interim nebula resolueretur, quæ adeo densa erat, ut uir uirum uix cerneret. Milites adhortatus est, ut ferotiore quo possent animo pugnarẽt, & pœnas debitas ex hoste exigerent. Iubensq; signa canere, primam cohortem ex curiẽsibus & ueteranis, in medios hostes induxit. Vincentiusq; de Szamotuli palatinus Posnanieñ, ad purgandum suæ infidelitatis infamiam, inspectãte rege & uniuerso exercitu, in hostes cum suis armigeris irruit. Sic & cæteri exercitus polonorũ in prælium gradum promouebãt. Donec Cruciferi fugientes terga darent, plenamq; uictoriam rege Wladislao se consequutũ fuisse autumante. Nouus exercitus quem magnus Cõmendator & Russer de Plawen ducebãt, superuenit. Prælium ex integro resumptũ est, obstinatius autẽ utrisq; pugnantibus, Cõmendator magnus Otho de Brunsdorff (qui quasi certam in suis manibus teneret uictoriam, mandauerat suis ne quempiã polonum seruarent uiuum) Hermannus in Elbing, Albertus in Gedano Cõmendatores, & plurimi alii occisi sunt. Cruciferisq; in fugam conuersis, maxima cœdes fugiẽtium ædita est, rege Wladislao magna uoce hortante, ut fugientes cœdere milites non desisterent. Durauit hæc pugna ad horam diei nonam cũ in ortu solis incepisset. In ea quadraginta milia hostium cœsa feruntur. Polonis (suffragiis ut creditur sancti Stanislai, cui illa dies fuit dicata) nõ admodũ cruenta uictoria, insignioribus paucis occisis cessit. Inter quos hi præcipui fuerũt. Zegotha de Morauicza uexillifer Gracco: Cristinus de Ostrow uexillifer Sandomirieñ. filius Prandothæ Castellani Gracco: & Iacobus de Szumsko Castellanus Zarnouieñ. Castris hostium exercitus Polonicus potitus uehemẽter ditatus est. Captiui insigniores in Graccouiam cum signis perducti sunt.

Vincencius dolum machinat.

Insignis cõflictus utrimq;.

Polonorum uictoria.

CAPVT XII.

POstero die rex in certaminis locum descendens, & suorum cœsa cadauera recognoscens. Vnum ex suis militibus, Florianum Szari dictum multis spiculis confossum, inter mortuos supino corpore iacentem, utraq; manu uentrem & intestina attrectantem, offendit. Quem diligentius intuitus ad comitantes, q̃ acerba, inquit, est huius nostri militis pœna, tũ ille resumpto spiritu, acerbior est respondit, si quis

si quis durum uicinum, in una uilla consistentem, qualem ego sum expertus, tulerit. Tũ rex, bono animo inquit esto, si incolumis euaseris, scito te liberalitate mea duri uicini societate caituru. Sublatus inde & curatus regia largitione in fœliciorem gradum euectus est. Et turpi suæ, quæ tres lanceas pro insigni defert ab euentu rei: Nouum insigne lelita, abrogato uetusto Kossirogy indidit, acerui ossium humanorum in uilla Plowcze, magnitudinem cladis testantur. Quæ Mathias Episcopus Wladislauiensis erecto illic oratorio contexit. Nec profecerunt hostibus longæ cathenæ, quibus per balthe os connexi, ut fertur, dimicabãt, quin iusta polonorum ira dissoluerentur, & prostrati in Polowcze cernuntur. Ioannes rex Bohemiæ tunc Wratislauiæ commorans, audita strage Prutenorum, ueritus ne rex poloniæ quicquam durius de recuperãdis terris, & de euertendo ordine Cruciferorũ nouaret, ceteritate nimia cum copiis undecũq; contractis, ciuitatem Posnanieñ obsidione cinxit. Qua nouitate rex Wladislaus accepta, Prussia in quã uastãdam processerat obmissa, uersus Posnaniam diuertit. Quem rex Bohemiæ & copias eius, suis multo fortiores pertimescens, citato cursu in Wratislauiam redit, De suis quingentos milites ammittens, & machinas relinquens, contentus auertisse Prussiæ uastationem quam intendebat. Hæc facta sunt anno præxpresso 1331. Anno uero sequenti 1332. Cruciferi ne eorũ potentia diminuta uideretur, missis in inferiorẽ Almaniam & Bohemiam nũciis, nouos milites cõduxerunt, & totam terram Cuyauiæ & Dobrzineñ, castris expugnatis occupauerunt. Oppidumq; Brzesczе demolientes, in alio loco aptiori, arcem & ciuitatem muris coctilibus cõmunierũt. Wladislaus autẽ rex poloniæ, ad recuperandum terras occupatas, cũ propriis genubus & auxiliaribus, a Karolo rege Hungariæ illi missis, circa festum assumptionis Mariæ, habens secum filiũ suum ducem Kazimirum per terras Mazouiæ descendit, & terrã Chelmeñ uastauit, ac exussit. Magistroq; & ordine per legatos pacem petẽte, & occupata reddere promittente, induciæ pacis ad festum sanctæ trinitatis alterius ãni datæ sunt. Exinde rex cum uniuersis copiis, ad maiorẽ poloniam remeans, Duces qui ad Ioannem regẽ Bohemiæ desecerant, terrasq; regni sui inuasionibus lacessebãt, expugnauit, & munitiones eorũ succendit ad castrũq; & oppidum Koscan, quod pro rege Bohemiæ tenebatur, ꝓueniens, illud obsidione cinxit. Bohemis autẽ & Slesitis qui castrum tuebãtur, obsidentes polonos irridentibus. Dux Kazimirus filius regis cohortatus milites suos ad impugnandum castrũ, iniussu patris processit, quo uiso uniuersus exercitus mira celeritate accurrẽs, castrum per uiolentia conscensis mœnibus recepit, oppidumq;, capto castro, absq; mora in potestatẽ regis inspexato uenit. Kazimirus tãdem parẽtando mortem suorũ, in expugnatione castri occisorum, hostes qui castrum defendebant, omnes gladio percuti iussit. Hoc ultimũ bellum Wladislai regis fuit, post quod Graccouiam remeando languescere cœpit, & in grabatũ decidens, deficiẽtibus uiribus, fratre Helia ordinis prædicatorũ doctrina perspicuo uocato, confessione facta, singulari auctoritate Apostolica pro mortis articulo ei cõcessa absolutus est, sacramentoq; eucharistiæ procuratus. Commendato filio suo Kazimiro Baronibus, in

Familia Lelitarum.

Ioannes rex Bohemię Posnaniam obsedit.

Fuga eius.

Brzesczе translatum

Ordo Cuyauiam vastat.

Rex vltionem parat.

kazimirus castrum korsczã capit.

bus, in castro Graecou: secūda die Marcii, quæ in dominicam Reminiscere cā-
Wladislaus Graccou: mortuus. debat, uel ut aliæ historiæ tradunt, quarto idus Marcii, & est dies sancti Gre-
gorii, āno dñi 1335 in domino obdormiuit, in maiori ecclesia Graccouien, in
parte sinistra chori uersus sacrariū, ante aram sancti Wladislai regis, quam
ipse erexerat, dotaueratq; sepultus. Sepulchrū eius alba petra, per sculptu-
ras & testudinem adornatum est. Fuit autē iste rex Wladislaus, fortis manu,
animo ferox, & usq; ad decrepitam ætatem robustus. Habitu uero corporis
exiguus, & iccirco Loktek quasi cubitalis ob breuiorē staturam cognomina-
tus. Regnauit autem post coronationem duodecim annis, mense uno, diebus
sedecim, tempore regiminis sui, ante coronationem non computato.

CAPVT XIII.

Lithuani Polo-nia depredati. ANno domini 1306. Audientes Lithuani gentiles, scissiones in re-
gno Poloniæ, per nemora & inuia in terras maioris Poloniæ ir-
ruperunt. Et oppida Kaliss & Stauissino, uillasq; in uiciniis eo-
depredati sūt, senes & impuberes trucidarūt, pluraq; milia per-
Henricus de Pleczko magi-ster Prussiæ. miscui sexus, absq; ulla resistentia, in seruitutem abduxerunt. Eodem tempo-
re Henricus de Pleczko genere Saxo, eo anno in Magistrum Prussiæ assum-
ptus, misso exercitu in Lithuaniam, castr; Garthin, forti præsidio Lithuano-
Castrum Gar-thin depræda-tum. rum munitum, tempore nebulæ apertū reperiens, omnes Lithuanos aut tru-
cidauit, aut captiuauit, spoliatoq; castro & incēso ad ꝓpria regressus est. Cō-
mendator autē de Konigsbergk, castrum Garthin nō fuisse locatum mole-
ste ferēs, cum eodem exercitu illuc perrexit, sed præoccupatum a Lithuanis
Crucíferorum in Lithuanos victoria. offendēs, nouis irrogatis spoliis discessit. Multis deinde militibus peregrinis
Prussiam aduenientibus nouū bellum Lithuanis illatū est, & districtu Kar-
szowin spoliis & igne uastato, in Prussiam redierunt. Anno quo supra 1306
Ciuitate Graccouien prope ecclesiam parrochialē omnium sanctorū arden-
Ignis Graco: te. Carbo ignitus flatu uenti supra tectum ecclesiæ Cathedralis laminibus
plūbeis coopertū ꝓiect⁹, octaua die Mai, tectū consūpsit, & muros cū pari-
etibus ecclesiæ debilitauit. Vniuerso castro Gracco: cū turribus & domibus
ex Ignis fabrefactis totaliter exusto. Graccouia uero huiuscemodi iacturā
incendii, in pluribus domibus & in hospitali perpessa est. Anno domni 1307
Lithuanorum incursio. in die sancti Galli. Lithuani terras Siradiæ & Kalissien subito irrumpentes
plurimā rapientes predā, cœdeq; & igne plurima loca uastātes, concito gres-
su in Lithuaniā redierunt. Eodem anno Henrico duce Bauariæ cum suis gen-
Theodricus de Aldemburgk. tibus aduenīente, Theodricus de Aldemburg magister Prussiæ, facta expe-
ditione in Lithuanos. In uicinio castri Lithuanorū Vyelunya appellati, duo
Fridburg, Beyer castra erecta castra noua erexit. Nomen uni imponens Fridburg, id est mōs pacificus. Al-
teri Beyer, id est Bauariæ. In eisq; frequēti præsidio uictualibus & machinis
ducis Henrici Bauariæ derelictis, ut castrū Vyelunya in deditionē cogeretur
discessit. Gediminus autem supræmus dux Lithuaniæ imminens periculum
depulsurus, noua castra forti exercitu circūdedit, & cum uiginti duobus die-
bus ad eorū conquisitionē intēderet, quidam Crucifer sagittandi peritus, ob
Dux Lithua-niæ sagitta ig-nea interēptus id sagittariorū magister uocatus, præfatum ducem Gediminū ignea sagitta
per dorsum trāsfixit, q illico animā exalauit. Cuius morte sequuta exercit⁹
Lithuanorum

Lithuanorum obsidionē soluit. Magister uero Prussiæ Theodricus eodē an-
no, misso Henrico Prussiæ Marsalco cū exercitu, districtum Lithuaniæ Vie-
Magister Prus-sie Lithuaniā vastat. dulki cœdibus & flammis uastauit, & plures captiuos in Prussiam induxit.
Sequenti autē anno Olgerth Lithuanor; dux, necem Gedimini patris sui &
patriæ uastationem ulturus, in forti exercitu Prussiam ingressus, eā cœdib⁹
& ignibus uastauit, depopulatione latius extensa, prædā hominū & pecorū
in Lithuaniam ducebat. Quem Henricus Prussiæ Marsalcus quartadecima
die Augusti, apud nemus quod Galebonke nominatur cōsequutus, q̄uis ho-
sti impar uidebatur, conflixit, & utrisq; acriter pugnantibus tāta cœdes ædi-
ta est, ut utraq; ps pro uicta discesserat. Maior tamē clades in Lithuanis ui-
debatur, qui mille ducentos & uiginti ex suis perdiderunt. Captiuosq; & pe-
cus relinquere coacti sunt. Anno domini 1310 pridie kalendas Maii, in op-
pido Kowale terræ Cuyauien, natus est Kazimirus filius Wladislai Loke-
Kazimirus filiꝰ Loketek natus in kow ale. tek, & Heduigis consortis eius, qui regnum Poloniæ prudentia, fabrica mu-
rorū, & legibus decorauit & adornauit. Eo anno maxime tempestates & aq̄-
rum inūdationes in Italia, Almania, Bohemia & Polonia fuerūt. Sol quoq;
Eclipsis. ultima Ianuarii eclipsim passus est. Ex his magna sterilitas subsequuta, qua-
Fames. lem nemo meminerat, nec a prædecessoribus audierat. Deficiēteq; pane, her-
bas homines manducarunt. Eodem anno Boleslaus dux Wratislauien, fili-
us Henrici quinti, ulturus iniurias patris, terram Henrici filii Conradi Glo-
gouien uastauit, factoq; conflictu, Henricus Glogouien succubuit. Et Bolef-
laus dux Wratis: in superbiā elatus, multa bona procaciter consumpsit, ut
postea ære alieno uiueret. Inter filios autē huius Henrici Glogoui: Przemis-
laus quum esset uegetioris ingenii, nunq̄ Ioanni regi Bohemiæ subici uoluit.
Hic ueneno a propriis uasallis intoxicat⁹ interiit, & apud monasterium Lu-
Henricus zega-neñ mortuus. bense sepultus quieścit. Et quia nullam prolē reliquerat, Hērico Zeganeñ
& Ioanni Stinauien fratribus eius Glogouia cessit in commune, Conrado p
Stinauiā contētato. Sed postea Ioannes Stinauien, mediam partem Glogo-
uiæ, Ioanni regi Bohemiæ uendidit, qui rex exercitualiter in Glogouiam ue-
niens, alteram partem Glogouiæ in suam redegit ditionē. Et ob hoc grauā-
men, Henricus Zeganeñ mortuus est, in monasterio Lubeñ sepultus. Filius
autē eius unicus, eiusdem nominis Henricus, adeo Ioānem regem Bohemiæ
& filiū eius in regno succesſorē Karolum inuasionibus turbauerat, ut Karo-
lus rex Bohemiæ, alteram partē Glogouiæ quæ fuit patris eius, ipsi restitu-
eret, suam ditionē tamen & subiectionem ex cōposito profitenti. Anno Chri-
sti 1311. Victenen supræmus dux Lithuaniæ, cū omnibus suis copiis terras
Victenen Lith-uaniæ dux Prus-siam vastat. Prussiæ sub carnispriuio ingressus, per cœdes & flāmas, magnam partē ter-
ræ in faullam & desolationem redegit. In Lithuaniamq; cum quingentis ca-
ptiuis reuersus, diis suis libamina obtulit. Commendator interim de Konigs-
Cōmendator konigsbergeñ Lithuaniam re-greditur. bergk, uno agmine, & quinq; alii Commendatores altero agmine, diuersoq;
itinere Lithuaniam furentes ingressi, singula quæ occurrebant, aut captiua
runt, aut occiderunt. Et Lithuanorū ducem Victenen epulantē perturbaue-
runt, in Prussiamq; magno cum captiuorum numero regressi sunt. Eam ua-
stationē dux Victenē ultur⁹, quattuor milibus ex cæteris delectis, in uigilia
Ramispalmarū

Victenen Prussiam repetit.

Ramispalmaq; in Prussiam intrans, cuncta ferro & igne usq; ad Brunsberg uastauit. Ecclesias uasis & clenodiis spoliauit, & eas incendit. Diuinissimum eucharistiæ sacramentū, in terram cū ignominia proiectum, ore conspuit, & pedibus conculcauit. In Lithuaniāq; magnam captiuorū multitudinem pel/lens, dum in limitibus in una siluarū captiuos inter suos diuisurus staret & coram uirginibus (quæ absq; uiris & cæteris mulieribus mille quadringēta numerū explebāt) sacramentum eucharistiæ ex terris Prussiæ in sacrario allatum, prophana manu exertum, ante pedes uirginū proiciens, spurcissimo ore conspuēs, & pedibus conculcans. Interrogabat, ubi esset deus earū, qui ei resistere non ualeret, neq; suis cultoribus auxiliari. Non autem diuina maiestas blasphemiam tulit. Altera siqdem die in diluculo, quæ fuit dies Martis, octauo idus Aprilis, Henricus de Ploczk magister Prussiæ, cū octuaginta fratribus Cruciferis, & forti aliarum gentium exercitu, ducem & exercitum Lithuanicū in eisdem statiuis consequutū, conflixit, & ad extremū uicit, singulos uictos in patibulum agens, aut undis suffocans. Ex tanto autē Lithuanorū exercitu, nemo præter ducē, & duos eius comites, qui & ipse in capite uulneratus aufugit. In memoriam tam famosi triumphi, Cruciferi in domū reuersi, monasterium sanctimonialiū in Thorun fabricarunt & dotarunt. Alteram expeditionem Commendator de Brandenburg in Lithuanos ægit, & uastato districtu Pōgrodne, citato agmine discessit. Terciam expeditionem eo anno magister Henricus de Ploczk ægit in Lithuanos, & secunda Iulii Lithuaniā ingressus, districtum Salsemken ferro & igne uastauit. Etiā tria castra illic conquirēs incendit, multisq; militibus Lithuanorū occisis, septingentos in captiuitatem duxit. Anno domini 1312 Hērico de Ploczk, de officio magisterii cedente, Henricus de Trir, qui & Karolus appellatus est, successit. Eo anno due expeditiones in Lithuaniam actæ sunt. Vna per magistrū contra castrum Bisen itinere terrestri. Altera per Vernerū Cōmendatorē de Ragneta, nauali classe per fluuiū Memel, cōtra castrū Mergist, ābe parum profect⁹, præter paucos captiuos attulere. Terciam expeditionē ægit Henricus Marsalcus, cum ingenti sui exercitus pernicie. Nam castro Bisen incōquisito, in tres districtus, uidelicet Miedniki, Crinuiczin, & Trziuiczany descendit. In quibus nusq̄ uictualia reperiens, fame indies inualescente, p spacium centū & amplius miliarium rediens, multos de suis inedia consumptos ammisit. Miserat & dux Lithuaniæ suū præfectum Surminum, uirum callidum cum classe centū nauium, cōtra castrū Tristmemel, qui naues Cruciferorū in flumine Memel reperiens, incēdit, tandem a Cruciferis uictus, tricentis quadraginta de suis ammissis, cum reliquis eadem classe in Lithuaniā refugit. Anno dñi 1313. Boleslaus dux Mazouiæ, filius Semouiti filii Cōradi Mazouiæ, frater patruelis ducis Wladislai Loktek, in Vissegrod octauo kalendas Maii mortuus est, in ecclesia Ploceñ sepultus. Hic seuissimus persequutor furū & malefactorum fuit. Hic tres filios superstites, Semouitum Troydenum ex prima coniuge Lithuana multū honesta, & Venceslaum seu Vankonē ex altera cōiuge Bohema, & unicam filiam ex eadem Bohema reliquit. Anno domini 1314. Magister Prussiæ Karolus, & ordo Cruciferorū, a quolibet

Dehonestatio sacramenti Eucharistię.

Cruciferorū de Lithuanis uictoria.

Cōmendator Brādenburgeñ secundam expedicionē in Lithuanos perȝgit.

Hēricus de Treuiri magister Prussię.

Boleslaus dux Mazouię moritur.

a quolibet manso culto in Pomerania, & terris occupatis de quibus decima manipularis reddebatur, duos scotos usuales colonis soluere iussit. Sua uero & omnium Cōmendatorū atq; terrigenarū prædia, a solutione cuiuslibet decimæ penitus libera esse decreuit. Propter hoc Episcopus Wladislauieñ, in cuius dioces fere tota Pomerania cōsistit, cū assistētia Archiepiscopi Gnezneñ, & Episcopi Posnanieñ, monasteriorū quoq; & aliorū beneficiatorum, Magistrū & ordinem, ac uillarū rusticos censuris ecclesiasticis percelluit, & loca eorum interdicto suppossuit. Verum Magister & ordo appellationibus ad sedem apostolicam se tuebātur, & rigorem censuraq; eludebant. Eodem anno circa Natale domini. Cometes cum longa coma circa polum apparuit durauitq; usq; ad finem mensis Februarii. Et paulopost, alter Cometes in parte orientali apparuit, qui sicut quantitate minor erat priore, ita & minor duratione. Tres etiam lunæ simul eo anno apparuerunt

Cometes duorum mensium.

Tres lunę.

CAPVT XIIII.

ANno dñi 1315. Hēricus & Wladislaus filii ducis Hērici quinti Wratislauieñ, ānos pubertatis trangressi, fratrem suum seniorē Boleslaum magna importunitate ad partiendū patrimonium coegerunt. Ne ipsius prodigalitate partes hereditatis illorū cōsumeret, & Boleslaus qdem Bregā accepit, aspirans ad pecunias a fratrib⁹ addendas. Henricus uero Wratislauiā forte accipiens, quadraginta octo milia marcarū Boleslao exsoluit. Wladislaus autē iunior fratrū Legniczā sortitus, in subdiaconi gradum promotus, in triginta duobus milibus marcarū quæ non potuit pro additamento soluere, Legniceñ ciuitatem Boleslao Bregeñ fratri suo obligauit. Sed idem dux Wladislaus ægestate ductus, contra Boleslaum ducem Bregeñ bellare cœpit, ut sibi de Legniceñ: ducatu cœderet, quem sæpius fusum & fugatum tandē compræhendit, & in Legnicē: castro in carcere dimidio āno alligauit, quo reconciliātibus amicis, ut singulis annis quingentas marcas quibus statum suum ducere posset, dux Boleslaus sibi daret, dimisso, ꝓpter graues molestias frenesim incidit, & delirās cuidā militi qui castrū Hornsberg in montibus habebat, se adiunxit, & prædas in Bregeñ ac Legniceñ ducatibus agere cœpit. Dūq; in uillas Iankow, & Virbin in terra Bregeñ impetum fecisset, a rusticis qui pro sua securitate centū armatos conduxerant, cum uiginti complicibus captus est, & Boleslao Bregeñ duci præsentatus, in uincula trusus, in castro Legnicē: integro anno detinebatur, ubi tantam frenesim incidit, ut singulos sibi ministrantes conaretur occidere. Mitigata tandem frenesi, a uinculis dimissus, nunq̄ stabilem tenuit gradum, sed in modum delirantis ambulabat. Anno quo supra 1315 Samagittæ numeroso exercitu Ragnetam cinxerunt, & quū longum tēpus in obsidendo castro non expugnato consumpserunt, concultatis segetibus, & omnibus in circuitu uastatis atq; exustis, in Samagittiam reuersi sunt. Vitenen autē dux Lithuaniæ ceptum Samagitticū continuās, cum frequenti exercitu castrū Tristmemel obsidione uallauit, proiectioneq; machinarū decemseptem diebus expugnabat. Ducentos milites ab Henrico magistro Prussiæ missos, ad obsessos ingredi contendentes, ad unum omnes contriuit. Magistrumq;

Patrimonij inter fratres diuisio.

Wladislaus natu minor, freneticus.

Ragneta a Samagittis cincta.

t

strumq; Prussiæ cũ sex milibus armatorũ uenientem, quum ab exploratoribus cognouit, in Lithuaniã se recepit. Quem magister Henricus non ualens consequi, terras hostiles nihilominus intrauit, & plures ex Lithuanis aut occidit, aut captiuauit. Eodem anno Henricus de Ploczk Saxo genere, & Marsalcus Prussiæ, cum proprio milite Lithuaniã ingressus. Distrietum Pastow uastauit & exussit, & quingẽtis Lithuanis captis, Prussiam reuersus. Plures milites ex Rheno in Konigsbergk gratia exercende militiæ offendens, alteram illico expeditionẽ in Lithuanos ægit. Castroq; Bisen conquisito, octuaginta Lithuanis, qui illic reperti erant, necatis, distrietum Medniceñ cõtinua uastatione in fauillã redegit. Magister deinde Prussiæ Henricus cum maioribus copiis Lithuaniã repetens, exercitu quadrifariã diuiso, & populatione latius extensa, plures distrietus Lithuanorũ ad eã diem intactos, deuastauit, & magnũ captiuorũ ordinem ex Lithuania duxit. Frugibus autẽ ad maturitatem pertingentibus, iterũ Marsalcus in Lithuaniã ingressus, & duobus castris Ingedin & Pistin expugnatis & exustis, sata omnia conculcauit, aut exussit. Eam molestiam Dauid Præfectus castri Lithuanorũ Garthin ulturus, cum octingẽtis armatis Prussiam inuadẽs, distrietum Vunsdorff deuastauit Quem Cõmendator de Capyow dum rediret consequutus, certamine inito, captiuos liberauit, & quinquagintaquinq; occisis, cæteros in fugam uertit. Ab exordio institutionis denarii sancti Petri pro lampadibus, de qualibet domo & familia tres tantummodo obuli usuales, & auenæ cribrũ soluebatur. Hac autẽ prisca consuetudine anno domini 1318 per collectores apostolicos abrogata, sancitum est ut de quolibet capite rusticani hominis, unum obulũ usualem annuatim soluãt, quod usq; in hanc nostrã ætatem cõtinuatur. Anno domini 1319 Boleslaus Bregeñ & Legniceñ dux, Conrado filio ducis Hẽrici Glogouieñ cui Olszna obtigerat, propter Hẽrici quinti patris sui captiuitatem & depactationem bellũ mouit. Olim per auum eius Conradũ Glogouieñ factam, & aliquot certaminibus superatũ, ad tantã ægestatẽ ipsum ducem Cõradum redegit, ut unũ tantũmodo equum, & pallium lineum quo amiciebatur possideret. Ictoq; fœdere, ex sentẽcia Baronum cõmunium, Cõradus Olesznen, Namislauiã, Beroltow, Cruczbork, Piczczen, & Cunczestad duci Boleslao Bregeñ restituere coactus est. Volauiam uero & Lubeus compassus ægestati Conradi Olesznen ei dimisit. Accessione autẽ tot bonorum Boleslaus sumptus prodigos iterũ facere cœpit, intantũ ut debitis uariis inuolutus, oppidum Nyempcz cum suo distrietu, duci Bernardo Sweidniceñ, Item Haynouiã & aureũ montẽ creditoribus ciuib? Wratisl: obligaret.

Districtus Pastow uastatur.

Cruciferorum victoria

Ingedin & Pistin castra expugnata.

Institutio denarij sancti Petri immutatur.

Restitutio Boleslao Bregeñ facta.

CAPVT XV.

Elizabeth regi Hungariæ nupta.

ANno domini 1320 Wladislaus Loketek rex poloniæ, filiam suam Elizabeth nomine, die dominica infra octauas Petri & Pauli apostolorũ, Karolo regi Hungariæ matrimonialiter copulauit. Hæc fœlicius duabus morte absumptis coniugibus regi Karolo nupsit & cõmansit, filiosq; insignes ei genuit. Eodem anno 1320 Nankerus nobilis de domo Oxa, ex prouincia Oppolieñ ortus, in Episcopũ Gracouiẽ: electus, ecclesia Gracco: ueterẽ, angustũ situm habentẽ, & humilibus structuris

structuris edificatam, recentiq; incendio deformatã, deiecit, & nouam opere sumptuoso ex alba & quadrata petra iniciauit, latitudinẽ atq; lõgitudinem eius quãtum spacia loci patiebantur extendens, quæ & qualis in hanc diem cernitur & permanet, hinc factum est ut multa insignia sepulchra Principũ & Pontificum, noua edificatione superueniente, obruta pereirint. In edificationẽ autẽ tam sumptuosam ecclesiæ Cathedralis Gracco: Nankerus Episcopus Gracco: duas partes; Capitulares uero terciam, & clerus totius dioceseos Gracco: subuentionẽ caritatiuam contulit. Cuiuslibet etiam beneficii & parrochialis ecclesiæ decollatione, siue spirituali, siue regia & laicali, uacantis, primi anni fructus pro fabrica ecclesiæ exigebãtur & reddebãtur. Eodẽ anno Henricus de Ploczk Marsalcus Prussiæ, habens secum quadraginta fratres ordinis cum exercitu bene instructo, Lithuaniã ingrediẽs, districtum Medniceñ q̃ latius potuit uastauit. Interim Lithuani & Samagittæ, nihil ea uastatione deterriti, angustias unius saltus, quem Cruciferi in redeundo transcuri erãt, occupant, & maioribus arboribus circumquaq; succisis, insidias parant, dumq; Marsalcus Prussiæ & exercitus eius insidiarum ignarus saltum esset ingressus, a Lithuanis circumuentus, imprimis ipse, deinde alii ad unũ omnes aut deleti, aut capti sunt. Lithuani pro uictoria & spoliis hostiũ, dis thurã litãtes, unum ex Cruciferis uocatum Gerardum Rudde de Samleith, cũ equo & armis in pira extructa incenderunt, & conflagrarũt. Anno quo supra, in festo exaltationis sanctæ Crucis, Lithuani terram Dobrzineñ quæ tunc a relicta ducis Semouiti tenebatur, improuise uastauerũt & oppido Dobrzineñ exusto, cum captiuis utriusq; sexus, ueloci fuga regressi sunt. Ioãnes rex Bohemiæ, & Comes de Luczemburgk, sciens duces Slesiæ uiros simplices, calliditate sua eos ad se trahere cœpit. Primum itaq; anno domini 1322 Boleslaum ducem Zambiceñ alias Monsterbergeñ, Bernardi ducis Sweidniceñ: germanum, amplissimis promissionibus inescatũ, induxit, q̃ castrũ & oppidum Cloczko pro tenui pecunia ei uẽdidit & resignauit. In quo homines & præda & rapinis uiuentes locauit, ut cæteros duces Slesiæ spoliis uexarẽt & discordiarum semen iacerent. Wratislauien sis insuper ciuitatis ambiens possessionem, Boleslaum Bregeñ & Legni: ducem, profusis donationibus contra germanum eius Henricum sextum ducem Wratisla: subordinauit, qui dum bellis præmeretur, quum esset princeps pacificus, ad Wladislaum Loktek regem poloniæ se conuertit, & Wratislauieñ ciuitatem sibi cum ducatu perpetuo resignauit. Wladislaus autẽ rex appræhensa possessione ciuitatis & ducatus Wratisl: aliquãto tẽpore ipsam gubernãs, compassus paupertati ducis Henrici, Wratislauiã sibi restituit. Quo audito Ioãnes rex Bohemiæ exhilaratus, callidis blandiciis & iam non bello, sed liberalitate & astucia. Ad resignandum sibi ducatum & ciuitatem Wratislauiensem ducem Henricũ induxit, receptoq; oppido Cloczko in administrationẽ solũ ad tempora uitæ Wratislauiam perpetuo resignauit, cum graui iactura regni poloniæ, de cuius corpore ducatus Wratisla: erat, & cum iniuria fratrũ Boleslai Bregeñ & Wladislai Legniceñ ducum, filiarumq; eius trium nubilium Offeze, Grithe, & Elizabeth, ad quos & ad quas spectabat succes sio

Ecclesia Gracouien extructa

Marsalc⁹ Prussiæ Lithuaniã uastaturus ingreditur.

Ordinis milites uicti.

Variæ altercationes p ducatu wratislauien.

wratislauia ad Bohemos cessit.

hereditariã. Abeo ergo tempore ducum Wratiſla: ceſſauit ſucceſſio, ciuitate Wratiſlauienſi obedientiam regis Bohemiæ profitẽte. Tandem Wladiſlao duce Legniceñ ducatum ſuum Legniceñ, quẽ Boleſlao Bregeñ in triginta duobus milibus marcarum obligauerat, uenalem exhibente. Ioannes rex Bohemiæ ſolita uafricia uſus, cominatus eſt auferre ducatũ Legniceñ Boleſlao, niſi in ſuam & regni Bohemiæ ditionem concederet, qua denunciatione Boleſlaus Bregeñ territus, ſe & ſua Ioanni regi Bohemiæ ſubiecit. Eodẽ anno domini 1322. Bernardus dux Sweidniceñ cum ſua gente. Item dominus de Sueuia, Item duo Comites de Rheno, Item aliorum chriſtianorũ exercitꝰ Cruciferis de Pruſſia illum dirigentibus, in terras Samagittiæ & Lithuaniæ deſcendens, tres diſtrictus Varken, Ruſſigẽ, & Klogen uaſtauit, & caſtrum Piſten conquiſiuit. Barbariſq; prædictorum diſtrictuum, callide obedientiã promittentibus, a cœde & captiuitate temperatũ eſt. Sub idem tẽpus Lithuaniæ dux, in Liuonia uaſtato epiſcopatu Darbatenſi & aliis diſtrictibus, quinq; milia captiuorũ & multitudinem ſpoliorum in Lithuaniam deduxit. Eam uaſtationem chriſtianorũ exercitus uindicaturus, iam inſtante hyeme in Lithuaniam expeditionẽ ægit, nullo tamen opere memorabili, aſperitate hyemis præmente, ædito, in Pruſſiam remeauit. Dauid uero Capitaneus caſtri Lithuanorũ Garthin frigore non torpens, cũ frequentibus copiis, diſtrictum Reuel in Liuonia uaſtauit, eccleſias incendit, ſacra uaſa recepit, ſacerdotes aut occidit, aut cœpit. Et quinq; milia captiuorũ cum ingenti præda in Lithuaniã intulit. Deinde ſub eadem hyeme Lithuani & Samagittæ ciuitatem Memel, & tria caſtra in eius uicinio expuguauerunt, & cõquiſierunt. multiſq; chriſtianis illic aut cœſis aut captis, tam ciuitatem q̃ caſtra exuſſerunt. Poſt hæc diſtrictum Vilow adeuntes, ſtrage magna ædita, Commendatorem de Capyow, cum ſuo exercitu occiderunt. Et in multitudine captiuorum atq; ſpoliorũ Lithuaniam reuerſi ſunt. Mazouiæ etiam ducatum uaſtauit. Dauid Capitaneus Lithuanorum de Garthin, & pluribus uillagiis ac eccleſiis ſpoliatis & incenſis, plures agreſtes in Lithuaniã captiuos duxit. Sub eo tẽpore Karolus magiſter Pruſſiæ mortuus eſt, & pro eo Vernerus de Orzele ſubſtitutus eſt

Dauid Capitaneus Rewel vaſtat.

karolus magiſter Pruſſię mortuus.

Verner⁹ de Orzele magiſter Pruſſię.

CAPVT XVI.

Lithuanorum excurſio.

ANno domini 1323 Lithuani clandeſtinis itineribus ſubito inſiliẽtes, oppidũ Dobrzineñ ipſum deprædati ſunt, & conflagrarũt In terramq; Dobrzineñ ſenes & impuberes occidẽdo, feſtine cũ captiuis ad nouem milia eſtimatis, in Lithuaniam redierunt. Ea ꝓpter Wladiſlaus Dobrzineñ dux, & Wladiſlai Loktek regis Poloniæ germanus nepos, perſonaliter ad eundem regẽ Wladiſlaum Graccouiã ueniẽs terram Dobrzineñ cum ſuis municipiis ei perpetuo reſignauit, quia ad ipſius defenſionẽ & incurſionem, tam a Cruciferis q̃ Lithuanis factam & futurã intendere non potuit. Præcibuſq; porrectis pro ſe & ſua genitrice Anaſtaſia relicta olim Semouiti ducis Dobrzineñ, terrã Lancicieñ obtinuit, terra Dobrzineñ gleba & introitibus multo ſuperiorem, dumtaxat ad tempora uitæ, quia orbus & ſine prole fuit. Anno domini 1324 Dauid Capitaneus in Garthin, iuſſu

thiñ, iuſſu Gedimini ducis Lithuaniæ oppidũ Poltowſko epiſcopi Ploceñ, & centum triginta uillas in circuitu, in die ſanctæ Elizabeth inuadens, cœdibus, flammis, & ſpoliis uaſtauit, & triginta eccleſias parrochiales igne deleuit, ac quattuor milia animarũ in captiuitatem duxit. Alius quoq; exercitus Lithuanorum in Liuoniã deſcendẽs, in aliquot locis eam uaſtauit, & prædã cum captiuis reduxit. Sequenti autẽ anno uidelicet 1325 Anna filia Gedimini principis Lithuanorum in coniugem duci Kazimiro filio Wladiſlai regis Poloniæ, cum omnium captiuorũ ex regionibus Polonorum per Lithuanos receptorũ redditione pro dotalibus, adducta eſt. Et pax deſiderabilis, ex hac affinitate inter Polonos & Lithuanos ſequuta eſt. Anno præexpreſſo 1325 Iuſſu Wladiſlai regis Poloniæ, milites Gracco: & Sãdomirieñ Mazouiam hoſtiliter depopulati ſunt, & ciuitate Ploceñ conquiſita, flammis ipſam exuſſerunt. Venceſlaus eñ alias Vanyek dux Mazouiæ, conditionis ſuæ oblitus, hoſtilitatem infeſtam cum Cruciferis Pruſſiæ regno Poloniæ inferebat: Anno domini 1327. Principes Sleſiæ, Oppolieñ, Teſſneñ, Glogouieñ, Zeganeñ, Oleſzniceñ, Stinauieñ, & Falkembergeñ, ſuæ illuſtriſſimæ conditionis ex regibus Poloniæ tracte obliti. Obliti libertatis, qua in illam diem perfuncti ſunt, ad Ioannem regem Bohemiæ infeſtum hoſtem regis Wladiſlai Poloniæ, defecerunt, iugo & feudo Bohemico ſeſe ſupponẽtes. Cauſa nõ alia extitit, niſi liuor & acerba inuidia, ꝙ Wladiſlaus Loktek ſibi impoſuerit regni Poloniæ diadema, ipſis inconſultis, unde illum non Poloniæ, ſed Graccouieñ regem uocitabant, & a ſuis ſubditis uocitari mandabant. In quorum ignominiã, quia abſq; legittima cauſa a regno ſeceſſerũt, factũ eſt laudum in regno Poloniæ, ꝙ nullus illorum principum, q̃diu alienum iugũ non excuſſerit, in regem, gubernatorem, aut Capitaneũ in Polonia aſſumatur. Hinc factũ eſt, ſathana zizania ſuperſeminante, ꝙ principes & nobiles Sleſiæ, adeo Polonos exoſos & contemptos habere cœperunt, ut in caſibus & infortuniis eorum, detractionibus & morſibus magnopere piclitentur. Ex hoc egritudinẽ ſuã declarãtes, quæ uterum ſuum a quo excidit, corrodit. Licet Polonia pietatis maternæ ubera, in eorum neceſſitatibus nõ auerit, ſed ſolatur & reficit. Hinc etiã factum eſt, ut aquilam cãdidam uniuerſale ſignum principũ Poloniæ, duces Sleſiæ, hi quidem in nigram, alii in glaucam, nõnulli in camporum uariationem & colorũ permixtionẽ permutarunt. Ne quidcõmune cum regno poloniæ habere uiderentur. Cenſus tamen & denarius ſancti Petri, qui ex uniuerſa Sleſia ſummo Põtifici præſtatur. Sic & eccleſiæ Cathedralis Wratiſlauieñ per Boleſlaum primũ regem Poloniæ & patrem ſuum Myeſzkonẽ fundatio & dotatio. Cæteraq; inſignia clamant & demonſtrant Sleſiam & Wratiſlauiã regni Poloniæ prouinciam fuiſſe. Propiciatione diuina ad corpus & unitatem regni Poloniæ poſtea reuerſuram. Anno domini 1330 æſtas nimium calida erat, ex nimioq; feruore ſolis, ultra ſolitum curſũ in polonia ſegetes in debitam maturitatem ante feſtum ſancti Ioannis baptiſtæ perducte erant, & undis deſiccatis, flumina ſuos alueos deſeruerant. Anno eodem. Ciuitatem Rigeñ cum omni dominio ad Rigeñ eccleſiam pertinentem, expugnauerunt & occupauerũt, fratres Theutonici ſanctæ Mariæ

Poltowſko oppidum vaſtatur.

Pax cum Lithuanis.

Principes Sleſię ad Bohemię regem deficiũt

Eſtas calida.

de nigra cruce, In Archiepiscopum Rigen fundatorē suum usi officio. Quo
Wenceslaus filius Boleslai Mazouię ducis moritur.
Cruciferi de Prussia in reges & principes Poloniæ in occupanda Pomerania & aliis terris usi sunt. Anno quo supra sedecimo kalendas Iunii, Venceslaus alias Vonyek filius iunior Boleslai ducis Mazouiæ crudelis & seuer⁹ in milites & subiectos, in Vissegrod mortuus est, & in ecclesia Plocen sepultus, reliquit unicum filiū Boleslaum ex filia Gedimini ducis Lithuaniæ. Anno
Verneri mors.
prædicto die decimanona Octobris, Vernerus de Orzela magister Prussiæ multis uulneribus, in castro Mariemburg, ab uno fratre Crucifero Ioāne de Gindorff confossus occubuit, in locum eius Lutherus de Brunsuigk successit.
Lutherus magister Prussię.
Anno prædicto postulante rege Wladislao Loktek a summo Pontifice pessagium cruce signatorū & aliquot milia florenorū, contra Barbaros, Thartaros, ac Lithuanos, accepit rationes & excusationes summi Pontificis, & nō ea quæ postulauit, tamen ne nuncii regii uacui redirent, gratiam anni Iubilei cōcessit, ea cōditione, ut quilibet illam meriturus, duos aureos in capsam imponeret. Agebatur itaq; Graccouiæ annus Iubileus, pro festo sancti Stanislai in Maio tribus diebus, & in autumno festi eiusdē sancti Stanislai aliis tribus diebus, magna multitudine ex uniuerso regno Poloniæ, sed & ex Hūgaria atq; Slesia concurrente. Exinde non mediocris summa auri collecta fuit.
Vincencius de Pomorzani mortuus.
Anno domini 1332 in festo natalis sancti Ioannis baptistæ. Vincētius de Pomorzani palatinus Posnanien, cuius ductu & proditione Polonia fere perierat, q̄is regio ædicto in patria tutus consisteret, tamen eorum qui uastati & incommodis confecti erant conspiratione, telis confossus & obtritus, teterrimæ proditionis pœnas soluit.

Kazimirus secundus

CAPVT XVII.

DEsurrogandum nouum regē in locum regis Wladislai nuper absūpti. Prælati & Barones Poloniæ conuentu omnium terrarū apud Gracco: agētes unanimi uoto ac uocatiōe ducem Kazimirū, filiū præfati regis Wladislai in regem Poloniæ elegerunt. Diemq; sācti Marci pro coronatione eius designarūt, regina autē Heduigis regis Wladislai relicta, & ducis Kazimiri mater, quæstionem iniecit. Ne ipsa uiuente, Anna consors Kazimiri in reginam coronaret, affirmāsq; q̄ unius regni una regina diumate sit inlignēda. Expugnata tandem

ta tandem præcibus ducis Kazimiri, quē tenerrime diligebat, in coronationē Annæ coniugis Kazimiri consensit. Ipsa autē in cenobium sanctimonialium monasterii in antiqua Sandecz se recepit, & professa regulam sancti Frācisci, ieiuniis, orationibus reliquū ætatis suæ expleuit. Anno itaq; domini 1335 in festo sancti Marci, quod in diem dominicū cadebat. Dux Kazimirus in regem, Anna uero cōsors ipsius in reginā Poloniæ, in ecclesia cathedrali Graccouien, per Ianislaum Archiepiscopū Gneznen, assistētibus ei Ioanne Graccon: Ioāne Posnanien, Mathia Wladislauien, Stephano Lubucen, Episcopis & Baronum ac nobiliū Poloniæ magna copia, inuncti & coronati sunt. Adiūctusq; est regi Kazimiro in gubernatorē (quoniā nondū ad maturā ætatē peruenerat) Iaszko de Melltein Castellanus Graccon: uir industrius, & in rempᵃ magni zeli. Cœpit autē rex Kazimirus post coronationē, pacē regno ordinare, & bellum cum Cruciferis de Prussia, p ulteriores inducias ad festū Ioānis baptistæ anni sequentis suspendit. Cœpit & prædonum atq; futū frequentiam exterminare, & publicas stratas purgare. Multosq; nobiles & uulgares furtis ac rapinis uiuere consuetos, neminem reueritus, suspendere, mutilare, partire, aut exilio damnare iussit. Anno uero domini 1335 ex compromisso occasione terrarū regni Poloniæ, per Cruciferos occupatarum, Karolus rex Hungariæ, pro patre regis Kazimiri, & Ioannes rex Bohemiæ pro Cruciferis, in die sanctæ Elizabeth in Hungaria, in castro Vissegrad conuenerunt. Rex etiam Poloniæ Kazimirus ad sollicitandū in sua causa. A magistro & ordine Cruciferorū, Henricus Ruthenus Prouincialis Culmen, Marquardus de Spanebergk Thoruneñ, & Conradus de Brunestein Swiczen, Cōmendatores, aduenerunt. Habita autē deliberatione regum arbitrantiū, terras Cuyauiæ & Dobrzineñ regi poloniæ Kazimiro adiudicarunt. Terrā autē Pomeraniæ, quæ feratior est predictis, Magistro & ordini Crucifero-
kazimirus coronatus.
rū appropriarunt, quod rex Poloniæ Kazimirus, præuaricando paternū mandatū, quo moriturus interminando præcepit. Ne unq̄ super patrimonio suo terra Pomeraniæ cum Cruciferis pacisceretur, amaro corde, ne recrudescente bello ampliora perderet suscepit. Castro nihilominus Nyeszkow, q̄us de sorte terræ Cuyauiæ esset, circa Magistrum & ordinem manēte, ut facultas utriusq; ripæ fluminis Istulæ apud eos remaneret. Sentencia regum Hungariæ & Bohemiæ sic incipit. In nomine domini amen. Nos Karolus & Ioānes dei gratia, Hūgariæ & Bohe: reges, ppetuæ momoriæ tenore presentiū notum facimus quibus expedit uniuersis. Cum magnificus princeps dominus Kazimirus eadem rex Poloniæ ex una, & relligiosi uiri generales preceptores & fratres uniuersi ordinis Cruciferorū de domo Theutonica parte ab altera, super terris & districtibus Culmen, Dobrzineñ, Cuyauiæ, Pomeraniæ & Thoruneñ &c. Finis. Actum & datum in Vissegrad in Hungaria, presentibus &c. Anno domini 1335 dominica proxima post festum sanctæ Elizabeth. Legitur in chronica Hungarorū, q̄ rex poloniæ eo tempore homagiarius & subiugalis regi Bohe: fuisset, q̄ qa nusq̄ alibi uel a pud Bohe: uel Polonos reperitur, errori historici ascribendum est. Post sententiam pronuncia-
Sentencia Hungarię & Bohemię regum.
tam, requirente rege Kazimiro Magistrū & ordinem Cruciferorū, super re-

signatione terrarum Cuyauieñ & Dobrzineñ, non aliter decisioni arbitrali sese parituros responderunt. Nisi rex cum Prelatis, Baronibus, nobilibus, ac ciuibus regni poloniæ, per patentes litteras terris Pomeraniæ, Chelmeñ, & Michalouieñ, corporali etiam prestito iuramento, renuncient & se obligent. Quo responso in deliberationē & conuentum omnium Prelatorū ac Baronum uniuersi regni poloniæ perducto. Noluerunt ullo pacto in ipsas condiciones consentire, sed si bellum inferretur repellere consultabāt, & sedi apostolice quæstum iri, eiusq; suffragium implorari. Ad quod opus prosequendum Ioannes Grothonis de Slupcza Gracco: Episcopus, uir prestātis ingenii & experientiæ, in Auinionem ad sedem apostolicam missus est. Summus uero Pontifex Benedictus duodecimus, regni poloniæ querela audita, & ueritate comperta, Sedis apostolice nuncios uidelicet Galhardum de carceribus, Titulen Prepositum, Coloceñ diocesis, & Petrum Geruasii Canonicū Anicieñ, in Poloniam cum cōmissionibus & largis prerogatiuis misit. Qui apostolici nuncii tribunali in Varszouia posito, Theodricū de Aldembergk, Magistrū Prussiæ & ordinem Cruciferorū, ad quartā Februarii diē, per Nicolaū Prepositum sanctæ Crucis Oppolieñ. diocesis Wratislauieñ, per ædictū citauerunt. Et quarta die Februarii, magistro Bartholdo, Alberti de Rathibor sindico Kazimiri regis Poloniæ, petitionem regis inscripto Iudicibus offerente Magister Iacobus, Plebanus de Arnoldi uilla, Culmeñ diocesis, pro pte Magistri & Cruciferorū, appellationē a iurisditione iudicum interponens, eāq; relinquens discessit. Iudices autē datis refutatoriis pronunciauerunt se iudices cōpetentes, & causam fere per unū ānum cum dimidio cōtinuantes. Anno Christi 1339, quintadecima Septembris, in ecclesia sancti Ioannis baptistæ Varszouiæ, regi Kazimiro terras Pomeraniæ, Culmeñ, Michalouieñ, Cuyauieñ, & Dobrzineñ adiudicauerunt. Copia sententiæ sic incipit. In nomine dñi amē. Nouerint uniuersi, q̄ nos Galhardus de Carceribus, Prepositus Tituleñ, Coloceñ diocesis, & Petr⁹ Geruasii Canonicus Anicieñ ecclesiarū, Apostolicæ sedis nūcii & exequutores ac iudices. In causa q̄uertit &c.

Episcop⁹ Gracouieñ ad sedē apostolicam.

Legati in Poloniam.

Sententia legatorū Sedis apostolice.

CAPVT XVIII.

ANno 1339 rex Kazimirus facto generali conuentu omnium terrarum regni, in Graccouia pro festo sācti Stanislai in Maio, eo q̄ filium successorem non haberet, Ludouicū Karoli regis Hungariæ filium, & nepotem suum ex sorore germana regnaturum post se nominauit. Quum em̄ militum auxilia pro subsidio regni poloniæ a Karolo rege Hūgariæ, rex Kazimirus postularet. Interrogauit quid præmii pro talibus beneficiis rex Karolus habiturus esset. Kazimirus rex poloniæ, Lodouicum filium eius tanq̄ nepotem suum post se regnaturum renūciauit. Ob hoc Karolus rex Hungariæ filios suos, Andreā in Sicilia, Stephanū in Hungaria, & Lodouicū in Polonia regnare in aio destinauit, quod sic euenerat sed aliis mórte præoccupatis, Lodouic⁹ in Hūgaria & Polonia regnauit. Anna autē regina consorte sua, & filia Gedimini principis Lithuaniæ, eiusdē anni decimaoctaua mēsis Iunii in castro Graccoui: mortua atq; sepulta, & unicam filiam Elizabeth relinquente. Kazimirus rex cum certis Episcopis & magnificis

Lodouic⁹ Hūgarię designatur in regē Polonię.

et māgnificis personaliter septima mensis Iulii in Visségrod Hungariæ perueniens, præfatum Lodouicum regem poloniæ se absumpto, sub certis fœderibus ac conditionibus successurum oretenus designauit. Et nō duces Mazouiæ nec Oppolieñ. Anno uero domini 1340. Boleslao filio Troideni ducis Mazouiæ (qui Leopolieñ ducatū, & cæteras terras Russiæ iure propinq; tatis ex morte ducis Leopoliē: & Wladimiriē: nactus fuerat) nono kalēdas Aprilis, alias in die anunciationis Mariæ, ueneno per Ruthenos extincto, quoniā sectā eorum immutare conabatur, rex Kazimirus contractis copiis, concito cursu post octauas Paschæ, Leopolim obsedit, & per deditionē accepit. Clenodiaq; magni ualoris illic reperiēs, scilicet duas cruces aureas, notabili portione ligni dominici insignes, duo diademata, uniones, & lapides præciosos habētia, tunicam, & sellam auro & gemmis superba, in suum redegit ærarium, tandem Wladimiriā, tam arcem q̄ oppidum in suam ditionē redegit. Castrisq; Leopolieñ & Wladimirieñ ligneis exustis, ne ad rebellionē spectarēt, in Graccouiam rediit, & thesauro depósito ac spoliis, cum maiori potentia & exercitu ex omnibus terris contracto, in Russiam reuersus, terras Przemisslieñ, Halicieñ, Luceñ, Wladimirieñ, Sanoceñ, Lubaczow, Trebowla, Custan, aliaq; castra & ciuitates Russiæ, per uim aut ultro se dedētibus sub una expeditione, unaq; æstate accepit. Nec ab illo tempore a regis & regni Poloniæ obedientia Russia desciuit. Missisq; nunciis rex Kazimirus, ad Henricū Hassiæ Lantgrauiū, filiā eius Adleydā uirginē in coniugem, anno Christi 1341 pro festo sancti Michaelis accepit. Henricus autē Hassiæ Lātgrauius, qui sua præsentia personali Adleydam in Graccouiam adduxerat, duo milia marcarū tantūmō grossoꝝ Pragensiū pro dote se daturū inscripsit. Breuiq; rex Kazimirus Adleydam a facie sua, habens eam despectam relegauit. Et in curia regia oppidi Zarnouicz tanq̄ uiduam eam abunde in omnibus necessariis prouidebat. Ipse uero concubinis secundam pestiferam cōsuetudinem, aut incantationem utebatur. Propterea Henricus Lantgrauius Hassiæ, precibus suæ filiæ uictus, anno domini 1356, decimoctauo kalendas Octobris, Adleydam reginam cum omni suppellectili ad eam pertinēte, ex curia Zarnouieñ, per regem Kazimirum latere cocto murata, accepit, & in Hassiam rege Kazimiro & suis Capitaneis non prohibētibus deduxit. Vbi predicta regina non post longum tēpus diem obiit extremum. Magistro autem Prussiæ & ordine Cruciferorū censuras ecclesiasticas per Galhardū, & Petrum iudices Apostolicos, usq; ad sententiam interdicti inclusiue latas nō curantibus, & sola appellatione illudentibus, rex Kazimirus cum Magistro & ordine in Iuniwladislauia in die Mariæ Magdalenæ, anno domini 1343 p utramq; partem prestito iuramento, exceptis Episcopis Poloniæ qui iurare noluerunt, sub iniquis conditionibus pacem composuit, cessitq; de iure proprietate & titulo terrarum Pomeraniæ, Culmeñ & Michalouieñ, & de sigillo Maiestatis illum eradere se obligauit. Et terras Cuyauieñ, & Dobrzineñ, cum plenaria possessione accepit. Et pace cum Magistro cōfecta, eadē æstate contra ducem Henricum Zeganeñ, & fratres eius expeditionē cum plurimo apparatu ægit. Primumq; oppidū Wschowa obsidione cingens, demolitis ruptisq;

Boleslaus veneno a Ruthenis extinctus.

kazimirus Leopoli obsedit.

Expedicio kazimiri in Russiam.

Russię vltima dedicio.

kazimirus Adleydam Lantgrauij Thoringię duxit vxorem.

Adleyda regina moritur.

Pax cū ordine.

litis ruptiſq; muris conquiſiuit, & ipſam cum territorio regno Poloniæ reſtituit, prerogatiuam cudendi monetam eidem non abrogando. Deinde in ducatum Zeganeñ copias producens, caſtrum & oppidum Stinauiam in polonico Strzymawa appellatū, ſatis munitū expugnauit, & muros ſolo æquauit. Inſuper populationem in agros & uicos latius extendens, ad ciuitatē & caſtrum Zeganeñ exercitum promouit. Seroq; dux Zeganeñ Henricus temeritatem ſuam perpendens, pacem per caduceatores petiuit, rex autē humiliatione hoſtiū pacem fecit, & eam litteris confirmauit. Sequenti antē anno imperator Thartarorū ſecretis nunciis Daſzkonis, quem rex Kazimirus capitaneum Przemiſlieñ fecerat, & Danielis de Oſtrow inuitatus, ualidum exercitū ad uaſtādum Ruſſiam & Poloniā, & ad reſcindēdum imperium regis Kazimiri miſit. Rex autē raptim collectis copiis, in una fluminis Iſtulæ ripa, alteram Thartaris tenētibus, ne hoſtis fluuium ſuperaret locauit. Aliquot igitur diebus hinc inde proiectiones ex arcubus & baliſtis facientes diſceſſerunt Thartari, unico Alberto Czeleyo de Wrzaui & Sepnicza, palatino Sandomirieñ de domo Habdangk Thartarico telo percuſſo occumbēte. Predaſq; agentes, ad caſtrū Lublin uenerunt, quod tunc ligneū erat, non tamen expugnare ipſum ualuerunt. Ioannes cœcus rex Bohemiæ ſenio confectus, etiam duodecima menſis Iulii, anno domini 1345 in Czirzin āte Graccouiā uenit, & poſt duos dies repulſus. Alia hiſtoria habet poſt octo dies, a Graccouia uerſus Bohemiā cum paucis diſcedens, reliquū exercitum ſuum bifarie diuiſit, unūq; uerſus Lelow, alterum uerſus Ilkuſz uaſtatum ire Poloniam miſit, quos milites regis Kazimiri, qui uerſus Lelow in uilla Biala, & q uerſus Ilkuſz in uilla Pogonya conſequentes, diſiecerunt & proſtrauerunt. Plureſq; ex eis captiuantes, inter quos erat Hinek de Damb, Zaiecz, Ptaczek, Alſzo de Strambergk & cæteros uinctos regi Kazimiro preſentarunt. Cauſa aūt ingreſſionis Ioānis regis Bohe: uerſus Graccouiā, ablatio territorii Wſchowa, & incineratio ducatus Zeganeñ fuit. Bohemi autē referūt nō diſceſſiſſe regem eorum Ioānem cœcū, niſi manu tacta porta ciuitatis Graccouieñ ſecundum compactata.

Stinauia expugnatur.

Thartarorum incurſio.

Ioanni cœci Bohemię regis expedicio in poloniam.

CAPVT XIX.

kazimirus iura dedit.

POſtea ſāctiones pragmaticas, ſeu iura regni municipialia, quæ in hāc diem Poloni colunt & obſeruant, cōfecta & ordinata rex Kazimirus in conuentione generali, apud Viſliczam oppidum Sandomir: p dominica Letare tenta, anno domini 1347 pronunciauit, publicauit, & teneri precepit, quantū aūt ſint uiciata, quantumue in certis paſſibus legi diuinæ & humanæ contraueniāt, rectores polonorū ratione & intellectui uigentes, uideant, iudicent, & corrigāt. Anno item domini 1349. Comparato numeroſo exercitu rex Kazimirus, terras Ruſſiæ, caſtra & ciuitates, quæ nondum ſuo imperio parebāt, expugnauit, & ſubiugauit. Luczko, Brzeſcze, Chelm, & eorum uicinia in ſuam ditionē redegit. Hiſq; ſecūdis ſucceſſibus elatus, ad incōtinentiæ impacientiæq; peſtes diuertit. Et regina Adleyda cōſorte ſua, moribus honeſta, ſpreta cōcubinarū āplexibus publice utebatur, quarum greges in Opoczno, in Czchow, in Crzeczow & aliis locis

kazimirꝰ Ruſſiā expugnat & imperio ſubiugat.

aliis locis quaſi quaſdam turpitudinis officinas locauerat. Pontificumq; & Baronum ſuorum monita negligebat. Summi ergo Pontificis Clementis ſexti pape, ſeuero proceſſu, ſuggeſtione eccleſiæ polonice Preſulum, monitus eſt, ut omnibus concubinis relictis, in thoro continentiaq; coniugali permaneret. Sed & uillas Epiſcopales, Zloteñ poteſtatis prope Sādomiriam, uiolando libertates eccleſiaſticas per Ottonem de Pilcza, Palatinum & Capitaneum Sandomirieñ: de domo bipennium, tributis & laboribus ſeruire cogebat. Quam iniuriam Bodzantha Epiſcopus Graccoui: reſcindēs, primū Ottam de Pilcza, deinde regem Kazimirū cenſuris eccleſiaſticis percelluit. Ad quas exequendas Martinus Bariczka Vicarius eccleſiæ Graccouieñ: per Bodzantham Epiſcopum Gracco: miſſus erat. Tametſi rex Kazimirus iratus manus tunc a Bariczka contineret, expoſt tamen ſatellitum ſuorū ſuggeſtione inflammatus, prefatum Martinum Bariczka in die ſanctæ Luciæ comprehendi, & ſequenti nocte in flumine Iſtula per Cochanum familiarē ſuum ſuffocari mandauit. Poſt hoc deo puniente omnis proſperitas a rege Kazimiro & populo ſuo abſceſſit, & ſtirpem eius uindex iuſtus de regno poloniæ eiecit. Lithuani eteñ in terram Lukouieñ & Radomieñ, poſtea quoq; in Sandomirieñ: impetum fecerunt, & eas affligentes, raptam predam hominum & pecorū abduxerunt. Deinde uidentes ſibi impune Poloniæ uaſtationem prouenisſe, Lithuani cum Ruthenis & Thartaris āno Chriſti 1351 omnes uillas in circuitu Leopoli, ſpoliarunt, ac incendiis conſumpſerunt. Et q̄tuor terras notabiles uidelicet Belzeñ, Wladimirieñ, Chelmeñ, & Breſteñ, a regno poloniæ abſtraxerūt. Ob hoc rex Kazimirus habēs auxiliū & copias Lodouici regis Hūgariæ, grādem in Lithuanos ægit expeditionē, & Wladimirieñ: terram, caſtrūq; conquirēs, etiā Keyſtutonem ducem Lithuaniæ in quodam particulari certamine, cœſis Lithuanis, cœpit. Qui cum omnibus fratribus Lithuaniæ ducib9 & ſuis terris fidem ſe Chriſti ſuſcepturum iureiurándo promittens, a regibus comiter & honeſte detētus eſt, ſed reges deludens, nocte effugit. Fraterq; eius ſenior Olgerdus dux Lithuaniæ ſequēti anno promiſſionibus Thartaros euocauit, qui magna multitudine glomerati, terram Podoliæ regno poloniæ ſubiectam, uaria cœde & ſpoliis uaſtauerūt. Fuit autē Olgerdus pater & genitor Iagellonis, q factus rex Poloniæ, Wladiſlaus ſecundus fuit nuncupatus. Inſuper Lubardus dux Lithuaniæ ſecrete ad ciuitatem Halicieſem, quæ per Kazimirum tenebatur, ſeptima die Iulii, anno domini 1353 peruenies, induciis, inter regem Kazimirum & Lithuanos iureiurando firmatis, inique uiolatis, eam impugnauit, & magna multitudine ciuium atq; mercatorum occiſa, ciuitatē ſuccendens, cum ſpoliis ueloci fuga in Lithuaniam rediit. Predaq; in tuguriis depoſita, cū maioribus copiis uerſus Zauichoſt, nona die Septembris uenit, & uillas atq; rura in quatuor miliaribus a ſingulis partibus conſiſtentes, ſpoliis, cœde, & igne uaſtauit. Et anteq̄ milites Polonorum arma ſumerent, raptam predam in latibula Lithuanorum deduxit. Hæc mala propter ſcelera regis Kazimiri eſtimātur proueniſſe, maxime propter culpā in chriſtos domini Bodzātham Epiſcopum Gracco: & Martinum Bariczkam patratā, ad quam delendam āno

Delictum kazimiri.

Lithuanorum incurſio in Poloniam.

keyſtut dux Lithuanię.

Olgerdꝰ Lithuanię dux pater Iagellonis.

præcedenti

Pœnitencia kazimiri.

præcedenti scilicet 1352 Albricum Cancellarium Dobrzineñ, & Plebanum Bochneñ, rex Kazimirus ad Clemẽtem sextũ in Auinionẽ misit, simulq; ne Wratisla ecclesia a suo Gnezneñ metropolitano alienaretur. Karolus eñ Romanor& Bohemiæ rex, missis solennibus nũciis ad papam, Pragen Archiepiscopo eam subici deposcebat, Suscepitq;, sustulit, ac deuote rex Kazimirus omnes conditiones pœnitentiæ iniunctas peregit. Primum eñ ius libertatis uniuersis uillis ecclesiæ Graccouiẽ: reddidit. Ecclesiamq; Visliciẽ quadra & pollita petra sumptuoso opere, priori ecclesia humiles muros habente, demolita. Item ecclesiam sanctæ Mariæ Sandomiriẽ: Item Stobnicẽ: Szidlouien, in Zagoscz, & in Gargow ecclesias, in satisfactionem sceleris, & supplementũ pœnitentiæ pulchris muris formauit. Obtinuit etiã prefatus Albricus a summo Pontifice, ut per decimam quadriennalem uniuersus poloniæ clerus, contra subitos Lithuanorũ insultus subueniret. Obtinuit etiam ne ecclesia Wratis: a corpe Gnezneñ metropolitico scinderetur. Deducendo in consistorio Apostolico euidentibus probationibus a regibus & ducibus poloniæ eam fundatam & dotatam prout superius dictum est. Sub eo quoq; tempore Kazimirus rex Poloniæ certo priuilegio, ecclesiæ & dioceſi Graccen: concesso, omnes colonos & rusticos ad ducendum manipularem decimam, ad loca per dominos decimarũ electa, perpetuo esse astrictos decreuit. Considerãs quoq; rex Kazimirus pernicios as in Maydenburg ex regno poloniæ appellationes, fortunas atq; substãtias subditorum deuorantes. Ius supremum theutonicale in castro Gracen: annodomini 1356 constituit, aduocatum per solum regem eligendum. Septem uero Scabinos ex certis ciuitatibus Gracen: urbi uicinis, per procuratorem generalem Gracen: legẽdos cõmisit, & prouocationes ad Maydenburg peramplius fieri per patentes literas prohibuit, quarũ tenor sic incipit. In nomine domini amen. Quoniã humana conditio &c. Et quia eo anno 1356 regina Adleyda (per Henricũ Hassiæ Lantgrauium genitorem ipsius ex Zarnouiecz in Hassiam reducta) rebus humanis excesserat. Ideo anno sequẽti uidelicet 1357 rex Kazimirus terciam uxorem Heduigim uirginem, Henrici Glogouiensis ducis filiam, moribus & forma spectabilem sibi matrimonio collocauit.

Ius Theutonicum in castro Graccouien, in stitutum.

Appellatiões in Maydeburg prohibite.

CAPVT XX.

PRæterea orta contẽtione de principatu & successione in locum Stephani Moldauie Voyeuode, inter duos fratres Stephanum & Petrũ prefati Voyeuode filios. Petrus minor natu eo q; liberalioris esset ingenii, fauore maioris partis Valachorũ & subsidio Hungarorum, Stephanũ maiorem natu expulit. Is ad Kazimirũ regem poloniæ confugiens, se per illum in principatum restitui petiuit. Rex autem Kazimirus anno domini 1359 post diem apostolorũ Petri & Pauli cũ eo exercitum militum ex terris Gracen: Sandomiriẽ: Lublineñ, & Russiæ misit. Hi post aliquot fœlices particulares triũphos, siluã uastam, Plonini, a soliꝰtudine (eo q; profectum nõ ferat) dictam, in terra Sepeniceñ sitã, ingressi, arboribus succisis & subserratis ordinatiõe Petri minoris natu obruti sunt. Valachi siquidẽ arbores succisas impellentes, alia in aliã cadente, atq; uicinioꝛẽ

Poloni a Valachis cœsi.

præcipitante

præcipitãte, uiros, equos, armaq; sine bello attriuerũt & deuicerũt. Plurib9 exanimatis aliis in manibus pedibus ue aut alia pte corpis mutilatis. Cætera multitudo inopinato casu perculsa, in deditionem & captiuationẽ uenit. Ea clade Kazimiro nunciata, illico misit, qui omnes captiuos milites & uulgares redimerent, & facili ære redimerunt. Captus fuit in ea clade Sbigne9 de Olesznicza de domo Dabno, Sbignei Gardinalis & Episcopi Graccouien: auus, qui in diem mortis propter tibiarum uiolationem claudicauit. Nauogius de Tanczin, filius Andreæ de Tanczin palatini Gracen:, quum inter tumultus manus Valachor& effugisset, ex loco cladis Romam adiit, & se prefiniti ordinari disposuit. Et post in patriã reuersus, in decanum Graccouien: fuit promotus. Ea quoq; clade undecim signa capta fuere, regia seu terrestria tria Gracen: Sandomirien, & Leopolien. Militaria nouem uidelicet Bipennium, quod prefatus Nauogius erexerat. Alterum de Leliua. Tercium Vulpium, quartum Rauitarũ, quintum Griffonũ, sextum Srenieuitarũ, septimum Habdankonũ, octauum Volukossar&, nonum Streparum, tandem caristia & atroci fame in regno Poloniæ & uiciniis eius exorta. Anno domini 1362 rex Kazimirus horrea sua in singulis terris regni sui frugibus abundantia aperiri, & moderato preciõ uendi iussit. Proprii autẽ homines pecuniãs ad emendum non habentes, rerum cõmutatione aut labore, prestitum frumentum merebãtur. Castrorum & ciuitatum fabricas & muros, piscinarum & fossatorum aggeres & alueos, tum aquæ ductus & edificiorũ uariorũ structuras extendendo. Ex quibus illud memorabile fossatũ, quod a Graccouia uersus Bochnyã tendit, & flumine Istula in id immisso, ligna per id & sal trãduci destinabat, adhuc eminet & apparet. Anno autẽ domini 1363 bella parantes, Karolum imperatorem Romanorũ & regem Bohemorũ Lodouicũ Hungariæ, Kazimirũ Poloniæ, & Sigismundum Daciæ, reges. Eo q; imperator Karolus coram nunciis Lodouici regis Hũgariæ dixerat eius matrem parum pudicam. Vrbanus papa quintus, per religiosum fratrẽ Ioãnem ordinis minorum, prudentia ac eloquentia pollentem composuit. Is namq; prõ stabiliẽda inter reges pacẽ psuasit & induxit, ut illustrẽ uirginem Elizabeth Boguslai ducis Stolpeñ filiã, Kazimiri uero regis Poloni: ex filia Elizabeth neptem, ac Lodouici regis Hungariæ consobrinã, ex amitali sorore susceptã Karolo regi Romanorum & Bohemorum, cui tres coniuges Blanka, & Anna, atq; Mecellina breui discesserant, in uxorẽ despõsarent. Ad quod apostolicus nũcius (ita eñ per Karolum imperatorẽ rogatus erat) pro cardinali priuii diebus nuptias constituit. Ad futuram itaq; nuptiarum solennitatem, auus uirginis Kazimirus rex Poloniæ, uicinos reges & principes uidelicet Lodouicum Hungariæ nepotem suum Sigismũdum Daciæ & Petrum Cipri reges Othonem Bauariæ, Semouitum Mazouiæ, Boleslaum Sweidniceñ, filium sororis suæ, Wladislaum Oppolieñ, & cæteros principes corrogauit ac inuitauit. Rex Cipri per mare in Valachiam uectus, tandem in terras Russiæ Sigismũdus uero rex Daciæ in Stolpeñ ducatũ mari aduenies, cũ duce Stolpeñ affine suo & uirgine Elizabeth, sumptibus regis Kazimiri. Lodouic9 autem rex Hungariæ per Sandecz in Gracconiã aduenerunt. Tandem Karo-

Clades Polonorum.

Fames ualida:

Liberalitas regis.

Pax Heroum suscepta.

Nuptiæ insignes Graccouiæ Hospites. Imperator. Rex Hungariæ Rex Daciæ. Rex Cipri.

u rolo regi

rolo regi Bohemiæ & imperatori, quattuor reges, Hungariæ, Poloniæ, Daciæ, Cipri, cum principibus & multitudine copiosa ad unū miliare egredientes, accurrerunt, ipsum cum omni honore benigne excipientes. Dumq; urbi appropinquaret, uirgo Elizabeth cum patre duce Stolpensi in regio apparatu multis comitata uirginibus, Karolum futurum maritum excepit. Processiões deinde omnium ecclesiarum & statuum Gracco: ciuitatis subsequute, exceptione sua diem in uesperum prorogarunt. Regibus omnibus speciales thalami & habitationes purpuris & cortinis, auro, gemmis, & ostro, superbe in castro Gracco: decoratæ. Cæterisq; principibus & Baronibus honesta hospicia, omnib⁹ necessariis ad usum, uoluptatemq; hominum plenæ distributa, singulis nō solum uictualia largissima, sed etiā quæ cuiusq; postulasset priuata necessitas, in abundantia ultro largita sunt, & ultra necessaria omnium rerum in hospicia importata. In circo ciuitatis Gracco: in certis locis, dolia, uasaq; plena uino, & alia grano auenæ locata fuere. Ex quibus singuli hospites & inuitati pro libidine hauriebant. Tercia die aduentus Karoli imperatoris in Graccouiam, uirgo Elizabeth ducis Boguslai filia, in ecclesia maiori Gracco: præsentibus regibus, Iaroslao Archiepiscopo Gneznen uerba dicente, Karolo imperatori desponsata, & in matrimonium tradita est. Cui Kazimirus rex Poloniæ centum milia florenorū in dotem dedit. Instaurati sunt postea chorearum, hastarum, & plausuum ludi, reges principesq; rex Kazimirus delicatis cibis, opipare tractās, reficiebat, & post singula fercula omnibus diebus singulis regibus & hospitibus magni præcii munera misit. Vierzinek cōsul Gracco: genere nobilis, & natiōe Reneñ de domo & armis Lyagoda, omnium officiorum in curia regis gubernator. Introituūq; & pecuniarum regalium receptor ac dispēsator, quinq; regibus & uniuersis principibus, in domum suam ad prandium inuitatis. Impetrata a regibus licentia, ut iuxta proprium arbitrium, loca regibus distribueret. Kazimirū regem poloniæ primum, secundum Karolum Romanor⁹ & Bohemiæ regem, tercium Hungariæ, quartum Cipri, & ultimum Daciæ, reges locauit, ratione reddita, q̄ nulli magis q̄ domino suo Kazimiro pro immēsis beneficiis, ad

Virzineck theutonici magnificencia & liberalitas.

fauēdum amplissimum honorē obligaretur, quos cibariis delicatis reficiēs etiam unicuiq; excellentia munera inter prandendum obtulit. Verum Kazimiro regi poloniæ, aliis regibus inspectantibus quæ obtulit, tanta fuisse perhibentur, ut summam centum milium florenorū excederent. Diebus conuiuii (qui usq; in uigesimum diem differebātur) peractis. Firmata inter reges & principes amicitia, & icto perpetuæ pacis fœdere, sacramenti iuramento firmato, missis inter se muneribus, in regna principatus & dominia sua, Kazimiro per præfectos & prouisores suos, usq; quo proprias regiones contingerent necessaria administrante, discessi sunt

CAPVT XXI.

kazimiri in Lithuania bellum.

DEinde rex Kazimir⁹ ualido exercitu ex uniuerso regno Poloniæ generali expeditione contracto, anno domini 1366 post festum Ioannis baptistæ, terras per Lithuanos quindecim annis occupatas, recupauit, Bresteñ, Luceñ, Chelmeñ, & Belseñ. Sed dux Georgius

Georgius qui Belseñ terram occupabat, eam blandiciis, non hostem, sed feudalem se asseuerando, ementitus & sub fraude obtinuit. Ex eidē rex Kazimirus terram Chelmē: cum castro in administrationem dedit. Portionem uero terræ Wladimirieñ Alexādro duci Lithuaniæ, filio Keystutonis, & Olgerdi nepoti uiro expertæ sinceræq; fidei, in gubernationē commisit, & in Poloniā exercitum reduxit. Dum autē altera die post festum Natiuitatis Mariæ anno domini 1370 ceruum fugientem circa Przedborz uenando, auidius sequeretur collisus, adeo uehementer concussus, in tibia sinistra uulneratus, & febre correptus est, ut nō nisi in curru ueheretur, sed cura medicorum a febre liberatus, in Sādomiriam transiuit, & spretis medicorum, præsertim magistri Henrici de Colonia uiri conscientiosissimi consiliis, inordinate utendo fructibus, crapula, & balneo, in grauem recidiuam (iuxta quod præfatus Henricus medicus prænunciauerat) incidit. Senuēsq; morbum inualescere, uersus Graccouiam processit, dum quoq; in Ossek peruenire, magistri Mathei alterius medici assensu, cæteris medicis improbātibus, medonem bibēs, in fortiores febres deuenit. Cumq; penultima Octobris in Graccouiā adductus, ualidius ab ægritudine premeretur, medicis lōgam uitam dilatatis sermonibus portendentibus, rex se debiliorem intelligens, tercia die Nouembris accersitis in cubiculum Floriano Episcopo Gracco: & Wladislao duce Oppolieñ nepote suo, ex Elizabeth filia fororis suæ, per Lodouicum Hungariæ regem ad uisitandum regem Kazimirum misso, testamentū condidit. Duabus filiabus suis uirginibus Annæ & Heduigi, ex Heduigi filia Henrici Glogouien susceptis, omnia ornamenta lectorum, cortinas, & uelamenta de bisso, purpura, gemmis, margaritis, & lapidibus preciosis. Item omnes scultellas ex puro auro fabricatas. Item omnium uasorū iocaliū & clenodiorum de argento medietatem, reliquam uero medietatem Heduigi consorti suæ. Itē nepoti ex filia Elizabeth primi matrimonii Kazimiro filio Boguslai ducis Stetineñ, Siradieñ, Lancicieñ, & Dobrzineñ ducatus, & quattuor castra Crusuiciā, Bidgostiā, Balathow, & Valcz. Item ecclesiæ Gracco: crucem magnā auream, plurib⁹ gēmis & lapidibus ornatā, q̄ decē milibus florenor⁹ pensabatur. Item ecclesiæ Gneznen delatorium sacramenti uulgo monstrantiam dictū argenteū, deauratū, reliqis sanctor⁹ refertū, & bibliā decorā. Itē brachiū sancti Cosme in reseruaculo argenteo deaurato, ecclesiæ Posnaniē: Item Sbigneo Przedborio & Paccosslio filiis, Sbignei de Brzeze, oppidum regium Wlodzislaw cum aliquot uillis. Item duobus filiis suis naturalibus, Niemyerzē quem ex iudea susceperat, & Ioāni Bogucze, uillas Cuthaw, Iurznicz, & Drugnia, & alias uillas. Item Ioāni Zaclika castrum Miedzigorze in terra Sandomirieñ, Iaszkoni Zarowski Podgaye, Paulo Zlodzey Nyeklay, Et pluribus aliis aulicis & seruitoribus uillas, aduocatias, pecunias dedit & legauit. Exequutorē huiusmodi testamenti Ioannem de Strzelcze, Szuchiuilk cognominatum, Grzimalitam Decanum Gracco: & Cancellarium regni Poloniæ cōstituens. His itaq; cōpositis, sacramētis eucharistiæ & sacræ unctionis perceptis. In palacio inferiori amplo castri Graccoui: ad meridiē sito, feria tertia proxima ante festum sācti Leonardi, quæ fuit qnta Nouembris, anno

Egritudo kazimiri.

Testamentum pro sua p role

Kazimiri mors.

bris, ãno ætatis suæ sexãgesimo completo, circa ortũ solis, spiritũ deo reddidit, tercia autẽ die mortis suæ quæ fuit septima Nouembris, a tribus Pontificibus Iaroslao Gneznẽñ, Floriano Gracco: & Petro Lubucẽñ, a Wladislao duce Oppolienñ, & Baronum ac popularium frequẽti numero, in latere dextro prope maius altare in ecclesia Gracco: sepultus. Sepulchrũ successu temporis tabulis imaginibusq; marmoreis postea extructum ornatumq; est. At Semouitus Mazouiæ dux, morte Kazimiri audita, castra illico Ploczko, Rawa, Gostinin, Vissegrad, & Szochaczow accepit, & ea sibi appropriauit. Fuit autẽ rex Kazimirus, crassus & medius corpore, fronte uenerabilis, crine plurimo & crispo, barba promissa, uoce aliquãtulum balba, sed sonora. In comessatiões & uenerẽ, cæteraſq; uoluptates præceps, in patriã clemens, in subditos modestus, in mulieres intemperatus. Regnauit annis quadraginta, hiç ex omnibus regibus & principibus, quos unq̃ Polonia habuit, regnum Poloniæ magnificauit, templorum, castrorũ, ciuitatum, & curiatũ uaria structura. Castrum Gracco: palaciis, turribus, tectis, & picturis ornauit. Item ciuitatem Kazimiriam, Graccouiæ iunctam erexit, muro cinxit, & de suo nomine Kazimiriã uocauit. Item Vieliczkam, Skauinam, Ilkusſ, Bądzin, Lelow, Sandomiriã, Visliczam, Opoczno, Szidlow, Radom, Vaueln icza, Lublin, Stauissin, Caliſſ, Pisdri, Vielun, Konin, Lancicią, Piotrkow, Ploczko, Iuniwlodz, Leopolim, Sanok, Crosnam, Czchow muris cinxit. Itẽ castra & curias Posnanienñ, Kalissienñ, Sãdomiriẽ: Lublinẽ: Leopolienñ altius & inferius, Pisdreñ, Vieluneñ, Siradiẽ: Lanciciẽ: Ploceñ, quod murum habuit ipse aliũ addidit. In Kolo, Nyepolomicze, Szidlow, Bolesczauicz, Ostrzessow, Przemislienñ Lanczkoronã, Lelow, Bandzin, Ocecz, Crzepicze, Czorsten, Szeczechow, Solecz, Zauichost, nouæ ciuitatis dictũ Korcin, Konin, Nakel, Vielen, Miedzirzecz, Cruswicza, Zlothoria, Przedecz, Bidgostia Lubaczow, Trebowla, Halicz, Custan, Opoczno, Przisow, Rauense, Vissegrad, Przedborz, Brzesnicza. Item sacras ædes & templa, duas ecclesias in castro Gracco: uidelicet sancti Michaelis & sancti Georgii. Item hospitale in Stradomya. Item Sandomiriẽ: & Vislicienñ collegiatas. In Stobnicza, Szidlow, Lapszicze, Kargow, Niepolomicze, Solecz, Opoczno, Korczin, sancti Stanislai in rupella. Item testudinem ecclesiæ Graccoui: Cathedralis stellis deauratis decorauit, & chorum eius plumbo texit, In eadẽ cathedrali sacellũ assũptionis beatæ Mariæ, & alid' apd' prædicatores cõstruxit & exornauit. Item monasteria in Piotrkow, Lancicia, Noua ciuitate Korczin & alia construxit, picturis tectisq; decorauit. Ac eisdem ecclesiis & monasteriis, calices. cruces, & libros, iuxta magnificẽtiam regiam donauit. Item in circo Gracco: palacium cum officinis ad uendendum pannos & mercantias, uulgariter pannicidiũ nũcupatũ. Et hortũ ferarum uulgo ferale alias terithrophium appellatum hodie demolitum, cuius ruinas & portiones cum altissimis arboribus ante ingressum adolescentiæ meæ præueni & perspexi, nunc indiciis eorum non apparentibus, cõdidit ac muro extruxit. Et quicquid polonia in castris, ciuitatibus, ecclesiis, curiis, muratum continet, id pro maiori parte ab ipso Kazimiro, & suis sumptibus est perfectum. Et licet ipse incontinens fuerit

Benegesta eius memoratu digna.

Extructiones. Ciuitatum, castrorum, templorum, hospitalium.

Emporium.

Ferale.

tinens fuerit. Clericos tamen bonæ conuersationis & castos plurimũ dilexit. Eisq; prælaturas ac beneficia ecclesiarũ, de infima plebe existentibus, ultra nobiles & seruitores suos conferebat. Omnes peculiari cura spirituales adhortando, ut circa suas ecclesias residentiam facerẽt personalem. Colonis & subditis agrestibus, a nobilibus & militaribus ne fierent oppressiones & iniuriæ, summe prouidebat. Fures & prædones etiam quãtumcũq; fuissent nobiles, suspendi, decollari, uel alia nece interimere iubebat, humanas minitationes non metuens. Calumniatores uero si quospiam reperit, ferro ignito in facie aduri mandauit. Exempto quãdoq; maiori nummo, homini uillano de suo heroa querenti monuit, ut ignili comparato & silice in campo reperto, si aliter non daretur, incẽdio se ultum iret, tradidit. Eaq; licentia multorum militariũ, substãtias suorũ subiectorũ per iniuriã expilantiũ, refrenauit.

Canonica Prælatorũ electio.

CAPVT XXII.

ANno domini 1335 ingens multitudo locustarum per turmas & turmas diuisa, in Poloniam spicis luxuriantibus uenit. In ea frequentia & spissitudine, ut radios solis obumbraret, & tanta altitudine, ut ungulas equorum excederet. Abraserunt ubicumq; descenderunt suo morsu, frumenta, herbas & gramina. Post locustas, ualidissimus uentus, uniuersum poloniæ regnũ concutiens, domus & arbores euertẽs, incepit & superuenit, uigesimanona Septembris, & pluribus diebus durauit. Eodem anno tredecima mensis Iulii. Boleslaus dux Bregeñ, monasterium ordinis fratrum minorum in oppido suo Brega fũdauit, quod Nankerus Episcopus Wratislauiæ auctoritate Ioannis papæ uigesimi secundi, in anno sequenti uigesimanona mensis Iulii confirmauit. Eodem anno mortuo Luthero de Brũswigk magistro Prussiæ, Theodricus de Aldemburgk Marsalcus, Saxo genere, a captiuitate polonica liberat⁹, in Magistrum successit. Anno domini 1336. Przemislaus Rathiborienñ & Oppauienñ dux, monasteriũ sanctimonialium ordinis prædicatorum in ecclesia sanctispiritus in Rathibor fundauit, deditq; illi pro dote uillas ducales, molendina, & plures libertates. Processu autem tẽporis Eufemia alias Offka princeps Mazouiæ pro eodẽ monasterio oppidum Iauorow cum septem uillis coemit, quod & quas Nicolaus dux Rathiborienñ filius Ianussii uiolenter occupauit, & sibi appropriauit. Filiiq; sui Venceslaus & Ianussius haud secus q̃ hereditaria spretis apostolicis censuris inter se diuiserunt. Boleslaus Bregeñ & Legniceñ dux, prodige uiuendo fere omnia consumpsit, ut decætero unde se aleret nõ haberet. Mortua interim sua consorte Margaretha, filia Venceslai regis Bohemiæ, aliam de Graccouia Katherinam anno domini 1336 superduxit. Doteq; per eam allata, Bregam & Olauiam redemit, & in Brega suũ domicilium cõstituit, terram autẽ Legniceñ uariis pecuniarum summis grauatã, filiis suis Vẽceslao & Lodouico dedit, ut sibi quantum scirẽt consulerent. Qui suffragio a militaribus & agrestibus petito & obtẽto, Legniceñ terram a creditoribus liberauerunt. Nonnullis creditoribus conditionem eorũ miserantibus, suarũ pecuniarum portionẽ remittentibus. Anno quo supra tricesimosexto supra mille tricentos, sedecimo kalendas Nouembris duces Lithuaniæ, filii Gedimini,

Locustę in Polonia.

Monasterium Bregeñ erigit.

Theodricus de Aldemburgk magister Prus: Monasterium in Ratibor fundatur.

mini, Olgerth, Keyſtut, Koributh, Patrikyg, Lubardus, Szuriwil, Büthaw Mazouiam ingreſſi (q̄uis affinitatem & pacem cum ducibus Mazouiæ iū/xerant & firmauerant) eam hoſtiliter prædati ſunt, & exuſſerunt. Et pluſq̄ mille ducentos chriſtianos & pecora in Lithuaniā abduxerunt. Eodem anno aduenīente exercitu ex Almania in Pruſſiam, in quo erant Margrabius Brā denburgeñ, Comes de Namē, & Comes de Hennēbergk, in terras Lithuano rum ingreſſi ſunt, & caſtꝝ Pullen oppugnauerūt, in quod Lithuani ad quat tuor milia hominum, cū coniugibus, pignoribus, & fortunis confluxerāt. Et q̄q̄ Lithuani probe reſtitiſſent, tamen caſtrū ex frequenti proiectione ma/chinarū dirutū & expugnatū iri uidentes, in caſtri medio rogo extructo, om nes fortunas ſuas & ſubſtantias incenderunt. Coniugibuſq; & paruulis truci datis, iugulum præfecto caſtri omnes præbuerūt, ne uiui in hoſtium manus uenirent. Et chriſtiani caſtrum irrumpentes, paucos ex tanto numero ſu/perſtites reperierunt, & hos aut necarunt aut captiuarunt. Caſtro incenſo & funditus demolito, regioneq; in circuitu uaſtata, in Pruſſiam redierunt. An/no domini 1337. Ioannes rex Bohemiæ, caſtrum Mielicz ſibi dari mandauit quod Nankerus Epiſcopus Wratiſ: tanq̄ uir Heroicus denegauit. Ob hoc Ioānes rex Bohemiæ miſſo exercitu, caſtꝝ Mielicz obſidione cinxit, & quū eius expugnatio difficilior uideretur, uafricie ſolita uſus, ad Hēricū de Virb na Archidiaconū & Canonicū Wratiſla: adminiſtratorem caſtri, familiares & notos cum lagenis uini meri, ſciens eum ad potationes uinorū auidum & inclinatum, miſit. Quūq; inebriatum tum blandiciis, tum terroribus, de reſi gnatione caſtri requirerent, Hēricus Archidiaconus uir pauidus nulla eum neceſſitate ſtringente, caſtrum Mielicz reſignauit, & de ipſo exceſſit. Nanke rus ergo per litteras, ablatum caſtrum reſtitui eccleſiæ apud Ioānem regem laborauit. Quo abnuente totam dioceſim Wratiſla: interdicto ſuppoſuit. At ubi Ioannes rex Bohemiæ Wratiſlauiam aduenīſſet, plures ſuper caſtri Mielicz reſtitutione interponebātur tractatus, quos dum uideret Nankerus in irritum cedere. Cum quattuor tantummodo Prælatis & Canonicis, cæte ris metu ſe ſubtrahētibus, uidelicet Apeczkone Scolaſtico, qui poſtea in Lu buceñ Epiſcopum fuit promotus, Othone de Domy, Cunczkone de Szal/kow, & Petro de Bitkow, in monaſterio minorū ſancti Iacobi regem in par/ua ſtubella refectorio proxima ſe continentem, geſtans in collo ſtolam, & in pectore crucem, intrepide acceſſit. Inquiēs, moneo te domine rex primo, itē ſecundo, item tercio & peremptorie, ut caſtrum Mielicz a te uiolenter occu patum, mihi & eccleſiæ meæ Wratiſla: reddas. Denegāte autē rege reſtitu/tionem, tum Nankerus cruce in manu cum ligno dominico accepta. Aucto/ritate inquit omnipotentis dei, te uelut eccleſiaſticorum bonoꝝ inuaſorē ex/cōmunico, excōmunicatumq; denūcio, in nomine patris & filii & ſpirituſſan cti amen. Ioannes rex in furorem uerſus, q̄ temerarius eſt inquit iſte Pop, id eſt ſacerdos, querit ſui interfectorem. At ego a ſanguine ſuo me continebo. Egredientem a conſpectu regis Epiſcopum, Conſules Wratiſlauiēſes carpe bant, q̄ aliis uiis neglectis regem excōmunicauerit. At ille ego uos conſilia/rios & adiutores ſuos, eadē auctoritate dei omnipotentis qua & regē ueſtrū excomumnico

Lithuania va/ſtata.

Cruciferorum victoria.

Caſtrum Mielicz obſidione cingitur.

Nancker⁹ Epiſcopus Caſtrū repetit.

excōmunico, & excommunicatos decerno. Sed neq; rex ūeſter glorietur ſe fore regem, quū magis regulus q̄ rex ſit extimādus. His uerbis rex, durius q̄ cenſuris ſe leſum exiſtimās, nuncios ad Epiſcopū Nankerū miſit, utqua ex cauſa regem Bohemiæ putaret regulum, non regē appellandum ediſſereret Quibus Epiſcopus, qui in ſuo regno Metropolitano caret, & in coronatione ſua, præce & præcio aliarum nationū Archiepiſcopos cōducit, regulus eſt, & inter omnes Catholicos reges minimus. Sugillatio huiuſmodi Ioānem re gem Bohemiæ adeo mouit irritauitq;, ut ex Prageñ eccleſia metropolitanā creari temporis proceſſu procurauit. Poſt triduum diſcedens Nankerus in Niſſam cum omni clero ſæculari & regulari, quem rex quia appellationi a ſe factæ non adherebat eiciendum mandauit, Et omnes eccleſias obſerari iuſſit. Rege autem mandante & ciuibus Wratiſlauien: eccleſiis per uio/lētiā patefactis, celebrare diuina præſbiteri uagi & diſcoli cœperūt, populo autē cōmuni faſtidiente eccleſias ingredi, compellebatur a lictoribus & recu ſantibus ueſtes detrahebātur. Poſt alias tandem maiores cenſuras, tam in re gem Ioānem q̄ conſiliarios eius & ciues Wratiſla: latas, rex furore plenus, bona temporalia Epiſcopi, ac omnium eccleſiarū & monaſteriorū ducibus Sleſiæ occupare iuſſit, ſed omnibus aliis iuſſionem deteſtantibus. Boleſlaus Bregenſis dux, inopiæ ſuæ ſuccurſurus, oppida, uillas, decimas & introitus omnium eccleſiarum in ſuo ducatu Bregeñ inuaſit & diripuit. Pro quo ipſe & terra ſua, quod longo tempore pertulit, ſuppoſita interdicto fuit. Sūmus Pontifex Benedictus duodecimus etiā confirmauit & aggrauauit ſentēcias Nankeri Epiſcopi. Nec prius reſpondit ſe Ioanni regi requirēti & petenti ab ſolutionem impēſurum, donec de caſtro Mielicz cœderet, & bonorum eccle ſiæ plenam faceret reſtitutionē. Sed rege aliquot annis cum ciuibus Wrati lauieñ anathema tollerante, eccleſia Wratiſla: direptionē eccleſiaſticorum introituum pertulit.

Eccleſia Pra/geñ Metropo/litana facta.

Bona Epiſcō/pi occupata.

CAPVT XXIII.

ANnō quo ſupra in feſto ſanctæ Heduigis. Lithuani furtiuis itine ribus Mazouiā ingreſſi, Polthowſk & Czechanow oppida cū uiciniis eorum uaſtauerunt. Et plures mortales in Lithuaniā ab ducebāt, quos milites Mazouiæ inſequentes, prædam & capti uos exuſſerūt, & Lithuani fugierunt, pluribus ex eis in flumine Narew, pre ſertim qui ſarcinas non abiecerant, ſuffocatis. Anno Chriſti 1337. Thartari cum Ruthenis caſtrū Lublin, duodecim diebus obſidētes impugnabāt. Sed principe Thartarorum ſagitta ex caſtro miſſa, occiſo, ſtatim cū magno cla/more receſſerūt. Anno domini 1339. Monaſterium fratrū minorum ſub titu lo ſancti Staniſlai Kazimirus rex Poloniæ in ſuo regio oppido Kaliſz funda uit, & muro coctili erexit. Eodem anno Theodricus de Aldemburgk mag/iſter Pruſſiæ habens in ſuo comitatu Comitē, Palatinum Rheni, & fortē ex/ercitum ex Almanis congregatum, Lithuaniam hyeme ingreſſus, caſtrū Vi elunya cinxit. Verum quum omnes ſuos conatus in irritum recidere uideret, in Pruſſiam redire coactus eſt. Et in æſtate cum multis forenſibus Lithuaniā ingrediēs, eam uaſtauit, & multos captiuos duxit. Tres quoq; aggeres & to

Ingreſſus Lithuanorum in Mazouiam

Caſtrum Lub lin impugnat.

Monaſterium in kaliſz funda tur.

Lithuania vaſtatur.

tidem alueos seu ãquæ ductus, quibus Barbarorũ clandestina in terras Prussiæ arceretur inuasio disposuit. Anno domini 1340 die uigesimaquinta Marcii. In antiqua Wladislauia in monte, nouus chorus per Mathiã episcopum Wladislauien iactus & iniciatus est. Cui processu tẽporis & corpus superaddidit pulchro opere. Anno quo supra octaua die Septẽbris. Lithuani cũ suis ducibus in magna multitudine terras Mazouiæ uastarunt, nulloq; resistentiam opponente, captiuos abduxerunt. Eodem anno relicta Wladislai Loktek, Heduigis & genitrix Kazimiri secundi in Sandeceñ monasterio tumulatur, Kazimiro rege iusta funeri magnifico sumptu persoluente. Anno domini 1341 decima mensis Aprilis, quæ in parasceue cadebat, mortuus est in oppido Nissa Nankerus Episcopus Wratisla: plenus bonis operibus, & in ecclesia Wratis: sepultus. In morte eius quædam religiosa fœmina suauissimũ audiuit cantum. Cui reuelatum est, animam Nãkeri Episcopi Wratislauien ab ãgelis in cœlum deferri, fertur sub ordinatione Ioãnis regis & Comitis de Luczembergk ueneno propinato mortem uiolentã incidisse. Fertur quoq; hic Episcopus miræ deuotionis ac magnæ abstinentiæ fuisse. Et missas quotquot legi poterant, in ecclesia in qua aderat audiuisse, & ad quamlibet eaꝝ speciale oblationẽ obtulisse. Fertur etiã singulis ãnis, certam sũmã pecuniæ uicariis ecclesiæ Gracco: pro annua strena (uulgo colũbatione) de Wratisla: misisse. Eodẽ anno qndecima mensis Iunii, Theodricus de Aldẽburg Magister Prussiæ in Thorun, in præsentia Karoli Marchionis Morauiæ filii Ioannis regis Bohemiæ mortuus est. Cui Lutherus Commendator maior alias Ludolfus Konigk natiõe Saxo successit. Anno domini 1342 decimoseptimo kalendas Augusti, alias feria tercia post Margarethæ. Karolo rege Hũgariæ in castro Vissegrod rebus humanis exempto, & in alba regali condito. Lodouicus filius eius, ætatis agens ãnum decimumseptimũ, in regem Hungariæ, dominico die ante festũ sancti Iacobi, alias duodecimo kalendas Augusti per Chanadinum Archiepiscopum Strigonieñ, assistentibus ei Wladislao Quinq; ecclesieñ, Nicolao Agrieñ, Mieczlauo Vespimeñ, Colomãno Iaurieñ, Petro Sermieñ, Vito Nitrieñ, & Laurentio Bosneñ, Episcopis, & Baronum ac nobiliũ multitudine copiosa coronatus est. Eodem anno Przeczlaus de Pogorzelecz successor Nãkeri in episcopatu Wratisla: per Benedictũ papam 12. confirmatus & cõsecratus, ex curia Romana reuersus in Nissam uenit, ubi ad illum Karolo Marchione Morauiæ, filio Ioannis de Luczemburgk regis Bohemiæ ueniente, reconciliationẽ cum eo æquis cõditionibus super interdicto composuit. Eoq; ex Nissa in Wratislauiã diuertente & Karolo Marchione eũ cõcomitante, consules ac iurati Wratisla: pedibus nudati ac capitibus, palliis quoq; & cingulis ammotis, ex prætorio usq; ad monasterium sancti Adalberti uenerunt, & prostrati, culpaq; simpliciter recognita, ueniã suppliciter deposcebãt, p plures execrationes astringẽtes se nunq; simili rebellione ecclesiam Wratisla: molestaturos, unde & interdictũ sustulit. Verum digna plaga, indignam expulsionẽ Episcopi ac cleri & cœdem Ioãnis inquisitoris Wratis: ultura, repente superuenit. Casuali eñ igne octaua die Maii alias in octaua sancti Stanislai in Wratislauia exorto, tota

ciuitas

Nankerus Episcopus Nisse mortuus.

Mors Theodrici de Aldenburgk.

Ludolfus konig mag: Prus: karolus rex Hungariç mortuus.

Ludouicus in Regem coronatus.

wratislauia cõflagrata.

ciuitas conflagrata est. Visusq; est tempore incendii a quadã relligiosa fœmina, apud sanctum Mauricium extra muros Wratisla: inclusa, angelus contra ciuitatem exertũ gestãs gladium, & ardentibus carbonibus ciuitatem seriens & incendens. Eodem anno Lithuani in numeroso exercitu Prussiam ingressi, fere uniuersam spoliis, cœdibusq; & captiuitatibus implerunt. Magistro Luthero in expeditione contra nouam Marchiã, quã sibi gestiebat subiicere occupato, & suis defensionẽ non ferente, Qui reuersus tanta cõsternatione de suorum cœde & captiuitate ãgustiatus est, ut sensu ammisso, delirus & amens fieret. In cuius locum Henricus Dusemer suffectus est. Anno domini 1343 in festo sancti Mathiæ quod in carnispriuium cadebat, nuptiæ per Kazimirũ regẽ Poloniæ in ciuitate Posnanieñ cum magna solennitate celebrate sunt. Boguslao duci Stetineñ filiã suam uirginem Elizabeth, ex Anna prima cõiuge, Gedimini ducis Lithuaniæ filia, desponsando. Eidẽ uiginti milia marcarum latorũ grossorum Prageñ, & supellectilẽ in uasis aureis & argenteis, equis & uestibus pro dotalibus assignando. Et uicissim contra quoscũq; hostes & signanter contra fratres Cruciferos de Prussia, quadringentis galeis armatorum regi & regno poloniæ personali auxilio Boguslaum & germanos eius Baruin & Varcislaum obligando. Eodem anno Lodouicus Hungariæ, Ioannes Luczemburgeñ Bohemiæ reges, Karolus filius eius Marchio Morauiæ. Item Comes de Halles, & alii q̃plures illustres uiri, in Prussiam cũ eorũ potentiis aduenerunt. Atq; cũ Magistro Prussiæ in Lithuaniã descẽderunt. Lithuani autẽ interim quo eoꝝ terra uastabatur, cum omni potentia in terrã Zambiẽsem & in Liuoniã perrexerũt, & eas grassabant. Magistro Liuoniæ absente et Samagittas oppugnante, Quæ uarietas adeo reges afflixit, ut Magistrũ conuiciarentur tanq̃ huius pessimi euentus auctorem. Anno domini 1344. Hacten⁹ ecclesiam Prageñ Episcopalem & suffraganeam Maguntineñ Archiepiscopo, in Archiepiscopalem & metropoliticã Luthomislieñ uero quæ Abbacialis seu conuentualis sancti Benedicti fuerat, exclusis monachis in Cathedralem Ioãnes cœcus Bohemiæ rex Philippo Frãciæ rege enixius factum adiuuante, per Clementem papam sextum, ultima die Aprilis in Auinione permutari procurauit. Et Arnestum Prageñ tunc Episcopũ Archiepiscopali & pallii honore insigniri, Olomunceñq; in suffraganeam adiici obtinuit. Sed Wratisla: quam successu temporis Karolus Romanorũ & Bohemiæ rex, Prageñ Archiepiscopo subiici deposcebat. Impediente uero Kazimiro rege Poloniæ, tanq̃ a regibus Poloniæ fundatam & dotatam obtinere non potuit.

Lithuani Prussiam uastant.

Henricus Dusemer magister Prussiæ.

Nuptiæ Boguslai ducis Stetinensis.

Vicissitudo spoliorum.

CAPVT XXIIII.

ANno domini 1345. Hẽricus Dusemer magister Prussiæ, habẽs in suo comitatu milites Hungariæ & Bohemiæ, item Marchionem Holandiæ, kalendis Marciis, expeditionem in Lithuanos ægit, sed parum proficiens, tũ quia Lithuani in castris & nemoribus delitescebãt, tum quia lubricitas terræ ex resolutione & glaciebus acciderat, in Prussiã redire coactus est. Anno domini 1346 Ioannes Lodza Episcopus Posnanieñ uita excessit mortali, in ecclesia Posnanieñ sepultus. Is cõposuit

Ioannes Lodza Episcop⁹ Posnanieñ mortuus.

posuit antiphonam Lux clarescit in uia. Sequentiã de assumptione quæ incipit, Salue salutis ianua. Item sequentiam de sancto Adalberto, in laudem sancti Præsulis, Item sequentiã de sancto Petro, Tu es petrus, Item sequentiam de sancto Paulo, hæ sequentiæ in ecclesia Posnanien decantantur. Eodẽ anno Ioannes cœcus Bohemiæ rex, Philippo Francorũ regi affini suo. Contra Eduardum Anglorũ regem Franciæ regnum oppugnantẽ, forti congesto exercitu auxilia ferens, in hostes densiores inductus & insiliens, occisus est, Philippo rege Franciæ cum filio & rege Nauarre terga uertentibus. Relatusq; Ioannes rex Bohemiæ in Luczẽburgk in ecclesia maiori sepultus est. Et Karolus filius eius in regem Bohemiæ est suffectus. Eodem anno in hyeme Hẽricus Dusemer magister Prussiæ Lithuaniam ingressus, cum agmine ad quadraginta milia estimato, eam crudeliter uastauit. Olgerdus autẽ Lithuaniæ dux, habẽs secum copias Smolnensiũ, Polocensium, & Ruthenorum, in die Purificatiõis cũ magistro & exercitu eius cõflixit. Et maxima cœde utrimq; edita, Lithuani & Rutheni succubuerunt. Duo de uiginti milia Lithuanorũ & Ruthenorum cœsa referuntur. Magister & Cruciferi spoliis potiti, in propria reuersi, in signũ obtẽtæ uictoriæ monasterium uirginũ in Konigsbergk dotarunt. Estate uero adueniente, nouo instaurato exercitu, alteram in Lithuanos Henricus Dusemer expeditionẽ ægit, & castrum Vielunya obsidione cingens & conquirẽs conflagrauit. Populatisq; uicis & uillis incensis, spolia fetens & captiuos, in Prussiam rediit. Olgerdus uero dux Lithuaniæ, ualido cõgregato exercitu, in terram Zambien ex improuiso irruit, & aliquot milia christianorũ promiscui sexus captiua abduxit. Quidam nequã & famelici latrunculi, sub octauis corporis Christi, anno domini 1347 de ecclesia parrochiali omniũ sanctorũ in Graccouia delatoriũ diuinissimi sacramẽti (uulgo monstrantiã) furati sũt. Compertoq; q̃ esset ærea, illam in paludem Mothe arbustis plenam, ab ecclesia sancti Laurencii nunc in Kazimiria extantẽ proiecerunt, tunc aũt ecclesia parrochiali in uilla Bauol, ad proprietatẽ Capituli Gracco: pertinente nec longe distãtem. Et quum plures mortales luminaria die noctuq; in palude relucentia uiderent, ad Pontificem Gracco: eiusq; uenerabile Capitulum, ac deinde ad regẽ Kazimirũ, rem tanq̃ prodigiosam pertulere. Qui processionibus totius urbis ordinatis, triduano prius ieiunio indicto & exacto. Cum hymnis & uexillis paludem adeũtes, delatorium cum sacramento diuinissimo acceperunt, & illud ad ecclesiam omnium sanctorũ unde erat ablatũ retulerunt. Excellentissimus autẽ rex Kazimirus in loco inuentionis tam ineffabilis sacramẽti, q̃uis scenoso & paludinoso, ecclesiam in honorem & titulum corporis Christi se fundaturũ uouit. Nec mora ãno altero nobilẽ chorum & sacrarium cocto latere iniciauit & consumauit. Parrochia quam ex antiquo ecclesia sancti Laurencii habebat ei adiuncta, calicibusq; ac apparatib9, crucib9, cæterisq; clenodiis munificẽtia regia adornauit. Et titulum corporis Christi, quo ecclesia sancti Frãcisci a prima sui fundatione illustrata fuerat, fratribus minoribus præcio præcibusq; contentatis, ut solidior sua fundatio permaneret, abrogari & extingui procurauit. Villa quoq; Bauol in suam ditionẽ & proprietatem traducta. Oppidum de suo

Ioannes rex Bohemiæ mortuus.

Lithuania vastata.

Cruciferorum victoria.

Fũdatio Ecclesiæ corpis Christi in kazimiria.

dum de suo nomine Kazimiria nuncupatũ, processu temporis muris cõmunit. Amplius monasterium insigne, in decus sanctæ Margarhæ & Catharinæ, in quo sunt fratres heremitæ ordinis sancti Augustini constituit. Chorũ ecclesiæ eiusdem monasterii magnifico & liberali sumptu usq; ad integrum cum sacrario muro coctili & excelso locauit. Et prosũdato annulos quos ferebat, in iactu fundationis & primi lapidis posuit. Exposit autẽ deuotio fidelium corpus ecclesiæ cum sacellis adiecit. Anno domini 1348 Henricus Dusemer, uno lustro in magisterio Prussiæ exacto, mortuꝰ est. Et in die Epiphaniarũ Venrich de Kniprode, Cõmendator generalis in magistrũ substituitur Qui in Lithuaniã cum exercitu copioso ingressus, districtum Pastrim cœde, spoliis, ac flamma uastauit, & cum captiuis ac spoliis in Prussiã rediit. Cuiꝰ uestigia Lithuaniæ dux Olgerdus, cum fratribus Keystut, Patrikyg, & aliis sequutꝰ, exercitu catholico dispersо, in Prussiam irrupit. Et crudeli cœde in christianos, nullo ferente subsidium, debachatus, spoliis onustus, & septingẽtos homines ducens, in Lithuaniã reuersus est. Nec multopost, dux de Smolensko cum nouis Ruthenorũ & Lithuanoꝝ copiis Prussiam circa Labiow ingressus, singula in circuitu igne, ferro, & uastitate compleuit. Cõmendator autẽ de Labiow, copiis suis longe imparibus cum ipso conflixit, & uictoria Cruciferis cessit. Lithuani autẽ & Rutheni cum suo duce in fugam acti, dum flumen ad quod pugnabatur more tumultuario superare contenderunt, plures illic ab undis q̃ ab hostibus suffocati sunt. Sed & ipse Smolnensis dux in eodẽ flumine submersus, celebriorem uictoriam apud christianos effecit.

Ecclesia S. Catherinæ.

Henricus Dusemer mortuꝰ.

Venrich de Kniprode magister Prussiæ.

Lithuania vastatur.

Prussia vastatur.

Cruciferorum victoria.

CAPVT XXV.

ANno domini 1349 Venrich magister Prussiæ cum quadraginta milibus armatorũ, qui de Francia & Anglia uenerant, Lithuaniam ingressus, omnem sexũ passim occidẽs uastauit. Et dum spoliis onustus rediret, dux Lithuanicus Keystut, uigesimaquarta Ianuarii pugnam cũ eo conseruit. In qua de Lithuanis & Ruthenis decemocto milia ceciderunt. De Cruciferis Gerardus de Stegin Cõmendator Gedaneñ. Item Cõmendator Gobiensis, item sex fratres de ordine, quinquaginta milites & plures alii equestris & pedestris ordinis pugnatores. Eiusdem anni æstate Kazimirus rex monasterium Mogila a suo fundatore Iwone de Konske, Episcopo Gracco: inconsumatũ consumauit. Murum meridiem uersus consumãs, tectum superimponens, & testudines a turri usq; in occidentẽ, & transuersales perficiens. Hic annus pestifer apud Polonos erat. Anno domini 1353 Kazimirus rex Poloniæ, propter furtiuas incursiones Lithuanorũ, ciuitatẽ Ploceñ coctili muro & castrũ altero superaddito eo anno muro muniuit. Eodem anno Olgerd, Keystut, & Patrikyg duces Lithuaniæ, congesto exercitu, cladem circa Labiow acceptam ulturi, terram Prussiæ circa Refil ingredientes feritate barbarica seuiẽdo, singula uastauerunt, populationeq; latius extensa, multis trucidatis mortalibus & plurimis captis, nullam resistentiam passi, Lithuaniam redierunt. A uno quo supra uigesima die mensis Iunii, uirginem Elizabeth filiam Stephani regis Bosnæ, quem Husupusban uocabant, summo Pontifice permittente, Lodouicus rex Hungariæ, matri-

Cruciferorum victoria.

Monasterium Mogila consummatum est.

Pestis.

Prussia vastatur.

monialiter

monialiter accepit. Genuerat ſiquidē præfatā Ludouici nūptam, Elizabeth filia Kazimiri ducis Gniewkouieñ, ſoror patruelis germana Elizabeth antiquioris reginæ Hungariæ, Karoli relictæ, unde Lodouicū regem quarta cōſanguineitatis linea contingebat. Eodem anno ſabbato in uigilia Pentheco-

Nix in vigilia Penthecoſtes.

ſtes, ſubito immenſis frigoribus coortis, nix ualida duorū cubitorum inſperate decidit & deſcendit, uſq; in diem ſextam ſine reſolutione durans, pauentibus agricolis frumentorū deſtructionē ſexta die niuoſus imber reſolutus, terram rore ſuauiſſimo rigauit & fœcūdauit. Anno domini 1354 Lithuaniæ duces Olgerd, Keyſtut, Patrikyg, & Skigello, in Pruſſiam circa Vartemberk

Pruſſia vaſtat.

ingreſſi, tectis & uicis incenſis, ſenibus & impuberibus necatis. Vinricho de Kniprode magiſtro Pruſſiæ, cum multitudine Barbarorū, decernere non audente, in Lithuaniā cū captiuis & pecoribus reuerſi ſunt. Anno domini 1355 in die Ioannis apoſtoli & euangeliſtæ, tercio die poſt natiuitatis Chriſti, dux

Semouit⁹ Mazouię dux kazimiro prebet homagium.

Mazouiæ Semouitus, homagium & obligationem feudi in oppido Kaliſz perſonaliter præſtitit. Cū Nicolao Epiſcopo Ploceñ & omnibus Baronibus Mazouiæ, regi Kazimiro regalibus ueſtito & diademate ornato. Litteræ homagii habentur in theſauro Gracco: quæ incipiūt. Nos Semouitus dei gratia dux Mazouiæ &c. Eodē anno in uigilia purificationis Mariæ, Vinricus de Kniprode magiſter Pruſſiæ, diſtrictum Miedniki & uniuerſam Samagitiam depopulatus eſt & deuaſtauit. Incēſiſq; uillis & tectis, ac impuberibus & ſenibus cœſis, cum multitudine captiuorum, & ſpoliis Ragnetam rediit, ubi caſtrū Ragnetha fortuito igne cōflagrauit. Et magiſter Vinricus equo prolapſus in dextra manu contractus eſt. Anno domini 1356 In uigilia ſanctæ Agnetis Lithuanorum duces Olgerd, Keyſtut, & Patrikyg in magno &

Pruſſia vaſtatur.

forti exercitu terram Pruſſiæ ingreſſi, pluribus diebus tam in lōgum q̄ in latum eam cœdibus & ſpoliis depopulati ſunt. Adeo ut fere uniuerſam Pruſſiam hoſtiliter peruagaſſe crediti ſunt. Magiſtro & Cruciferis in aciem non prodeuntibus, & cum plurimis & pene innumerabilibus tam captiuis q̄ ſpoliis in Lithuaniam rediere. Anno domini 1357 turrim & manſiunculas rex

Lobzow caſtrum erigitur.

Kazimirus in uillagio Lobzow iuxta Graccouiā ad occidentē conſtruxit. In ea ut fertur cum omnium rerū abundantia tenuit Bohemā quandam nobilē Rokicziana nomine, forma pulchra & præſtāti. Ex Praga in quā ſæpe deſcendere cōſueuerat adductam, quam, per deſponſationē Abbatis Thiniceñ pontificalibus induti, mulier Epiſcopum Gracco: exiſtimans, in ſuos amplexus tranſire pellexerat, & ardēti amore dilexit. Relatione tādem unius ſui cubicularii edoct⁹, quod & oculis propriis poſtea comperit, quia in capite calua & ſcabioſa foret, eam illico repudiauit. Et Iudaici generis fœminā Heſter nomine propter formæ elegantiam in concubinam aſciuit. Ex qua duos filios Nyemyerzam & Pelkam ſuſcepit. Et Pelka quidē immatura morte obiit Niemyerza uero poſtea in obſequiis Wladiſlai regis Poloniæ, Lithuani obuerſatus, orta contentione propter Podwodorū exactionem, in Coprziwniczа occiſus eſt. Filiæ autē ex eadē iudea Heſter ſuſcepte, in ritum Iudaicū ut aſſeritur tranſierunt, quoniā cum matre permanſerant. Eodem āno Almanorū principes & milites de Franconia, Sueuia, & Anglia cōtra Lithuanos

gentiles

gentiles laturi auxilium aduenerunt. Et Vinricus magiſter Pruſſiæ expeditionē ſuis contra Lithuaniā indicens Ziffridum de Dauelth Pruſſiæ Marſal cum cōſtituit ductorem. Qui, Barbaris Lithuanis dimicationis copiā non facientibus, in agreſtes, tecta & rura omne genus ſeuiciæ iuſſit depromi. Cum captiuorū & ſpoliorū magno numero, nullam reſiſtentiā expertus, Pruſſiā rediens. Anno domini 1358 rex Kazimirus Maczkonē Borkouiez Palatinū Poſnanieñ captiuatū, in caſtro Holſtein fame extinxit. Et caſtra eius ac fratris ipſius Koſzmin, Czacz, & uniuerſa quæ habebāt, abſtulit. Cauſa erat, quia furū & latronum in illis oris fuerat conſeruator. Eiuſdem anni feria tercia infra octauas apoſtolorū Petri & Pauli, Kazimirus rex Poloniæ, monaſterium uel potius cellam fratrū Canonicorū regularium ſancti Auguſtini, in uilla Manka medio miliari a Siradieñ oppido fundatam, de conſenſu Cōradi Abbatis ſanctæ Mariæ Wratiſlatin arena, ſub cuius obedientia conſiſtebat, Ad eccleſiā parrochialem ſancti Nicolai in Kaliſz trāſtulit. quæ tūc per fugā ſui rectoris immediati Martini uacabat, præfatus eñ plebanus parum modeſte iniuriam ſuæ cocæ, quā nonnulli adoleſcētes filii ciuitatis in dolium aqua ſordida plenum, iocādo proiecerāt, uindicans, Vnū ex illis gladio tranſfoſſum occidit, & ex Kaliſz fugerat. Tulit autē rex Kazimirus a præfato monaſterio quattuor uillas, uidelicet Mankam, Polkowo, Vanglowo, & Luboradzice, & eas mēſæ regiæ applicuit. In quarum recōpenſam monaſterio Kaliſſieñ, uillam bonam Kuchari cum prædio. Item duas uineas circa Kaliſz contulit. Huius quoq; monaſterii ſic tranſlati primus Prepoſitus frater Mathias fuit. Priuilegiū & mandatū Bodzāthæ epiſcopi Gracco: ad inſtāriā regis Kazimiri de decimis & colūbatione ut præſ biteri cito poſt meſſem, ſine aliq̄ tēpor̄ progatione decimarent, ſtrenāq; (nulgo colandā) quæ datur reciperent, non extorquerent neq; extraherent. Habetur in eccleſia Graccouieñ de data anno domini 1359. Cuius inicium eſt. In nomine domini amen. Nouerint uniuerſi præſentium noticiam habituri &c.

Maczko Borkouicz fame extinctus.

CAPVT XXVI.

ANno domini 1360 Vinricus de Kniprode magiſter Pruſſiæ, aduentu Marchionis Brādenburgeñ animatus, in Lithuanos expeditionē ægit, & exercitui Schindekop Marſalcum Pruſſiæ præficiens, terras Lithuaniæ uaſtauit, ſpoliaq; & captiuos in Pruſſiam reduxit. Alteram expeditionē hyeme inſtāte in Lithuanos reſumpſit, & terciam eadem hyeme perægit. Quibus quidem tribus expeditionibus Lithuaniam adeo uehementer afflixit, ut pro maiori parte deſertam reliquerit. Expeditio tercia reliquis duabus, ducis Keyſtut captiuitate uiſa inſignior. Qui datis pluribus catholicorū captiuis apud Pruſſiam captis, eodem anno a captiuitate ſolutus fuit. Anno domini 1361. Quidam lector ordinis predicatorū in Graccouia, frater Paulus nomine, coram clero & populo in maiori eccleſia Gracco: beatam Mariam uirginem non abſq; originali peccato fuiſſe, in Polonico declamans & prædicans, cecidit & expirauit. Eodem āno uniuerſitatem Pragēn Karolus Romanorū & Bohemiæ rex inſtituit & dotauit, quam Innocentius papa ſextus ad inſtātiam eiuſdem Karoli regis confirmauit,

Triplex expeditio in Lithuanos.

Subita mors in contaminatorem cōceptionis beatę virginis.

firmauit, hæc uix quinquaginta annis durauit. Cū hereſi infecta extermina ri cæpit, tamen reliquiæ ſuppoſitorū, heretica peſte deprauatorū, præfatæ uniuerſitatis exigue numero in hāc diē Pragæ cernūt & ſupſunt. Anno præ dicto 1361 Kazimirus rex Poloniæ, in uilla Bawol alias in oppido Kazimi rien, ſecus murū & eccleſiā ſancti Laurencii, domos, cameras, lectoria, lapi deo muro pro habitatione & lectionibus Doctorū atq; Magiſtrorum nouæ uniuerſitatis, pro decore regni Poloniæ erigende, edificauit. Miſſiſq; notabi libus nunciis in Auinionem ad Vrbanū papam quintum, huiuſmodi funda tionem a ſede apoſtolica admitti obtinuit. Iacobus em̄ ſecundus, Swinka co gnominatus Archiepiſcopus Gnezneñ, per litteras apoſtolicas Cōmiſſarij & exequutor deſignatus, præfatum ſtudiū Kazimirieñ ſeu Gracco: confir mauit. Quod tamen morte Kazimiri interueniēte, non fuit ſortitum effectū nec ipſa fundatio atq; dotatio progreſſum habuit. Priuilegiū Vrbani papæ ſic incipit. Vrbanus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Chariſſimo in Chriſto fi lio Kazimiro regi Poloniæ illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionē. De cet regiam celſitudinem &c. ut in dicta ciuitate huiuſmodi ſtudium exiſteret generale. Illudq; perpetuis temporib⁹ inibi uigeret, tam in iuris Canonici & Ciuilis, q̄ alia quacūq; licita, præterq̄ in theologica facultate. Et q; legentes & ſtudentes ibidem omnibus priuilegiis gaudeāt &c. Datū Auinione kalen dis Septembris, Pontificatus noſtri anno ſecūdo. Priuilegium autē regis Ka zimiri de libertatibus ſtudii Gracco: poſtea conceſſum, ſic incipit. In nomi ne domini amen. Ea quæ ex regalis magnificentiæ beneplacito &c. Actum Graccouiæ in die Penthecoſtes anno domini 1364. Conſulum uero Gracco: qui ad uota regis Kazimiri omnes libertates per regem cōceſſas, ſe cuſtodi re & obſeruare ſubmiſerūt, priuilegium ſic incipit. In nomine domini amen. Expedit reipublicæ perpetuo &c. Actum Gracco: in die Penthecoſtes, ſub anno domini 1364. Prædicta priuilegia habentur in maiori Collegio artiſta rum uniuerſitatis Gracco: Item rex Kazimirus per eoſdem oratores in Aui nionem miſſos, eccleſiā metropolitanam in ciuitate Leopolieñ, per Vrbanū quintum octauo idus Aprilis, ad dotationē ſufficientem erigi & fundari obti nuit, quod & factum eſt. Præfatus enim Archiepiſcopus Gnezneñ Iacobus Swinka litteris ſibi præſentatis, perſonaliter Leopolim tranſiit, & ex parro chiali eccleſia Leopolieñ, inſpectāte Kazimiro rege & uniuerſa eius militia Archiepiſcopatum erexit. Primumq; Archiepiſcopū dictæ ſedis Criſtinum uirum nobilem inſtituit & conſecrauit. Anno quo ſupra 1361 uigeſimaquin ta die mēnſis Iulii Wratiſlauia eſt conflagrata, & iudei expulſi ſunt. Eodem anno domini 1361. Vinricus magiſter Pruſſiæ, præficiēs ſuo exercitui Hen ricum Cramfelt generalem Cōmendatorem in ducem, ad uaſtandum terras Ruſſiæ miſit. Sed propoſitum ſuum aſſiduus imbriū deſcenſus impediuit. Ne ergo fruſtra arma induiſſet, in Lithuaniam deſcendit, & eam uaſtare cœ pit. Lithuanorū autē principes Olgerd, Keyſtut, & Patrikyg clandeſtine cū copiis ſuis aduenientes, Prutenicum exercitum nihil aduerſi ſuſpicantem in uaſerunt, duroq; marte cōmiſſo, Cruciferis uictoria ceſſit, eo quidem gratior quo inſperatior. Auxit autē triumphi gratitudinem Keyſtuthi ducis capti uitas, qui

kazimiri fundatio uniuerſitatis in kazimiria.

Studiū Graccouienſe confirmatum.

Priuilegia pro uniuerſitate Graccouieñ.

Eccleſia metropolitana Leopoli fundatur.

wratiſlauia cō flagrata.

Cruciferorum victoria.

uitas, qui ab Henrico de Eckerſberg Crucifero equo deiectus, uiuus in ma n⁹ hoſtiles uenerat. Alter uero ducum Lithuaniæ Patrikyg, ex equo & ipſe a Cōrado de Hoberk præcipitatus, a ſuis defenſus, periculum euaſerat. Cru ciferorū uero exercitus cum uictoria & ſpoliis in propria rediit. Dux autem Keyſtut in caſtrū Mariemburk delatus, illic in reſtudine forti uinctus, care natus & cōclusus, moleſtias captiuitatis biduo tantūmodo perferens, unius Lithuani Neophiti, apud Mariemburk demorātis adiutus ſuffragio euaſit. pallio ſiquidem albo cum cruce nigra ſe amiciēs, omnes Cruciferos & ciues equo uectus fefellit. In ſiluam deinde denſiorē & uaſtiorem perueniēs, equo relicto in palude, diebus aliquot, perſequutores euaſurus, latuit. Noctibus tandem pedeſtri itinere gradum promouens, dum ſe uerſus Lithuaniam irē credidit, in Mazouiā peruenit, ubi a filia germana Anna alias Danutā prin cipe, conſorte Ianuſſii Mazouiæ ducis cognitus, & ab ea cum magno gau dio exceptus. In Lithuaniam datis equis & armigeris deductus, magno ſola tio tam fratribus q̄ genti fuit. Congeſto autē exercitu, captiuitatem ſuam ul turus, in Pruſſiā irrupit, & caſtrū ſancti Ioannis primum oppugnans conqui ſiuit & incendit. Ab inde ad caſtrū Danczik uenit, & id quoq; conquirens, & Comendatorem Ioānem Collin cum multis aliis capiens, exuſſit. Applica uit poſt hæc ad caſtrū Eckerſberg, & conquiſitum incendit, multiſq; ſpoliis oneratus redibat. Quem duo Commēdatores de Roſtemberg & Barthen ſtein cum exercitu perſequuti conflixerunt, ſpoliaq; & captiuos excuſſerūt. Dux ipſe Keyſtut, equo a Vernero de Vindeken deiectus, pedibus audaciſſi me pugnans, deiectoris ſui equo interfecto, per Cōmendatorem de Nieſzo wa uulneratus, a Commendatore de Barthēſtein capitur, ſed parū prouide aſſeruatus. Iterū Cruciferos fallens, de quo apud eos magni morſus habebā tur, captiuitatem euadens, & in Lithuaniā peruenit.

Cruciferorum victoria.

keyſtuth captus

keyſtuth uinctus exuitur.

keyſtuth iterū captus.

CAPVT XXVII.

ANno domini 1352 Vinricus de Kniprode magiſter Pruſſiæ, con geſto numeroſo exercitu ex domeſticis & peregrinis primo Ve ris tempore caſtrum Kowno obſidione cinxit. Duces antē Lith uaniæ Olgerd, Keyſtut, & Patrikyg, obſidionem huiuſmodi re pulſuri, cum ſuis copiis aduenientes, feria quinta ante dominicam Reminiſ cere cum magiſtro Pruſſiæ certamine inito, uicti refugerūt. Quibus fugatis magiſter Vinricus ſtrictiori obſidione caſtrū Kowno coartauit, machinarūq; crebra contuſione & telorum ignitorū proiectione debilitauit, tandē ſabato in uigilia Paſchæ, muro ſuffoſſo & caſtro accenſo, ipſum cœpit, tamen mu rus ſuffoſſus ruēns, plures mortalium de Cruciferorū exercitu oppreſſit, & in caſtro ſuccenſo magna multitudo Lithuanorū ab incēdio perit. Tria mi lia Lithuanorū in ea obſidione cœſa & mortua referuntur, Voydath Keyſtu thi filius, cum triginta ſex potioribus captiuitati reſeruatus fuit. Dies reſur rectionis dominice celebratus eſt, & miſſa per Bartholomeum Sambieſem Epiſcopum expleta fuit. Subſequenti uero die mutorū parietibus dirutis, & omnibus foſſatis ſolo æquatis, ad caſtrum Piſten exercitum Magiſter ap plicauit, quod a Lithuanis deſertum reperiens, incendit. Et ad caſtrum Vic

Caſtrum kowno obſeſſum expugnatur.

lunya ueniens, quarta die per impugnationē illud conquisiuit, euersoq; funditus castro Vielunya, cum multitudine captiuorum & spoliorū in Mariemburgk rediit. Anno præfato undecima die Marcii & post, plurib⁹ diebꝰ apparuit Cometes in fine Aquarii prope Venerem. Caudam in piscibus uersus orientem in locum Mercurii retorquens. Durauit ad quinq; hebdomadas.

Appariciō Cometes.

Vinricus magister Prussiæ, aduenientе Comite Bauariæ Volffgango, anno domini 1363 in die Agnetis motis castris, Lithuaniā grauissime in multis locis, præsertim in districtibus Parnrey, Eroglem, Labima, cœdibus, flammis, & spoliis afflixit. Cui magister de Liuonia cum altero exercitu, in duo agmina, quorū alterum magister, alterū Marsalcus regebat, dispartito, in auxiliū aduenit, iunctisq; potentiis simul. In uniuersam Lithuaniæ regionē, Lithuanis decernere non audentibus grassabātur. Et multis captiuis onusti, in Prussiam alter, alter in Liuoniā, nulla hostilitate lacessiti, redierūt. Resumpsit & alterā in Lithuanios Marsalcus Prussiæ Hemyk Schindekop expeditionem Et a castro Garthin per ducem Lithuanorū Patrikyg, qui illud probe tuebatur repulsus, spoliato districtu Garthin, Prussiam cū captiuis remeauit. Anno domini 1364. Kazimirus rex Poloniæ, in terra & diocesi Gracco: nouum oppidum Crzepicze iuxta fluuium Isthwarta fundauit. Castrūq; forte in loco palustri ac limoso ex muro coctili, non longe ab oppido fabricauit. Cuius quidē oppidi ecclesiam parrochialem Iaroslaus Gnezneñ Archiepiscopus de domo Bogoria, interpellationibus regiis acquiescens (hoc em̄ Bodzātha Episcopus Gracco: petitus facere noluit) duas decimas manipulares mensæ suæ in uillis regiis Zayanczki, & in Crzepicze in dotem contulit. Et Kazimiro rege Poloniæ consentiente, limites diocesum confundens, præfati oppidi iurisditionē occupauit, quum Isthwarta fluuiꝰ utriusq; diocesis limes perpetuus erat. Mathias episcopus Wladisla: dum annos duos & quadraginta pontificatus sui exegisset, senio confectus, Episcopatū Wladislauieñ nepoti suo Sbiluthо de Golancza, Præposito Wladislauiē: anno domini 1364 resignauit. Is Mathias Episcopus ecclesiam in loco ciuitatis, quoniam prima ecclesia ante castrū sita angusta, parum celebris habebatur, a fundamentis ad consumationem. Item castrū Wladislauieñ. Item castrū Raczansz. Item ecclesiā sancti Vitalis in Wladislauia, pulchro opere & muro coctili cōstruxit & muro cinxit. Eodem anno principes Lithuaniæ castrū Kowno demolitū, lignis & roboribus reficiebāt. Et pontem maximū in flumine Niemyen protuendo castro constituerāt. Quam edificationē Cōmendator de Ragneta cū exercitu ueniens, Lithuanis castrū reficientibus diffugiētibus, exussit & funditus euertit. Interim Vinricus magister Prussiæ, cum maiori exercitu ad castrū Pistow aduenit, quod uacuum Lithuanis fugientibus reperiens, incēdit Deinde ad castrū Vielunya admoto exercitu, inter pugnandum congesta lignorū strue & incensa, ualidissimo uento adiuuante incendium, castrū Vielunya conquisiuit, multis Lithuanis in eo flamma pereuntibus, Capitaneus castri Gastawdus captus, inter ducentium manus ad tabernaculum Marsalci, ab Almanis occisus est. Cruciferorū autē exercitu ad propria redeunte. Dux Lithuaniæ Keystut, clandestinis itineribus cū exercitu ingressus, omnē regionem circa

Lithuania per Vinricum grassata:

Oppidū Crzepicze extructū

Castrum kowno dirutum reedificatur.

onem circa Iurgembork uastauit, & multa præda capta, in Lithuaniā reuersus est. Cōmendatore de Iurgembork, paucos quosdam ex Lithuanis, qui tardius agmē sequebantur in deserto captiuante. Deinde Marsalco Prussiæ Samagittiā uastante, Keystut dux Lithuaniæ occurrens, extremum sui exercitus inuasit & prostrauit, prædaq; recuperata & strage aliquāta ædita, Marsalcum cū reliqua parte in fugam ægit. Hyems huius āni. M. tricētesimi sexagesimi quarti intensione frigoris in Polonia animalia domestica, & siluestria, aues, & frugiferas arbores occauerat.

CAPVT XXVIII.

ANno domini 1365 Zemomislao duce Gnyewkouieñ, fratre germano Wladislai Loktek obeūte. Ducatus suus Gnyewkouieñ inter tres filios quos reliquerat Przemislaum, Lestkonē, & Kazimirum in hunc modum partitus est. Przemislao siquidē cessit Bidgottia, Lestkoni Iuniwladislauia, & Kazimiro Gnyewkow. Verū Przemislao & Lestkone non relinquentibus heredes, quum solus Kazimirus natu minor, in sortes fratrum succesisset, & plures filios ac filias procreasset, fere singulis morte absumptis, unicus tantummodo suus filius Wladislaus a cādida cesarie albus cognominatus, & unica filia Elizabeth, superstites relicti sūt. Et filiam quidem Elizabeth præfati Kazimiri ducis, quum formæ præcellentis esset, Elizabeth regina Hungariæ, consors Karoli regis Hūgariæ, uelut cōsobrinam tercio affinitatis gradu sibi iunctam, in regiā assumēs Eam regi Boszne Stephano Hsubusban desponsauit. A qua pulcherrima filia Elizabeth ædita. A Lodouico rege Hungariæ & Poloniæ in cōiugium acceptata est, prima uxore eius filia Karoli regis Bohemiæ & Romanorum obeūte. Ex qua Lodouicus rex duas filias Mariam & Heduigim suscepерat Wladislaus uero albus inconstantia laborans, & uaria fortuna iactatus, ad ultimū monachus factus est. Primum in Cistercio, postea alteram professionē faciens in Dwione ciuitate Burgundiæ, annis quattuordecim pro monacho & professo illic mansit. Anno præfato Iaroslaus de Bogoria Gneznеñ Ecclesiæ Archiepiscopus castro Vnyeiow ad flumen Varta coctili muro pfecto, Ecclesiam collegiatā sāctæ Mariæ in oppido Vnyeiow simili muro fundauit & cōsumauit. Duosq; Prælatos uidelicet Præpositum & Archidiaconū Item quinq; Canonicos, septem quoq; Vicarios in ea creās, dotem sufficientem cuilibet adiunxit. In eodem etiā oppido Vnyeiow monasterium & ecclesiam sub titulo sancti Nicolai, ordinis sancti Benedicti, subiciens illud Thiniceñ monasterio, Cracco: diocesis edificauit. Cui in dotē cōtulit, uillam Byeldrzikow cum omni iure supra fluuium Notesz sitam, ubi Ownya fluuius sibi commiscetur. Anno quo supra Keystut dux Lithuaniæ, copiis Lithuanorum & Samagittarum collectis, per siluarū inuia & latebras Prussiā ingressus, castrū Angerbork per uim expugnauit, uastataq; uicina regione, in Lithuaniā prædam duxit. Sequutus illum Aduocatus Sameñ, & aliqui ex Commendatoribus dum prædam raptam excutere nequiuerunt, districtum Eroglen uastarunt, spoliaq; in Prussiam retulerūt. Deinde quattuor duces Lithuaniæ uidelicet Olgerd, Keystut, Patrikyg, & Alexander, magnis potentiis

Zemomislaus Gnyewkouieñ mortuus:

Ducatus diuisio.

Proles kazimiri.

Proles Lodouici regis.

Ecclesia in Vnyeiow fundata.

Castrum Angerborgk expugnatum.

collectis, quadripartito agmine Prussiam ingressi sunt, eamq; crudeli & barbarica uastatione afflixerunt. Expugnatoq; castro Ragnetha, & aliis multis quoq; uicis incensis, illic diis suis patrio ritu, uictimas de pecorũ sanguine immolarunt. Nulla tandem resistentia reperta, octingẽtos captiuos ex christianis, Itẽ septuaginta equos maiores quos spadones uocãt referentes, Lithuaniam remearunt. Præterea magister Prussiæ Vinricus, barbaricam uastationẽ ulturus, proprio milite contentus, Lithuaniã in multis locis prædatus est, & multis damnis patratis, Lithuanis in siluis & munitionibus se continẽtibus, ducens non paruũm numerũ captiuorum, in Prussiã rediit. Sub eo tẽpore Szuriuil & Buthaw germani Olgerdi & Keystuthi ducum, cũ nonnullis Lithuanorum Boyariis & nobilibus Prussiam uenientes, fidem christianã baptismo apud Konigsbergk susceptο, professi sunt. Magister autẽ Prussiæ Vinricus alteram expeditionẽ in Lithuanos agens, aliquot eorũ munitiões cœpit ac incendit, & cum præda in Prussiam regressus est. Quo regrediente Lithuani per itinera occulta, Prussiam circa Nordembork ingressi, maxima damna hominibus incautius se gerentibus intulerunt, & cœde multa ædita, cum spoliis & captiuis euaserunt. Keystuth quoq; Lithuaniæ dux, etiam expeditionem contra Prussiam resumens, castrum sancti Ioãnis impugnauit & cõquisiuit, ac spoliatũ incendit, necatisq; plurimis fidelibus, cæteros ligatos in Lithuaniam traxit. Anno domini 1362 Vinricus magister Prussiæ, peregrinorũ & forensium militum motus aduentu, binam eo anno in Lithuanos expeditionẽ ægit. Et magna uastatione facta, captiuatis pluribus Lithuanorum, in Prussiã rediit. Quem dux Lithuaniæ Keystuth insequutus, tam secreto & silenti agmine Prussiam ingressus est, ut parũ abfuit, quin castrũ Iusterbork interciperet, & Cõmendatorem prãdio se reficientem captiuaret. Egreitaq; & castrum defensum, & Cõmẽdator saluatus est. Omnibus tamẽ equis & rebus quæ ad Cõmendatorẽ pertinebãt receptis, duobus districtibus spoliatis & incensis, cum præda pecorũ & captiuorum, in Lithuaniã euasit. Propter quod magister Prussiæ Vinricus terciam in Lithuanos expeditionẽ mouit, & longius progressus uastauit singula. Ac supra fluuium Memen castr% & pontem edificauit, clandestinas Lithuanor% irruptiones restricturus. Eam edificationem Keystuth impedire bina uice conat9 est, sed abinde fugatus & repulsus est. Eodem anno Bodzantha de Iankowo nobilis de domo Rosarũ Episcopus Gracco: uisu perdito, obiit, hic oppido Bodzanczin, situm & nomen indidit. Anno domini 1367 Bithomieñ ciues furore acti, Plebanum & Prædicatorem submerserunt. Et ex hoc uenæ argenti & plumbi cessauerũt. Eodem ãno ex propriis militibus Prussiæ magister Vinricus cõparato exercitu, & tradito Hẽrico Schindekop Marsalco generali, in terras Lithuaniæ misit. Qui nullam resistentiam reperiens, ferociter & gradu concito quinq; districtus uastauit, usq; ad Kowno grassatus. Octingẽtosq; captiuos & plures equorũ & pecorum greges abduxit. Anno domini 1368 Lithuani cũ duce Keystuth ad Poltowsko castrum & oppidum Episcopi Ploceñ insperate peruenerunt. Et oppido quia munitum non fuerat illico potiti, Castr%, quum crebris lignor% pinnatorum struibus defenderetur, menibus in propinquo appositis

Prussia uastat.

Lithuania uastatur.

Prussia uastat.

Bodzantha Episcop9 Graccouiẽ mortuus.

Lithuania uastatur.

positis incenderunt. Ex quo incendio serpente flamma castrũ & homines in eo concluſi cõburebãtur. In uicinas deinde uillas populatione extensa, cum multa præda celeri cursu diffugerunt. Anno dñi 1369 Lodouicus dux Bregeñ ad honorem sancti Ioannis baptistæ & sanctæ Heduigis, Collegiatã ecclesiam & certum Canonicorũ numerum in Brega instituit. Impetraro a sede apostolica priuilegio, ut Decanus illius, solẽnibus diebus mitra utatur Pontificali & baculo. Item fundauit Mansionarios qui horas beatæ uirgini psallerent. Reliquit duos filios Venceslaum & Henricũ. Venceslao autẽ immatura morte obeunte, Henricus solus paternam sortem possedit. Eodem ãno Vinricus magister Prussiæ in Lithuaniam lapides, cementum, & lateres, castrum constructurus secum uehens. Ad fluuiũq; Niemyen perueniens, multam materiam pro erigendo muro a Lithuanis reperiens, castrum a fundamentis nomen ei Gotisuerder. i. insula dei imponens iniciauit, & infra tẽpus semestre consumauit, præsidioq; militum forti ei impositο, pro die Pẽtheco stes terram Lithuaniæ circum circa depopulatam exussit. Lithuanorum autẽ duces Olgerd & Keystuth super extructione castri furore & indignatione pleni, magistro Prussiæ discedente, contra castrum Gotisuerder aduenerunt Et quinq; heddomadis illud assidue nocte & interdiu expugnando conquisierunt. Maioriq; parte præsidii trucidata, cæteros in uincula coniecerunt. Deinde Henricus Marsalcus Prussiæ in magno exercitu Lithuaniã intrauit. Et castrum Beyery circumdedit, ac uehementi impetu expugnatum conquisiuit. Requisitus autẽ per nuncios ducis Keystuthi, ut castrum exquisitum, anteq; in eum grassetur, redderet. In in dignationẽ uersus, & castrum cũ nonnin/gentis Lithuanis simul conflagrauit, cæteros uinciit. Dux Keystuth mansuetiori usus animo, colloquium petiuit, ubi captiuor% permutatio hinc inde sequuta est. Sed tunc dux Keystuth cõminatus est Prussiã se pro ãno futuro aduenturũ. Ea cõminatione Vinricus magister Prussiæ motus, duplicem iterum eo anno in hyeme, in Lithuanos expeditionẽ per Marsalcum Henricũ Schindekop ægit. Et in utraq; feroci cœde & flamma in Lithuanos debachatus est. Anno domini 1370. Cõminationes suas cõtra Cruciferos de Prussia, ãno superiore prolatas Keystuth Lithuaniæ dux impleturus, Thartarorum, Ruthenorum, & cæterorũ Barbarorum quæsitis præsidiis, ingenti equitatu peditatuq;, una cum Olgerdo germano suo aduenit. Et districtum Sãbieñ bipartito exercitu uastauit, & incendit. Deinde ad castrũ Ortelsbergk duxit exercitum, & illud conquirens incendit. Ab inde uersus Rudow alias Rowdin castra metatus est, ubi Prussiæ magister Vinricus cũ omnibus potentiis etiam ultra peregrinos milites, ciues, & agrestes armãdo aduenit. Et Barbaros in dominica Exurge quare obdormis, inuasit. Et atroci pugna cõmissa, Henrico Schindekop Marsalco Prussiæ, & uiginti fratribus de ordine. Centumq; armigeris de parte Cruciferorum, mille uero Barbaris, cadentibus. Duces Lithuaniæ dato signo receptui, pro uictis abierũt, & proximis siluis se commiserũt. Aduenit post hæc Lupoldus Austriæ dux, ordini in auxilium. Cuius suffragio Magister & ordo freti, in Samagittiã quadripartito agmine descendens, fere uniuersam Samagittiam incendiis subiecit. Cœsisq;

Ecclesia Collegiata Bregeñ instituta.

Gotisuerder. castrũ erectum

Lithuania uastatur.

Prussia uastata

Cruciferorum victoria.

ſenibus & impuberibus, puberes in magno numero captiuos Pruſſiam redu xit. Quem abeuntē dux Lithuaniæ Keyſtuth ſequutus, caſtrum & diſtrictū Gogelanken inuaſit & expugnauit. Et multis utriuſq; ſexus hominibus cœ ſis aut captis, propere in Lithuaniam refugit. Commendator uero de Iuſter/ bork Vigandus de Belderſheim eo diſcedēte, in Lithuaniā ingreſſus, uillas nondū uaſtatas inuaſit. Et multis captiuis atq; ſpoliis potitus, in Iuſterbork regreſſus eſt.

Lodouicus

keyſtuth cum Lithuaniç ducibus caſtrū Wladimirienſe obſidet.

CAPVT XXIX.

Vdita morte Kazimiri regis Poloniæ, dux Lithuaniæ Keyſtuth cū Lubardo cæteriſq; Lithuaniæ ducibus, caſtrū Wladimirieñ obſidione ſtrinxerunt. Petraſſius uero Turſki lancicita, Capitaneus caſtri, comminationibus eorū territus, ſaluis rebus ipſius quas ſecum eduxit, caſtrum utrūq; Lithuanis tradidit. Illi autē caſtro ligneo contenti, caſtrum nobile muratū iam prope perfectū, quod impenſis præfati regis Kazimiri tricenti homines, & multa iuga boū atq; equoꝝ integro biēnio cōſūmauerāt, euerterūt, Et uſq; ad fundamenta in perpetuā ruinam redegerūt. Amplius per terram Lublineñ Olgerth & Keyſtuth duces Lithuaniæ ingredientes, terram Sandomirieñ uaſtauerunt, & prædam citato agmine abegerunt Inter alias prædas lignum Crucis uiuificū, ex Caluo mōte receptum abducebant. Et quū eſſent in finibus Poloniæ, currus in quo uehebatur lignū crucis, repente ſubſtitit, nec ullo modo moueri potuit. Flamē autē Lithuanicus dixit, currum moueri non poſſe, niſi crux in locum ſuum redderetur. Moxq; in Caluum montē per unum nobilem captiuū, Polonum, Karabolam dictū ob id libertate donatum, remiſſa eſt. Inſuper Haſſo miles de Huchtenhayn, filius Haſſonis de Vedel, Capitaneus Othonis Marchiōis Brandenburgeñ filii Lodouici olim regis Romanorū, caſtrū Santhok cū paucis & fere agreſtibus obſidione cinxit, & per deditionē accepit. Lodouicus autē rex Hungariæ, per oratores Polonorum, Florianū Epiſcopum Gracco: & Ianuſſium regni Poloniæ Cancellariū, ut regnum Poloniæ ſuſciperet, ſollicitatus. Impugnantibus aliquibus Hungarorū conſiliariis recuſauit, ad extremum tamen petitione uictus, ſuſcepit. Cui Sandecz aduenīente, multitudo Prælatorū & Baronum

Miraculum.

Lodouicus regnum Poloniç ſuſcipit.

Baronūm Poloniæ occurrit, & Graccouiam perduxit. Proceſſiones autē eccleſiarum & omnes ordines ciuitatis Lodouico ad montē Laſſotinum obuiā exiuerunt. Et uexillo urbis Graecoui: in quo arma ciuitatis cum clauibus picta erant, præcedente, omnium artificum cū eorū picturis uexilla ſubſequebātur. Quibus ordinatim regi oblatis, ipſe cum maxima pompa Graccouiam ingreſſus, & caſtrum aſcendit. Altera autē die perquirente Ianuſſio Szuchiuil k Decano Graccouieñ, & Cācellario regni Poloniæ. An teſtamētum regis Kazimiri, rite & ex integro exequēdum foret. Lodouicus rex legittime & integro exequendū reſpondit. Reiecta tandem ad cōſiliarios huiuſcemodi percunctatione. Decreuerunt Prælati & Barones Poloniæ, omnes donationes regis Kazimiri robur habere, præter donata duci Kazimiro Stetineñ, & Niemyerza ac Ioanni filiis naturalibus regis Kazimiri. Kazimiro em̄ duci Stetineñ, propter unitatem regni, terras Siradieñ, Lancicieñ cum earū caſtris detrahendas cenſuerunt, & in ſolo ducatu Dobrzineñ & caſtris ac oppidis Bidgoſtieñ, Velathow, & Valcz contentari debere. Sic & Niemyerze, atq; Ioanni filiis naturalibus regis Kazimiri in toto donata reſeſſa ſunt. Cæteræ uero omnes donationes ſecundū teſtamentum effectum ſortite ſunt. Iniecta tādem per Iaroſlaum Archiepiſcopum Gneznen & Barones maioris Poloniæ difficultate, ut in Gnezna coronaretur. Floriano præſule & Baronibus Graccouienſibus refellentibus, Lodouicus rex ſecundū reges immediate ſeſe antecedentes, Auum & Auūculum uidelicet Wladiſlaū Loketkonē, & Kazimirū ſecundū, coronatus eſt in eccleſia Graccor: dominica poſt Martini, quæ fuit decimaſeptima menſis Nouembris, per præfatum Iaroſlaum Gnezneñ Archiepiſcopū, aſſiſtentibus ei Floriano Graccor: & Petro Lubuceñ epiſcopis. Præſentibus & inſpectātibus Elizabeth Hungariæ regina antiquiore, genitrice regis cum Heduigi regina Kazimiri regis Poloniæ relicta Et duabus filiabus regis Kazimiri Anna & Heduigi, præſentibus Kazimiro Stetineñ & Dobrzineñ, ac Wladiſlao Oppolien ducibus. In ipſis autem primiciis regni, mox Wladiſlao Oppolieñ duci terram Vieluneñ cū uniuerſis caſtris. Itēm caſtris & oppidis Holſtein, Crzepicze, Bobolicze in terra Graccouieñ. Item caſtro & oppido Brzeſnicza in terra Siradieñ, Prælatis & Baronibus Poloniæ improbātibus, rex Lodouicus contulit. Et feudum tam a duce Stetineñ Kazimiro, q̄ a duce Wladiſlao duce Oppolieñ accepit. Exequiis deinde regis Kazimiri in eam diem obmiſſis, die Martis decimanona Nouembris, per regē Lodouicum & officiales regis Kazimiri per eccleſias ſolitas, cum cerimoniis ac oblationibus pompoſe celebratis ac peractis, rex Lodouicus in maiorem Poloniā proceſſit, & in eccleſia Gneznen ſolium & thronum regium præparatum, conſcendere negauit. Ne ad ſui ludibriū uerteretur, ſed cito euoluens ſe de Gnezna in Poſnaniam tranſiuit, poſtea Graccouiā redeunte. Elizabeth regina genitrice ſua inſtante, Heduigis regina Kazimiri regis relicta portionē ſuam accepit, quæ ſolum ad tricentas triginta tres marcas & dimidiam argenti, & mille marcas latorū groſſorum tendebatur. Ad paternamq; domū reuerſa, Ruperto ducis Legniceñ Venceſlai filio nupſit. Filiæ uero regiæ, Anna & Heduigis cum omni theſauro, auro argento, unionibus

kazimiri teſtamentum confirmat.

Lodouicus coronatus.

to, unionibus, cortinis, & ſuppellectili a patre eis largita, per Elizabeth regi nam in Hungariã tranſlatæ ſunt. Vbi a Lodouico rege locato iudicio, quaſi non de legittimo thoro natæ forent, abiudicatum eſt illis ius, ſucceſſio, & he reditas regni Poloniæ. Ne potentes maritos ſortitæ, nouarent res pro regno Poloniæ conſequendo. Ha ſcelus abhominabile propter regnũ quod & tede ſocios habere nolunt, filiæ regis Kazimiri, nedũ regno ſpoliatæ, ſed & tanq̃ de thoro ſpurciſſimo ac illegittimo inhoneſtatæ & infames redditæ ſunt. De ſponſatæ tandem fuerunt, maior natu Anna Comiti Ciliæ Vilhelmo. Altera Hedwigis Romero duci. Rex inſuper Lodouicus genitrice ſua ut fertur Elizabeth inſtigante. Ne alius rex a Polonis ſubſtitueretur, coronam regni Poloniæ materialem, ſceptrum, pomum, gladium, & cætera inſignia regia in Hungariam accepit.

CAPVT XXX.

ANno autem domini 1373 pcepta Kazimiri regis Poloniæ morte Wladiſlaus albꝰ dux Gniewkouieñ, ut erat præceps & inſtabilis de relligione ex Diuione Burgundiæ monaſterio ſancti Benigni, ubi prope quattuordecim annis moratus eſt, exceſſit. Et ſpe diſpenſationis apud papam in Auinione fruſtratus, Lodouicũ Hũgar: & Poloniæ regem in Buda adiit, inſtãdo ut regis promotione diſpenſationẽ cõſequeretur, ſed uix aſſiduis obſecrationibus reginæ Hungariæ Elizabeth iunioris Wladiſlai albi neptis, rex Lodouicus expugnatus (minus ſiquidẽ grate ducem Wladiſlaum albũ intuebatur) ſecum oratores ſuos in Auinionem ad Gregorium papam undecimũ miſit, ut diſpenſatus ducatũ phas illi eſſet repetere, repulſam autẽ paſſus, in Poloniam diuertit. Et die Veneris in craſtino natiuitatis Mariæ, tria caſtra Wladiſlauieñ, Gniewkouieñ, & Zlothorieñ, uno eodem die ſine armis inuaſit & conquiſiuit. Altera autẽ die, & erat ſabbati, caſtrũ Sarlen oppugnauit, & in craſtino die dominico per deditionẽ accepit. Sãdiuogius autem de Subino, Capitaneus maioris Poloniæ, ueloci nuncio in Hungariã miſſo, regi Lodouico caſtrorũ occupationem ſignificauit exercituq̃ maioris Poloniæ propere collecto, Wladiſlauiam uallauit, regiis autẽ litteris aduenientibus. Dux Wladiſlaus albus, metu regis a nobilibus deſertatus, caſtra ſingula quæ occupauerat, Sãdiuogio de Subino Capitaneo maioris Poloniæ reſignauit. Et gratiam regis quæſiturus in Hungariã perrexit, ubi nullam gratiam conſequutus. Caſtra Zlothoriã & Gniewkow anno domini 1375 per quoſdam exploratores intercepit, & aſſiduis oppugnationibus ac captiuitatibus maiorẽ Poloniam moleſtauit. Sandiuogio autem de Subino inuaſiones prohibere nequeunte Iaſzko Kmitha, de domo Strehi euitarum, Capitaneus Siradieñ cum gentibus Siradieñſibus uerſus Zlothoriam proceſſit. Curruſq̃ ſui ab exercitu ſemoti, per gentes Wladiſlai albi capti ſũt, Iaſzko uero cum Barthoſſio de Viſſemburk, Capitaneo Breſteñ potentiis coniunctis, prope Gniewkow ducem Wladiſlaum albũ cõflixerunt & fugarũt, & gẽtes eius ſtrage deletæ aut captæ, cæteræ diſpſæ ſunt. Ipſo duce uix per nauem in alteram partem Iſtulæ euadente. In ſequenti autẽ ãno præfatũ Wladiſlaum albũ Gniewkouieñ ducem, Sandiuogius de Subino, Capitaneus

Wladiſlaus Albus monaſterium egreditur

Vna die tria caſtra occupat.

Iaſzko kmitha.

Sandiuogius de Subino.

Capitaneus maioris Poloniæ, dux Kazimirus Stetineñ & Dobrzineñ, Barthoſſius de Viſſẽburk Capitaneus Cuyauiæ, & Barthoſſius de Szokolow in caſtro Zlothoria obſederunt, caſtriq̃ proditionẽ quodam Hankone Breſteñ molendinatore pollicente, dux Wladiſlaus albus præſciens ex cruciatu & candelarũ incendio Hankoni inflicto, ſubordinauit generũ Hankonis molendinatoris, ut milites Sandiuogii caſtrũ quaſi per traditionẽ accepturi ingrederẽtur. Et quum nocte uigintiſex ingreſſi fuerunt per demiſſionẽ cratis ſupra portam compræhenſi ac interfecti fuerũt. Eiectoq̃ Hankone molendinatore cum genero ipſius extra portam caſtri, iuſſu ducis Wladiſlai albi conflagrati & incenſi ſunt. A mane autẽ incipiendo per totam diem caſtrum ab uniuerſo exercitu obpugnatũ eſt, ubi Kazimirus dux Stetineñ & Dobrzineñ iactu lapidis uehementer leſus, in breui uita functus eſt, uidelicet ãno Chriſti 1377 in menſe Ianuario. Hic dux Kazimirus fuit prodigus & inſtabilis, corpore debilis, ſed uehemens & animoſus, in curiis plurium regum enutritus. Facta autem compoſitione inter ducem Wladiſlaum albũ & obſidentes, deditoq̃ caſtro, & omnibus captiuis manumiſſis. In expenſis Barthoſſii de Viſſemburk, & Barthoſſii de Sokolow ad regem Lodouicũ in Hungariã dux Wladiſlaus deductus, poſt plures tractatus regi Lodouico ducatu Gniewkouieñ pro decem milibus florenorũ uendito, & Abbacia inſigni in Hungaria ordinis Ciſtercienſis, in qua uitam degeret, accepta, reconciliatus illic conſtitit, habitationẽ deinde Pannoniorũ perteſus, relicta Abbacia, in Diuione monaſterium tranſiit, ibi moriendum ſalubrius ratus. Eodem anno 1376 Elizabeth regina Hũgariæ antiquior regnũ Poloniæ, quod anno præcedenti filio ſuo regi Lodouico reſignauerat, denuo regendum cum importuna inſtantia extorquendo reaſſumpſit. Et ingrediẽti per Sandecz Poloniã, occurrentes nobiles Sandomirieñ & Gracouienſes retulerunt ei in Bochnya totam potentiam Lithuanorũ paraſſe arma contra Poloniã. Quæ reſpondit non eos debere curare, quoniã filius ſuus rex Lodouicus tam longã ualidamq̃ haberet manum, ut Lithuani, & omnes in circuitu nationes tremerẽt ad ipſius nominationem. Duces autẽ Lithuanorũ Keyſtuth, Iagello, Vithowdus, quem Vitoldum uulgariter appellãt ex Troki, ex Vilno, & Grodno. Item Lubardus ex Luczko, & Georgiꝰ ex Belſz, per uaſtas ſolitudines terræ Lublineñ ſilenti & citato agmine uſq̃ ad fluuium Szan, ſecũda die Nouembris peruenerunt, uniuerſamq̃ orã inter Iſtulam & Szan, uſq̃ ad Tarnow uaſtauerũt Homines utriuſq̃ ſexus in ſeruitutem abduxerũt, ſacerdotes, impuberes, & ſenes trucidarunt, eccleſiaſq̃ exuſſerunt. Quorũ concurſus Petraſſius filius Cztani, germani Ianuſſii Archiepiſcopi Gnezneñ, arrepta coniuge & infante nouiter ædito, nondum baptiſato, de uilla Baranow, per medios hoſtes in equo exiliẽs, uix per fluuiũ Iſtulæ euaſit. Relicta domini Michaelis de Tarnow Caſtellani Viſlicieñ eodem die, cum grandi apparatu ad reginalem maieſtatẽ Graccouiam ibat, ſentiens Lithuanorũ aduentum, relictis curribus, equis, & omni apparatu, per famulos citiſſime in nauigium Iſtulæ inducta, uix manus Lithuanorum euaſit. Elizabeth uero regina Hũgariæ, moleſtias ex uaſtatione Lithuanorum lenitura. Coreas dominica in craſtino ſancti Nicolai, quis

Proditionis merces.

kazimirus ſactu lapidis leſus tandẽ mortuus.

Lodouici aduentus in Poloniam.

Polonia a Lithuanis vaſtata.

Elizabeth regina Hungariæ.

colai, quis octuagenaria foret, instaurãdo aspiciebat, uiditq; ex castro Gracouien Hungaros cum familia Przedbory de Brzeze propter fœnũ contendere (plerosq; nam currus in forum Gracco: cum blado & fœno uenientes, Hungari ex animi maliuolentia occupabant. Ad quorũ repræssionẽ præfatus Przedborius miles de Brzeze, ne suis curribus rapinam intulissent, familiam iuxta domũ suam ad portam Bochnensem quæ in Kazimiriã ducit, posuit) missoq; Iaszkone Kmitha de domo Srenientarũ, Capitaneo Gracco: ut litem dirimeret, illico equo uectus superuenit, seditionẽq; molitus iussu reginæ extinguere. Ab uno Hũgaro, cuius sors ignota erat, telo Hungarico in collum percussus, ex equo defluens expirauit. Cuiꝰ morte uulgata, fratres, cognati, & familiares sui in magna multitudine cõcurrerunt, in furiãq; uersi, uniuersos Hungaros, parentando morti sui affinis, nemini parcendo occiderũt. Quidam miles Slauus Michael Pogan, de uestibulo, seu de cellario sui hospicii extractus, miserabiliter occisus est. Duo adolescentes ingenui Hungari, a Przedborio ad cuius domũ cõfugerãt, cameræ potiore inclusi, Przedborio in castrum discedente, fracto ostio, argenteis cingulis & uestibus nudatos, familiares Przedborii perimerunt, & peremptorũ corpora intra muros proiecerunt. Centum sexaginta Hũgari eo die cœsi sunt. In sacello ambitus ecclesiæ sancti Frãciſci sepulti, quod ex bonis Hungarorum dotatum, ab eo die sacellum Hungarorum nuncupationem accepit.

Iaszko kmitha interẽptus

Hungari cœsi 160 numero.

CAPVT XXXI.

REgina post paucos dies e Graccouia in Hungariam tristis rediẽs filio suo regnum Poloniæ iterũ gubernandũ resignauit. Lodouicus autẽ Hungariæ & Poloniæ rex, uastationem terræ Sãdomirieñ ulturus in Lithuanis, anno sequenti per alpes Sanoceñ cũ copiis Hungarorum uersus Sãdomiriã uenit, & confluentibus ad illum Baronibus Poloniæ, uidens copias ualidas, Gracco: & Sãdomirieñ milites sub ducatu Sandiuogii de Subino, tunc Gracco: Capitanei, ad expugnãdum castrũ Chelmeñ transmisit. Ipse uero cũ residuis uersus Belsperrexit. Et Graccouieñ quidem ac Sandomirieñ exercitus, expugnato infra octo dies castro Chelmeñ, insup & aliis castris uidelicet Grabouiecz, Hrodlo, Seuolosz expugnatis, ad regem Lodouicum in obsidione castri Belscõmorantis peruenerunt. Vbi Keystuth dux Lithuaniæ, sub saluo conductu introductus, pacem his conditionibus composuit. Vt captiuis quos Lithuani cœperãt restitutis, Georgius dux castrũ Belsregi daret, & gratiæ illius se deuoueret. Deditione itaq; castri facta, Lodouicus rex duci Georgio, castrum Bels obligauit. Aliudq; castrum Lubaczow adiecit, & centum marcas ãnui census in Bochnya ad tempora uitæ inscripsit, ut regi regnoq; Poloniæ fideliter inseruiret. Orta autẽ inter Hungaros & Polonos contẽtione, Petrus Zaffraniecz miles de Luczicze, in facie uulneratꝰ fuit, & ne res in grandem procederet seditionẽ, rex Lodouicus Petro Zaffraniecz castrũ regium Pieskoua, Skala, ꝑpetua donatione dedit, crescentem seditionẽ extinxit. Et quia Wladislao duci Oppolieñ rex Lodouicus plures districtus & castra in terris Russiæ ꝑpetua largitione donauerat. Ideo ut eorum accessio ad regnum Hungariæ facilior foret, ducatum

Seditio Hũgarorum & Polonorum.

ret, ducatum Dobrzinẽsem cum castris & oppidis Bidgostia, Wlathow, & Valcz, ex morte Kazimiri ducis Stetineñ deuoluti. Item ducatum Gniewkouieñ decem milibus florenorũ, a duce Wladislao albo comparatũ, illi perpetuo donauit. Districtus uero castra, oppida, & uillas Russiæ, Hungaris (Polonis nequicq̃ improbãtibus) partitus est. Horrentibus autẽ Polonicã aram, rege Lodouico & regina Elizabeth antiquiore, rex Lodouicus Wladislao duci Oppolieñ regnum Poloniæ gubernandum cõmisit. Anno tandẽ domini 1381. Elizabeth regina Hungariæ, regis Karoli relicta, filia Wladislai Loktek, & soror Kazimiri Poloniæ, genitrix uero Lodouici Hũgariæ & Poloniæ regum, uigesimanona Decembris in ætate grandeua, in castro Budeñ mortua. Et in monasterio in insula Budensi sepulta, rex Lodouicus in medio quadragesimæ uocatis Prælatis, & Baronibus Poloniæ in Budam. Gubernatores regni Poloniæ, Zauissium episcopum Gracco: Dobeslaum de Curoswanki patrem eius Castellanum Gracco: & Sandiuogiũ de Subino Palatinum Kalissieñ, & Capitaneũ Gracco: constituit, qui regnum Poloniæ pertranseuntes, largas expensas fecerunt, bona pauperum diminuentes. Iudicia & terminos proclamarunt, & causas non audierunt, nec ullam iusticiam administrarunt. Sentiensq; rex Lodouicus uiribus se destitui, ãno domini 1382 filiam suam natu maiorẽ Mariam. Sigismundo Marchioni Brandenburgeñ quartumdecimũ ætatis ãnum agẽti, filio Karoli olim imperatoris Romanorum & regis Bohemorũ ex Elizabeth Boguslai ducis Stolpeñ ꝑgenito, copulauit, uocatisq; pro die sancti Iacobi Polonis ad Solium alias Swolen, oppidum & castrum Hungariæ prope Cremniciam, Prælatos & Barones Poloniæ ad suscipiendum in regem Poloniæ Sigismundum Marchionẽ præfatum Brandenburgeñ, & præstandum ei homagium per iuramentũ fidelitatis, compulit. Missoq; Sigismundo ad suscipiendum regni Poloniæ possessionem, plerasq; in regno Poloniæ insolentias amputare & exterminare præcepit. Qui castrum & oppidum Koszmin. Item duo fortalicia Nabiszicze, & Koszminiecz, breui expugnauit. Castrũ uero Nodolanow, Barthossio pacta secum inita nõ seruante, circũsedit. Sed quũ illius expugnatio difficilior censeretur, copias Polonicas & Hungaricas in Mazouiã traducens, ducatũ tantummodo Semouiti, præstare Lodouico ut poloniæ regi homagium detractanti. Ianussius em̃ alter dux Mazouiæ, dudum in ditionẽ regiam cõcesserat, uastare spoliis & incendiis cœperat. Interim uero Lodouicus rex Hungariæ & Poloniæ apud oppidũ Hungariæ Tirnaua tredecima Septembris fatis interceptus est, ad Albamq; regalem relatus, in sacello ab eo dotato, sepultus. Quum apud Polonos annis duodecim, apud Hungaros uero annis quadraginta regnasset. Cuius excessu Sigismundus Marchio per festinũ nũncium sibi denunciato, de agro Mazouico excessit, uersusq; Posnaniã per rexit. Et a Posnanensibus ciuibus congruo honore susceptus, fidelitatis iuramenta exegit. Temporibus istius regis Lodouici, nulla stabilitas, nullaue iusticia in regno Poloniæ fuit, bona pauperũ rapiebãtur, negociatores ac uiatores deprædabantur. Prælati ac nobiles cum eorum rebus, equis, & suppellectili de regno captiuati educebãtur. Exactiones sæpenumero, cõtra pacta & promissa

wladislaꝰ dux Oppolieñ regni Poloniæ gubernator.

Mors Elizabet

Sigismundus Marchio Brandenburgeñ.

Lodouicus rex Hũgarię & Polonię mortuus.

cta & promiſſa regis, tempore coronationis facta, exigebantur. Sed præla-
tis reſiſtentibus raro ſoluebantur. Iniuriam paſſi pro complemento iuſticiæ
in Hungariam currebãt, quos rex ad reginam genitricem ſuam, & uiceuerſa
regina ad filium regem Lodouicum remittebat. Litteris apportatis, quæ ex
Cancellaria regis graui pecunia redimebantur. Capitanei minime parebant
propriis dumtaxat commodis incumbendo.

CAPVT XXXII.

POſt mortẽ regis caſtra Ruſſiæ Crzemienyecz, Oleſzko, Hrod
lo, Lopatin, Snyatin, duci Lubardo tunc caſtrum Luczko obti-
nenti, Hũgarorum milites quibus Lodouicus rex caſtra commi-
ſerat, prodiderũt & uendiderũt. Et regina Hũgariæ Elizabeth
pleroſq; corũ in carceres coniecit, alios capite mulctauit. Eodem anno apud
Radomſke oppidum, pro die ſanctæ Katharinæ conuentu habito, regnico
læ Poloniæ alteri ex filiabus regis Lodouici præſtare homagium concluſe-
rũt. Prudentem principem perſonalem reſidentiam facturũ eidẽ iungẽdum
& Sigiſmundum abiciendũ, clandeſtina decoctione includendo, ſcripto & ſi
gillorum appenſione roborarunt. Bodzantha Archiepiſcopo Gnezneñ, &
Damaratho Caſtellano Poſnanieñ ac Capitaneo maioris Poloniæ contra-
uenientibus, ſancti Nicolai uero luceſcente die magnus Viſliciæ conuentus
haberi cœptus eſt. Cui Sigiſmundus Marchio interfuit. Duo etiã Epiſcopi
Stephanus Agrieñ, & Ioannes Cenadieñ, totidemq; Barones ab Elibabeth
Hungariæ regina uenerunt, præcati ſunt, ne cui alteri, ſed nec Sigiſmundo
Marchioni, fidem & ſubiectionem præſtarẽt, donec per reginã de utraq; fi-
lia certior ordinatio fieret. Quapropter concluſio apud Radomſke habita
ratificata eſt. Cui Archiepiſcopus Gnezneñ Bodzãtha, & Capitaneus ma-
ioris Poloniæ Damarathus, aſſẽtire coacti ſunt. Ex Viſlicieñ dieta Sigiſmũ
dus Marchio Graccouiã uenire deſiderauit, ſed Dobeſlao de Curoſwanki,
Caſtellano Gracco: diſſuadente, non eſt admiſſus. Sed in Niepolomiczę ex
inde in Bochnya & in nouam Sandecz deductus, & ſumptu Polonico pro-
curatus, in Hungariam rediit. Deinde Elizabeth regina Hungariæ fatigata
& ſæpenumero adhortata eſt per proceres Poloniæ, ut unam ex filiabus ſu-
is ad Poloniam regnaturam mitteret, quos in conuẽtione Siradieñ ante pe-
nultima Februarii, 1385 celebrata per Nicolaum Veſperimeñ Epiſcopum,
& duos Barones Hungariæ patentibus litteris a iuramẽtis & fide, qua filiæ
Mariæ & Sigiſmundo Marchioni ſponſo eius ſe deuinxerãt abſoluit. Et al-
teram filiam natu minorem Heduigim pro feſto Paſchæ in Poloniam mitte
re promiſit. Poſt hoc uigeſimaoctaua die Marcii predicti anni in conuentio-
ne Siradieñ, Semouitus dux Mazouiæ, rex Poloniæ decernebatur, tamẽ to
tum negocium dilatũ & ſuſpenſum eſt ad Heduigis filiæ regis Lodouici ad
uentũ. Quare prefatus Semouit9 dux Mazouiæ, uolens decretum de ſe fa
ctum exequutioni demandare, perſonam ſuam occultãdo cum Bodzantha
Archiepiſcopo Gnezneñ in Graccouiam proceſſit, ſed aduentu ſuo publica
to, ſeptima Marcii Graccouiam ingredi non eſt permiſſus. Declinauit ergo
cũ Bodzãtha Archiepiſcopo Gnezneñ in curiã ſancti Floriani extra muros
Graccouieñ

Coruentus in Radomſzke

140

Graccouieñ, quam idẽ Bodzantha Archiepiſco: exiſtens Prepoſitus ſancti
Floriani muris inſigniuerat & conſtruxerat. Ibiq; latitare non ualens, a cõſu
libus Graccouieñſibus & quibuſdam nobilibus legationem accepit, q̃ niſi ab
ſcederet, uariis modis eũ uexaturi, propter imminens ciuitati periculũ. Qui
quum circa curiam ſancti Floriani, in nocte feſti Pẽthecoſtes cuſtodiam ad-
hiberet, tandem die ſequenti ſole oriente Graccouiam reliquit, & per Proſſo
uiczę in Nouam ciuitatem Corczin perrexit, ubi quindecim diebus immo-
ratus, Heduigim filiã regis opperiebatur & expectabat, uolens eam ſuaſu
& ſuggeſtione plurium, ſi ſponte nõ daretur, rapere, & per eam regnum Po
loniæ obtinere. Prelati autẽ & proceres Poloniæ ad excipiendam & inducen
dam Heduigim filiam regis Lodouici in nouam Sandecz, pro feſto Penthe-
coſtes iuerant, quos regina ad ſe in Caſſouiã trahens & uocans promiſſa im
mutauit & concluſit, pro feſto Martini proxime futuro Heduigim filiam re
giam in Graccouiã miſſuram. Semouitus ergo ſpe ſua fruſtratus, Conuenti
onem generalem apud Siradiam pro die ſancti Viti omnibus Polonis indi-
xit. Illi autẽ pleriq; ſinguli, Semouiti ducis ædicta & comminationes aſper-
nati ſunt. Solus Bodzantha Archiepiſcopus Gnezneñ, cum nonnullis ma-
ioris poloniæ iuuenibus militibus Siradiam aduenies. In monaſterio fra-
trum predicatoꝝ Semouitum ducem Mazouiæ, regem poloniæ, eũ in altũ
cum aliis leuando, pronunciauit. Propter quod exercitus Hungarorum duo
decim milia armatorum, duce Sigiſmundo Marchione Brandenburgeñ, ha
bente in ſuo comitatu Demetrium Archiepiſcopum Strigonieñ, poſt feſtũ
ſancti Iacobi per nouam Sandecz aduenies, & per terram Radomieñ, au-
cto exercitu Graccouienſibus & Sandomirieñ militibus, Mazouiã intrauit
Et ſingula quæ ad Semouitum ducem pertinebãt, uaſtauit & crudeliter incẽ
dit. Deinde uigeſimaquinta Septembtis Brzeſcze ciuitatem Cuyauiæ obſi
dione cinxit, quoniã ipſa duci Semouito parebat, & ſub undecim diebus qui
bus obſidio continuabatur, Cuiauieñ terra perinde ac hoſtilis a Polonico &
hungarico exercitu uaſtata eſt. Donec Wladiſla9 dux Oppolieñ, Vieluneñ
& Dobrzineñ mediatorem ſe ponens, inducias pacis in feſtum paſchæ dura
turas inter Sigiſmundũ Marchionem, & Semouitũ Mazouiæ ducem ordi-
nauit, Damaratho etiã de Pirzchno Caſtellano Poſnanieñ, in fauorẽ Sigiſ-
mundi Marchionis & Elizabeth reginæ hungariæ, Saxonibus & Pomera-
nis conductis Cuyauieñ terram, ſub diebus quibus a Sigiſmundo Marchio-
ne Mazouia uaſtabatur, ſpoliorum ingeminatione ex oppido Zneineñ ob-
terente. Wladiſlaus dux Oppolieñ apud Iuniwladiſlauiã cõmorans, gentes
eius, qa in terra ſua prædas agebãt, magna ſtrage cũ excuſſione predæ quã
abigebant, obruit. Elizabeth autẽ regina Hungariæ, pacta quæ cum pro-
ceribus Poloniæ in Caſſouia pepigerat temerante, anno domini 1384. Miſ-
ſus Sandiuogius de Subino Kaliſſieñ palatinus, & Graccouieñ: Capitaneus
apud Iadram eam reperiens, hortatus eſt ut filiã regiam Heduigim in Polo-
niam mitteret. Videſq; ſuas & Polonorum ſpes in irritum recidere, & ſe a re
gina detineri, nec abire permittẽte, donec Graccouiam hungaris reſignaret
irritatus & ipſe equis permutatis, prout antea ordinauerat, ex Iadra euolãs

Spes Semouiti de Hduigi conſequenda.

Semouitus rex pronunciatus.

Sigiſmundus Marchio huic reſiſtit.

Oppolieñ dux mediator horum.

in una die naturali, quod uix credibile dictu est, sexaginta miliaria confecit Graccouiamq; defatigatus, omnes nuncios præuolans, peruenit. Etconuentu uno in Lelow, altero secunda Marcii in Radomske constituto, leui nuncio Przeczlao Vanuelski, reginæ apud Budam mandata proceres Polonorum miserunt, rogaret imprimis, ut filiam Heduigim mitteret pro festo sancti Stanislai, abstineretq; ludibriis, quibus tantopere usa est Polonos afficere, Polonos decætero nec legatos mittere, nec missionem Heduigis expectare. Mouit tam aspera legatio Elizabeth reginam, propter hoc Sigismundũ Marchionem Brãdenburgeñ generum suũ ad regendũ regnum poloniæ misit, quoad filia Heduigis adolesceret. Quod quũ apud Gracco: percrebuisset, irritati iusto exercitu collecto in Sandecz processerunt, missisq; ad Sigismundum Marchionem, qui iã apud Lobowla hospitabatur, nunciis, monuerunt, ne regnum eis inuitis introeat. Illum nec pro rege, neq; pro gubernatore ullo pacto se accepturos, quin etiam ingressum illi non secus atq; hosti armis interdicturos. Qui hac denunciatione territus, gradum repræssit. At regina promissiones suas impletura, Heduigim filiã cum magno Baronũ præcipue Demetrii tituli sanctorum q̃ttuor Coronatorũ Præsbiteri Cardinalis, ac Archiepiscopi Strigonieñ, & Ioannis Cenadieñ Episcopi, comitatu, ferè tem secum in auro, argento, in uasis, pannis, elenodiis, gemmis, & cortinis, insignem & regiã suppellectilem, pro festo sancti Michaelis transmisit. Ad quam excipiendam Prælati & Barones Poloniæ certatim occurrentes, cum ingenti alacritate Graccouiam, omnium ecclesiarũ processionibus, omniũq; statuum ordinibus, obuiã illi effusis, perduxerunt. Et die Solis quindecima Octobris, ipsam in Gracco: ecclesia, quo die apud Polonos sanctæ Heduigis agitur celebritas, per Bodzantham Gnezneñ Archiepiscopum, Ioãnem Gracco: Ioãnem Wladislauieñ, Dobrogostium Posnanieñ, Episcopos, sub præsẽtia Strigonieñ Cardinalis & Baronum atq; militarium utriusq; regni Polonici & Hungarici copiosa frequentia, in reginam Poloniæ inungi, consecrari, & diademate reginali coronari procurarunt, tributa ei plena facultate regnum Poloniæ administrandi, donec quispiam principum in regem Poloniæ coronandus ipsi adiungeretur.

Graccouiensium mínę.

Heduigis, filia Elizabeth mittitur.

CAPVT XXXIII.

ANno domini 1370 Keystuth dux Lithuaniæ, cum tumultuario exercitu Prussiam subintrans, districtum Stisten uastauit & exussit. Celerrime se de Prussia cũ captiuis recipiẽdo. Quam uastationem Vinricus magister Prussiæ ulciscens, in Lithuaniã intrauit, & exercitu in quattuor partes partito, captiuos plurimos in Prussiã deduxit. Quo redeunte Elner Cõmendator de Balga, partes Russiæ ingrediẽs castrum Dreuik impugnauit, quod quum conquirere nequiret, spoliata regione in Prussiam cum captiuis rediit. Deinde concurrẽtibus multis forẽsibus terciam expeditionẽ Cõmendator de Iusterbork ægit, qui castrum Dirseme expugnatum incẽdit, & multos Lithuanos aut occidit aut captiuauit. In anno autem sequenti scilicet 1371 Keystuth dux Lithuaniæ uicissim in Prussiam cum exercitu ueniens, districtum Stisten uastauit, & multis christianorũ occisis

Lithuanorum & Ruthenorũ clades.

occisis, spolia in Lithuaniã duxit, ꝓpter quod Vinricus Magister Prussiæ, Lithuaniã & Samagittiam uastauit & succẽdit, ac cum spoliis rediit. Postea alterum exercitum frater Elner Commendator de Balga in Russiam duxit Castrumq; Dreuik expugnare non ualens, spolia tantũmodo cœpit, & onustus in Prussiam rediit. Egit & terciam expeditionẽ in Lithuanos Cõmendator de Iusterbork, & expugnato atq; incẽso castro Dirseme, multos ex Lithuanis aut cœpit aut necauit. Anno domini 1371 die quindecima Aprilis in dominica Iudica, fulmen uerticem dextræ turris ecclesiæ Posnaniensis percussit, & extremitatem angularem abrumpẽdo, exiguo testudinis foramine in sacellum regium penetrãs, imagines Przemislai regis Poloniæ & suæ cõsortis Richszæ nomine in parietibus sacelli sculptas fregit & decussit. Eo anno & sequenti grãdis pestis, depredationes, & spolia in maiori polonia fuere.

Pestis.

Anno domini 1372 Lodouicus Hungariæ & Poloniæ rex, filiam suam natu maiorem Mariam, Sigismundo filio Karoli imperatoris ac regis Bohemiæ, Marchioni Brandenburgeñ desponsauit. Eodem ãno bina a Prutenis in Lithuanos expeditio facta est, quarum unã frater Vigandus de Belderstein, alteram Commendator de Iusterbork administrauit, nihil memorabile in utraq; gestum est. Anno domini 1373 Elner Cõmendator de Balga Russiæ bellum intulit. Et terram Volnisk a uastans, usq; ad Kamienyecz prædatus est. Cõgestisq; captiuis & pecoribus Balgã rediit. Quadragesimali uero tpe Keystuth Lithuaniæ dux, omnes custodes Cruciferorũ fallens, per deserta & nemora Prussiã ingressus, circa uillam Biberstein hostilitate facta, plures aut occidit aut cœpit, ab exploratoribꝰ uero certior factus de Cruciferorũ exercitu, in siluas & deserta illic refugit, relictis insidiis in locis oportunis, si Crucifери fugientem insequerentur. Cõmendator igitur de Brãdenburk qui ducebat exercitum, insidias incidere ueritus, persequi Keystuth destitit. Anno domini 1374 Commendator de Iusterbork cum equestri & pedestri agmine Lithuaniam ingressus, districtum Veygow uastauit, & cũ captiuis spolisq; Iusterbork regressus. Consurrexerunt post hoc omnes Cõmendatores & terras Dirsinigen & Veygow, duce Gothfrido de Thilia Marsalco Prussiæ ferro & igne uastarunt, septingentosq; captiuos in Prussiam deduxerũt. Anno domini 1375 Lodouicus hungariæ & poloniæ rex, Heduigim filiam natu minorem Vilhelmo, Lupoldi ducis Austriæ filio, qui in aula soceri nutrieba tur, desponsauit. Et eodẽ ãno præfatus rex Lodouicus ad Gregoriũ papam undecimũ, missis nũciis in Auinionẽ, Halicieñ oppidũ archiepiscopali, Przemislieñ uero Chelmeñ & Wladimirieñ episcopali honore insigniri obtinuit ad metropoliticam Halicieñ ecclesiam Iacobus polonus fuit consecratus, & sedi suæ ecclesia græci ritus fuit assignata. Ad Przemislieñ uero Henricus frater minorum natione Almanus, genere nobilis, primus Episcopus fuit cõsecratus. Eodem anno Ioannes Posnanieñ episcopus de domo Doliwa, idropisi in Sbicouo mortuus est, & Posnaniã relatus, in die Cathedræ. s. Petri añ altare beatæ Mariæ sepultus est, hic oppidum Dolszko fundauit, multasq; uillas circa Crobya & Bugk erexit & locauit. Anno quo supra. Gemina expeditione in Lithuanos Cruciferi usi. Maior exercitus in quo erant omnes

Filia Ludouici Mariа Sigismundo imperatori desponsata.

Filia Ludouici Heduigis Vilhelmo desponsata.

Ioannes Episcopus Posnaniẽ mortuus.

Prutenorū & Lithuanorum vastatio mutua.

Cōmēdatores, in Lithuaniā, Cōmēdator uero de Ragnetha cū rātiori agmine in Russiam diuertunt. Vterq; autē exercitus cœdi & uastationi intentus, spoliis refertus rediit. Interim Lithuaniæ duces Olgerd⁹, Keystuth, & Swerderko cum propriis & auxiliaribus gentibus Prussiam tripharie diuisi intrauerūt. Olgerd districtum Velow, Keystuth Caplanken, Swerderko Iusterbork, igne, cœdibus & spoliis uastarunt. Occisisq; noningentis christianis & castro Iusterbork expugnato & exusto, magnum numerū spoliorū, nullam resistentiam experti, retulerunt. Secunda die Iulii Berardus Cōmendator de Ragnetha, p unā partē, frater uero Theodric⁹ p alterā Lithuaniā, ingressi, cœdibus & spoliis per aliquot dies, nullam resistētiam experti, uacabāt. Cō prænensisq; cētum quinquaginta captiuis, Prussiam regressi sunt. Anno domini septuagesimo sexto supra mille ducentos. Przeczlaus de Pogorzala Episcopus Wratislauien, quum annis trigintaquinq; ecclesiæ Wratis: utiliter præsedisset, in medio quadragesimæ mortu⁹ est. Et in ecclesia Wratislauien in sacello Mansionariorum sepultus. Hic a Boleslao Legniceñ & Bregē: duce, castrum & ciuitatem Grotkow cum suo districtu in sortem Wratisla: ecclesiæ coemit. Hic Mansionarios in ecclesia Wratisla: & Cōuentum duodecim pauperū laicorum, singulis diebus stipem & annuū amictū sumētium, in Nissa fundauit & dotauit. Hic ecclesiam Wratisla: murorum edificiis, piscina & structuris, uillarum emptionibus & locationibus, uasis aureis, & argenteis, ornamentisq; uariæ suppellectilis, adeo extulit, adornauit & magnificauit, ut uulgari fama aureus Episcopat⁹ appellaretur. Prælati autem & Canonici ecclesiæ Wratislauien Polonis uiris idoneis de suo gremio contemptis, in die electionis Theodricum Bohemū Decanum Wratis: qui uicioſe in Decanatū intrauerat, in Episcopum elegerunt. Cui Gregorius undecimus in Auinione permanens respondit, non prius de ecclesia Wratisla: prouidere, donec ex Auinione Romam trāsmigraret. Interim uero ad Wratisla: ecclesiam fratrem Nicolaum ordinis prædicatorū episcopum Mayorienſem misit, ut fructus & redditus ecclesiæ Wratisla: tanq̄ eius procurator perciperet, & omnia per Przeczlaum derelicta, cameræ Apostolicæ ad plenum reddi mandaret & procuraret. Qui ueniens Wratislauiā publicato mādato apostolico, in hunc modum cum Capitulo Wratisla: conuenit. Vt singulis annis quo Wratis: ecclesiam uacare contigerit, octo milia florenorum apostolicæ redderent cameræ. Pro derelictis uero Przeczlai Episcopi triginta milia. Pro collecta & contributione biennali ecclesiæ polonicæ imposita, pro sorte ecclesiam Wratisla: contingente, duo milia, & pro expensa ac fatiga in pecunia huiusmodi Romam ferenda, unum mille, reddere tenerentur. Eo igitur pacto Capitulum Wratisla: nūcio apostolico Nicolao Episcopo Mayorienſi triginta tria milia florenorum, sub uno tempore & die persoluit. Et papa Gregorius a tempore uacationis fructus percipiens, Wratislauiensem sedem uacare permisit.

Przeczlai Wratislauiēn Episcopi mors.

Electio alteri⁹

CAPVT XXXIIII.

IAroslaus de Skotniki, qui excœcatus fuerat, & de Archiepiscopatu Gnezneñ cesserat, plenus dierum, quia centenarius, in Kalisz ueniens

lisz ueniens, in Archiepiscopali domo anno domini 1376 die sedecima Septēbris mortuus est, & uigesima eiusdem mēsis in ecclesia Gnezneñ in sacello abeo fundato & dotato sepultus. Hic oppidum Kamien in metis Pomeraniæ situm fundauit, & Zneinam instaurauit, hic ad ornādum patriam & ecclesiam Gnezneñ castra Louicz, Opathow, Vnieyow, Kamien. Item ecclesias in Gnezna, Curzelow, Oppathow, Kalisz sanctæ Mariæ. Item Curias in Gnezna, in Lancicia, in Vielun, in Kalisz, in Graccouia extra muros Graccouiē: sub castro, muro construxit. Curiam tamen sub castro Gracco: desertam Ioannes Albertus rex poloniæ, tempore quo Thurci, Thartari, & Valachi in diebus nostris, Russiam usq; ad Kanczugam anno domini 1498 uastarunt, deiicere præcepit, ne ipsius occupatione castro Gracco: immineret periculum. Is Iaroslaus Archiepiscopus districtum Louiceñ pene desertum, utpote qui non nisi duas marcas in censibus habebat reperiens, locatum & populatum octingentas marcas fundentē, de suo censu annuo ultra censum frumentorum reliquit. Anno præfato in sinodo Vnieyouieñ contributionē biennalem a singulis polonicæ ecclesiæ Diocesibus modestam quantitatem de qualibet marca uidelicet taxe papalis, duos grossos, Nicolaus episcopus Mayorieñ nuncius apostolicus dari consensit. Eodem anno sciens Vinricus magister Prussiæ Lithuanos in regni poloniæ inuasione occupatos, in Samagittiam proprium dumtaxat militem traduxit, ubi nullo prohibente districtus sex uidelicet Miedniki, Eroglen, Aruisten, Rosgein, Gessow & Pastow cœde & flammis uastauit. Castrum post hoc Kowno pugnare adorsus, dum in eius expugnatione pleriq; notabiles milites de ordine cecidissent, castro inexpugnato relicto, Marsalcum cum decem milibus armatorū misit, qui uniuersam regionem ad Niemien fluuium sitam, demolitus est, & cum multitudine captiuorum Prussiam remeauit. Anno præexpresso instāte Karolo imperatore Romanorum, & rege Bohemorū, magnis conatibus & muneribus Venceslaus filius eius sedecimū ætatis agens annum, electus est in die Barnabæ apostoli in Frankfordia in regem Romanorum, coronatus Aquisgrani in octaua apostolorum Petri & Pauli. Anno domini 1377 Dolis magis q̄ uiribus Keystuth Lithuaniæ dux, copias suas per Mazouiæ terras in Prussiā traduxit, & omnem orā circa Dzoldow & Nidbork uigesimanona Septēbris graui cœde, & igne, cum multorū hominum captiuatione uastauit. Circa festū uero sancti Iacobi filius Keystuthi, adolescens manu & animo promptus, nomine Vitowdus, primam expeditionem in Prussiam ægit. Et circa Taynow & Iusterbork populationem & conflagrationem peragens, spoliis onustus, illesus ad patrē rediit. Magister itaq; Prussiæ Vinricus cum frequēti militum suorum armatura, primum in Russiæ oram descendit, & circa castrum Byelyagi aliquot diebus statiua tenuit, deinde in Kamienyecz applicuit. Ab inde uero in terras Lithuanorum & Samagittarū descendit. Quas quum ferociter peruastasset, cum spoliis & captiuis Prussiā redeunti, Lithuani insidias, silua uasta, qua iturus erat, in plerisq; locis succisa, tetenderūt Prutenicum exercitum, iniquitate loci uehementer adiuti, in primario congressu uiginti milites qui ordinum ductores extiterāt, strauerunt. Cæteri sil-

Iaroslaus de Skotniki mortuus.

Vinricus magister Prussiæ Samagittiam ingressus.

keystuth cum filio Prussiam vastant.

Vinricus repugnat.

uarum latebris tecti, manus Barbaricas effugerunt. Fecerūt post hæc duo Lithuanorū principes Olgerd & Keysluth in terris Prussiæ, habentes fortē exercitū tripharie diuisum, irruptionē. Et terra circa Iusterbork & Velow exusta & in solitudinem redacta, in terrā Salow, quam Canonici de Konigsbergk obtinent, aduenientes, eam funditus cōdibus, spoliis, & flāmis euerterūt, & per Iusterbork cum cœtu magno captiuorum Lithuaniā reuersi sunt Commendator deinde de Ragnetha uno agmine, & Cōmendator de Belga altero. Item frater Kune de Hattēstein tercio, seorsum in Lithuaniā ingressi, quilibet populatione latius q̄ poterat extensa, multa spolia atq; incendia pegerunt, & Prussiam uinctos deduxerunt. Congessit post hæc omnia, Magister Vinricus exercitum copiosum, cum quo Lithuaniā ingressus, duo castra in eius confiniis erexit atq; edificauit, uidelicet Bartemburk & Demrin. Interim uero quo perficiebatur opus, Gotlifridum de Linda Marsalcū, cum expeditiori milite Lithuaniā misit. Qui plures captiuos cum spoliis incolumis reduxit. Sed neq; ea expeditione magister Prussiæ Vinricus contentus, aduenientibus in sui subsidium Australibus, in Samagittiā transiuit. Et duabus regionib⁹ uidelicet Kalthaneuen & Veduke per dies decem uastatis, spoliatis & incensis, spolia in Prussiam in quadrigis reduxit. Anno domini 1378 Marsalcus Prussiæ Gothfridus de Linda, habens in suo comitatu duodecim milia pugnatorū, Lithuaniam ingressus, usq; ad castrū Troki aduenit. Troceñ autem districtu uastato, etiam Vilneñ simili subiecit clade. Cuius potentiā Keystuth plurimum perhorrescens, colloquium petiuit, & tractatibus mutuis factis, rogatus a Keystutho, Marsalcus a cœde temperauit, & partis tā tummodo contentus, in Prussiā exercitum reduxit. Incontinēti uero Cōmendator de Ragnetha frater Kune de Hattēstein cum nouo exercitu in die sancti Ioannis baptistæ Samagittiam & Lithuaniam ingressus, districtus Przeuan, Labyow, Aruisch, Pasterin, Eroglen, & Pernarey, cœdib⁹, spoliis, & flāmis uastauit, ac cum multitudine spoliorum in Ragnetham rediit. Præterea cum noua militia, quæ ex Almania aduenerat, Gothfridus de Linda Marsalcus Prussiæ terciam in Lithuanos expeditionē ægit, habens in suo comitatu omnes Cōmēdatores & quintis flatiuis ad Vilno peruenit, omnia igni & ferro subiciēdo. Dux aūt Keystuth, qui tunc in Vilno agebat, induciis in unum diem obtentis, ab exustione ciuitatis Vilneñ abstinere petebat, quod etsi sibi fuerit per Gothfridum Marsalcum promissum, media tamen cititatis pars igne conflagrata, altera ægre defensa est, induciis cessantibus, castri Vilneñ expugnatio est tentata, quam quum Marsalcus prouenire nō posse animaduerteret, obsidione soluta, Prussiam remeabat. Interim uero Vitowdus Keystuthi filius, cum quingentis Lithuanis, Prutenicū exercitū antecedens, commeatus quos Cruciferi in solitudine pro reditu reliquerāt, occupauit, recepit & distraxit. Quapropter exercitus Prutenicus illic ueniens, & uictualia occupata offendēs, sex diebus atrocem famē perpeti coactus est. Eiusdem anni penultima Nouembris Karolus Romanorum imperator, & Bohemiæ rex, quum annis uno & triginta imperasset, mortuus est, apud Pragam & in maiori Prageñ ecclesia sepultus.

Lithuanorum exercitus trifariē diuisus.

Bartemburgk & Demrin castra eriguntur.

District⁹ Lithuanici vastanī.

Vilneñ Ciuitas exusta.

karoli Romanorum imperatoris mors.

ANno domini 1380. Florianus Graccouieñ Episcopus, dum tredecim āos in Episcopatu exegisset, sexta Februarii mortu⁹ est In ecclesia Graccouiē in sacello sancti Thomæ per eum dotato sub tabula ærea sepultus. Hic in oppido Bodzanczin castrum muro erexit, & oppida Bodzāczin & Islza muro & turribus cinxit. Item ecclesiam in Dobrauoda & alterā in Vangleszin uilla patrimonii sui muro cōstruxit. Huic Zauissi⁹ de Curozuanki Achidiaconus Gracco: nobilis de domo Rosæ successit. Anno domini 1381 decimaseptima mensis Iunii. Semouitus filius Troideni, toti⁹ Mazouiæ dux, in castro Ploceñ mortuus, & in ecclesia eiusdem tumulatus. Reliquit tres filios, duos ex prima uxore, filia Nicolai ducis Oppauiæ, uidelicet Ianussiū & Semouitum. Tercium Henricū ex altera cōiuge filia Wladislai ducis Zambieñ, uenustissima corpore, quā de adulterio suspectam habens suffocari præcepit. Et dum ex lineamētis & & phisonomia filium Henricum præfatum sibi similem comperit, de morte suffocatæ matris perpetuo doluit. Itē reliquit duas filias, quarū unam Wladislao Oppolieñ, Vieluneñ, & Dobrzineñ duci. Alterā Kazimiro Stetineñ, quo absumpto, Henrico Lodouici filio Bregeñ ducibus in coniuges tradidit Is Semouitus onerosus & grauis omnibus, præsertim suis subditis fuit. Ducatum Mazouiæ in duos tantummō filios partitus est. Ianussio Varszouiē: Semouito uero Ploceñ ducatū consignando. Henrico reassumpto, de Lancicieñ præpositura prouidit. Anno quo supra die octaua mensis Augusti, monasterium Carthusiēsium in diocesi Wladislauiē: inter duos lacus, quattuor miliaribus a ciuitate Gedaneñ distans, per Ioannem Ruscinki militē natione polonum, pro insigni nobilitatis, leonem cum capite sturionis deferentē, fundatū est. Qui p̄ dote præfato monasterio, tres uillas suas hereditarias, Kolplen, Czaple, & Gdinya prope fluuium Radunya in terra Pomeraniæ consistentes donauit. Ad incolendūq; fratres Carthusieñ ex monasterio Prageñ uocauit. Et extunc locus ille paradisus Mariæ uocari cœpit. Eodē anno noua molestia ad molestiam uacantiæ sedis Pontificis accessit, ecclesiæ Wratislauieñ. Ceruisia siquidē Sweidniceñ Henrico Decano Wratislauiē ad celebritatem instantis natiuitatis Christi, a Ruperto Legniceñ duce & germano missa, mandato consulum Wratislæ ablata est, & uector captus ac incarceratus est, quia contra constitutionē consulum Wratislauieñ ceruisiam extraneam adduxerat. Propter quod Venceslaus Lubuceñ Episcopus, & Wratislauiē: sede uacante administrator, Wratislauiēsem ciuitatē interdicto suppossuit. Venceslaus autē rex Bohemiæ litē inter clerum & populum Wratislauiē: sedaturus uigesimaseptima Iunii, & est quarta dies post Ioānis baptistæ Wratislauiā aduenit. Et diuina ob reuerentiam sui resumi peciit. Clero autē abnuente, ut scelus prophanationis nō incurreret, rex Venceslaus iratus, oppida & uillas ecclesiæ & monasteriorū spoliare iussit. Et tam ingens gregū pecudūq; numerus Wratislauiā inductus est, ut tricente oues p̄ tribus marcis usualibus, bos uero pro sertone uenderētur, & propter emptorū penuriā maior pars ad Bohemiā pulsa est. Iussit deinde Abbatem sanctæ Mariæ in arena, penultima die Iunii, quæ est dies Petri & Pauli apostolorū captiuare, & plusq̄

Florianus episcopus Graccouieñ mortuus

zauissius eius successor.

Semouiti mors.

Monasterium Carthusianorum.

Sequela Venceslai regis Bohemię in clerū wratislauiēsem

& plusq̃ octo diebus in prætorio Wratislæ captiuitatẽ ptulit. Frater uero Marcus Abbas sancti Vincentii extra muros Wratislæ se altera die insulatum coram rege diuina celebraturũ ficte promisit. Nocte autẽ sequenti cum singulis fratribus suis, ad monasteriũ Strzelneñ in regno poloniæ fugit. Seuitum est præterea in curias Episcopi, Canonicoꝝ, Monasteriorum & Vicariorũ, de ablatis thesauris, clenodiis, & argentariis rege sortẽ cum militibus diuidente atq; accipiente, oppidis insuper & uillis ecclesiæ, sibi obediẽtiam & tributa præstare iussit. Eodem ãno uigesima Decembris Nicolaus Strosberk, Præpositus Gneznen Collector fructuũ sedis apostolicæ in regno poloniæ, a Thoma Episcopo Lucerino nuncio apostolico, camerã apostolicam primum in mille quingentis florenis quos restituere cogebatur. Deinde suspitione aucta ex quittationibus & registris succollectorũ, coram se per compulsoriã productis, in duodecim milibus florenorum decepisse conuictus, capitur, & Wratislauiæ ppetuis carceribus deputatus est. Anno domini 1582. Ianuarii duodecima Zauissius de domo Rosarum, Episcopus Graccouii: in uillagio ecclesiæ Gracco: Dobrauoda, ppe Vislicẽ æger factꝰ, uel ut alii tradunt, dum aceruum per scalam ad corrumpendũ uirginẽ rusticanam ascenderet, cum scala deiectus, collisus mortuus est. Et in ecclesia Graccouieñ in sacello corpis Christi tumulatus. Patre eius Dobeslao Castellano Graccouieñ & germano eius Creslao Castellano Sandomirieñ pompam funeris more uulgi, equis purpuratis & curribus, superbe adornantibus. Vnde nocte sequenti strepitus uelut equorũ p ecclesiã discurrentiũ, & uociferatio demonũ dicentiũ. Poiedzmi na hops, quod sonat equitemus meretricatum, a sanctuariis ecclesiæ audita est. Hic anno pontificatus sui secũdo, collegium Mãsionariorum septẽ personarũ, qui officium beatæ Mariæ in sacello post chorum ecclesiæ Gracco: cantarent. Duodecim decimas & unum hortum in nigra uilla, mensæ Episcopalis donando, fundauit. Hic in Chodow uilla sui patrimonii prope oppidum Michow ecclesiã parrochialem fundauit. Largiens ei pro dote in uilla Poramba, & alibi decimas manipulares. Hic a rege Lodouico pro domo Episcopali, quæ nunc granariũ regium dicitur in castro Graccouiẽ: obtinuit, & uillam Pystrzecz cum allodio dictꝰ Crussicze, & domũ ligneam cum turri lapidea in castro Gracco: recepit. In locũ eius Ioãnes Radlicza medicinæ Doctor, Canonicus Graccouieñ, & regni poloniæ Cancellarius successit, affectuosissimis præcibus apud Capitulum Gracco: per regem Lodouicũ promotus. Hic Ioãnes Episcopus ex maiori polonia de uilla Radlicze prope Kaliss fuit, de nobilibus parentibus, qui galeã seu nauem alias Korab, p insigni deferebãt. Is post studia liberalia, dedit operã medicinæ, & in monte Pessulano pluribus annis cõmoratus, doctor factus, Lodouico regi Hũgariæ & Poloniæ, a rege Franciæ expertum medicũ petenti, missus, Facile pro doctrina artis suæ fauorem regis Lodouici & Baronum Poloniæ fuit consequutus.

Præpositus Gneznensis captus.

Zauissius Graccouieñ Episcopus moritur.

Ioannes Radlicza successor.

CAPVT XXXVI.

EOdem annò Semouitus Mazouiæ & Ploceñ dux, audita morte Ioãnis Szuchiuilk Archiepiscopi Gneznen, castrum Archiepiscopale

episcopale Louicz feria secũda paschæ obsedit & expugnabat, requisitusq; per nũcium Suffraganeum Gneznen, qua ex causa obsidionẽ intulisset. Respondit q; propter hostem suũ præcipuũ Derslaum Castellanum Gneznen qui se gubernatorem castri Louicz gereret, propter hoc accelerata electiõe Archiepiscopali, sedecima die Aprilis Dobrogostius de Nouidwor decretorum Doctor Decanus Gracco: & Cantor Gneznen, de familia Nalancz electus, suo & Capituli Gneznen nomine Bronislaum Cãcellariũ, Boguslaum Canonicũ Gneznen, Sãdiuogiũ de Kazimirz, Ioannem de Czarnkow iudicem Posnanien ac Castellanum Nacleñ, & Oszeponem de Grodzisko adducem Semouitũ destinauit. Quibus petentibus obsidionẽ solui, destitutionemq; de gubernatoria Louicen Derslai Castellani Gneznen pollicentibus, Semouitus dux grauibꝰ damnis irrogatis de agro & obsidione Louicen abscessit. Anno præfato Vrbanus papa sextus Wratislæ ecclesiæ septẽnalem uacationẽ respiciens, Venceslaum Lubucen Episcopũ, filium Boleslai ducis Legnicen, ad postulationẽ nunciorum Capituli Wratislæ de ecclesia Wratislæ prouidit. In Lubucen ecclesiam Adam de Kretlicz, Canonicũ Lubucẽ: substituens. Hanc prouisionẽ perosus Venceslaus rex Bohemiæ multipliciter impediebat, tandem sub iniquis cõditionibus huiusmodi discordia sic sedata est, ut omnia damna ecclesiæ Wratislæ per regem Venceslaũ irrogata & quinq; milia marcarũ Karolo patri suo per Capitulum Wratisl: mutuata remissa forent, & ut ad placandum regẽ, noua pecunia adduceretur. Id unicũ pro sui doloris lenimine Wratislauii: ecclesia solamen retulit. Vt consulares Wratislæ denuo creandi, ex prætorii loco, creatione celebrata, proprios lares non introirent. Nisi primũ ecclesia Wratisl: adita corporale iuramentum de defendendis & manutenendis iuribus ac libertatibus ecclesiæ in manibus Canonicorũ præstarent. Eodem ãno octauo kalendas Iulii Vinricus de Kniprode magister Prussiæ, dum unũ & triginta annos in magisterio exegisset, mortuus est. Cui Cõradus Czolner de Cottestein successit. Anno quo supra octuagesimosecundo, supra mille tricentos, nona die Augusti. Wladislaus Oppolieñ & tunc Vieluneñ & Dobrzineñ dux, monasterium fratrũ heremitarũ sancti Pauli primi heremitæ in Czanstochowa fundauit. Et in eo imaginem beatæ Mariæ ut fertur de pictura sancti Lucæ, quã de Russia per eum olim gubernata, apportauerat, quæ in hodiernũ diem ibidem permanet, collocauit. Huic monasterio præfatus dux uillas antiquã Czãstochow, & Kruodrza cum fabrica ferraria, molendino & prædio perpetuo donauit. Item decimas frumẽtales in uillis Gayãczicze, Dworziszouicze, Dupicze, Kruplin, & antiqua Brzesnicza. Item decimas frumentorũ & brasseorum, de molendinis constructis & construẽdis, oppidorũ Czanstochowa & Zari. Item decimas mellis, uillarum Przemikouicze, Przeuodzissouicze, Bobrowniki, Nadalicze, Koszanczin, Biskupicze, in districtu Holstineñ, Bobrowniki & Kamien in districtu Vieluneñ. Libertãdo bona monasterii prædicti ab omnibꝰ oneribus, tributis, exactionibus ordinariis & extraordinariis. Anno domini præexpresso 1382 Iagello magnus dux Lithuaniæ, una cum matre p. Keystuthũ ducem Lithuaniæ & patruũ captiuatus est. Pro cõpletiori autẽ cognitione

Prouisio Episcopatus Wratislauieñ.

Mors Vinrici de kniprode. Cõradꝰ Czolner Magister Prussiæ.

Monasterium Czanstochowieñ fundatur.

Gedimini proles.

cognitione originis præfatorũ Lithuaniæ principum. Animaduertẽdum eſt digreſſiue, q̃ Gedimino (qui dominatione rapta, iuſto principe apud quem ſtabulatus officio fungebatur occiſo, imperiũ in Lithuanis exercuit) erãt ſeptem filii, quibus pater dum adhuc uiueret, terras a Ruthenis abſtractas diuiſit. Montiuido ſiquidem natu maiori Kernow & Slonim cõſignauit. Narimuntho Pienſk, Olgerdo Kreuam, cui dux Ruſſiæ de Vitewſko unicã quã reliquerat filia, in matrimonium tradita, ducatus ſui ſucceſſionẽ tradiderat, Iawnuthe Vilnã caput gentis. Keyſtutho Troki, Koriatho Nouogrodd, Septimus & ultimus Lubardus, ſortem inter fratres non accepit, matrimoniũ filiæ unicæ ducis Wladimirien ſortitus, cum qua illi ducatus Leopolien & Wladimirien obueniebãt. Inter prædictos autẽ ſeptẽ germanos duces, Olgerd & Keyſtuth uegetiora ſortiti ingenia, etiam ſtrictiori ſe complexi ſunt charitate. Indignumq̃ rati parere Iawnuthe, deicere illum ex Vilna & ducatu magno, diemq̃ quo deſtinata exequantur, conſtituunt. Serius aũt Olgerdo ex Vitewſko, propter itineris longitudinẽ ueniente, Keyſtuth die qua inter eos conuenerant, cum gentibus armatis Vilnam occupat, parumq̃ abfuit quin & Iawnutham ducem occupaſſet, qui ſub tumultus tempore, de Vilna exiliens, in ſiluaſq̃ & montes tranſmigrãs, pedibus præ frigore rigeſcentibus, a pſequutorib9 captus, Vilnã relatus eſt. Miſit itaq̃ Keyſtuth, in fratris ſui Olgerdi ducis occurſũ, nunciũ, ſignificãs ſe ducẽ Iawnuthã & Vilnã cœpiſſe, Olgerdum Vilnam celerius uenire cogens. Quo ueniẽte, quis eoꝝ præſideret in ducatu magno, aliquanto tẽpore, uno alteri deferẽte honorem imperii, certamen habitum eſt, tandem ea concluſio capta eſt. Vt aliquibus diſtrictibus inter ſe partitis, duci Iawnuthe, quẽ eiecerant, Zaſlaw cum ſuis pertinentiis conſignaretur. Olgerdus Vilnã & magnum ducatũ poſſidẽs in omnes fratres exerceret imperium. Si alicuius terrarũ obueniret occupatio, ex æquo inter Olgerdum & Keyſtuthum partiretur, & unus alterius fide in iuramento interpoſito, non necem aut dominia ambiret, ſed pro poſſe commoda & profectus procuraret. Amplius erant Olgerdo duodecim filii ex eadẽ matre Ruthena, ducis Twereñ filia ſuſcepti, ſcilicet Iagello, Skirgello, Switrigello, Borziſzh, Koributh, Vigunth, Korigal, Narimunt, Lãgwin Lubarth, Andreas, Buthaw, omnes adoleſcentes ſpectabiles, quos genitrix eorum, ad mores formabat græcos, ritum græcum illis inſtillans. Dux prætera Keyſtuth hos filios ex una coniuge generauit, uidelicet Vithowdũ, Patrikyg, Thotuil, Sigiſdũ, Voydath, & Vithowdus mores patrios, formãq̃ & indolem ſingillatius expræſſerat. Eodemq̃ Iagellonis apd̃ Olgerdũ ſors & conditio, qui cæteris neglectis adamabãt & iunxerãt inter ſe ſocietatem, & ex aſſ. duo contubernio, germanitatis ſe proſequebãtur amore. Abſumiẽ interim Olgerdus anno uidelicet domini 1381. Et Keyſtutho ſeruante fidem Iagello patri in ducatu magno ſucceſſit. Quem Keyſtuth patruus ſuus, eadem, qua patrem ſuũ Olgerdum ſolitus erat, ſubiectione & reuerentia coluit, eius ſolium & conſilia frequentando. Sed puritati fidei ſuæ, teterrimo genere premii reſponſum eſt. Erat quidam uir apud Olgerdũ Voydilo uocitatus, ſortis ruſticanæ, Primum piſtrine, deinde cubicularii, poſtremum pincernæ munus

Partitio dominij in plem.

Contentio exorta.

Olgerdi proles duodenaria

keyſtuthi proles

næ munus agens, qui ad hoc puenerat, ut maior inter omnes ſuos haberetur Nec Iagellonis minor fauor erga illum erat, ſic ut ſororem ſuam germanam Mariã, duce Keyſtutho non cõſulto, Voydiloni coniunxerat. Voydilo cõtra ſe Keyſtuthi prudentiam & potentiam habens ſuſpectam, apud Iagellonẽ uehementiſſime odioſum & ſuſpectũ effecit. Voydilonis quoq̃ perſuaſione cum Magiſtro & ordine Cruciferorũ de Pruſſia Iagello cõtra Keyſtuthum patruum ſuũ clandeſtinum inſcripſit fœdus. De quo Keyſtuth per Sũdſtein Oſteroden Cõmendatorem ex affinitate ſecum iuncta, filiã eñ Keyſtuthi Ianuſſio duci Mazouiæ deſponſatam de ſacro fonte leuauerat, auiſatus, uocato Vithowdo in quanto ſint periculo edixit. Mittenteq̃ Iagellone Lithuanicum & Ruthenicum exercitum contra Polocenſes, germanum ſuũ Skirgellonem detractantes ſuſcipere, & Magiſtro Liuoniæ cum ſuo exercitu auxilium perſonale ferente. Keyſtuth ſilenti agmine ad Vilnam ueniẽs, & Iagellonem ducem & caſtrum Vilneñ, ut a principio propoſitum eſt compræhẽdit Singuliſq̃ in ſuam ditionem redactis, dum & inſcriptionũ fœdera, quib9 Iagello cum Magiſtro & ordine Cruciferorũ contra ſe obligauerat, depræhenderet, Vitowdo filio per celerem nuncium in Vilnam ex Grodno uocato. Inſcriptiones cum hoſtibus ictas, depræhenſas monſtrauit. Sortem ſuã paternam Vitewſko & Crewa Iagelloni reddendo, magnum ducatũ Lithuaniæ ei abſtulit. Miſit & Keyſtuth ad exercitum Lithuanicũ Poloceñ obſidentem & eius iuſſioni eſt paritũ, ſolutaq̃ eſt obſidio. Voydiloneq̃ ducis Iagellonis genero in patibulum acto, dux Keyſtuth expeditionẽ cõtra Szeuierſki Nouogrodek, & ducem eius Koributh indixit, ſuæ ditioni parere detractantem Et q̃us dux Iagello auxilium cum gẽtibus Keyſtutho promiſerit, uiolato tamen promiſſo, conceptos dolos nectẽs, Hanulonẽ & ciues Vilneñ primores promiſſis pellexit, qui caſtrum Vilneñ obſederunt, uenienteq̃ Iagellone caſtrum ei Vilneñ traditum eſt. Duxit deinde Iagello copias contra Troki, in cuius ſubſidium Marſalcus cũ exercitu Prutenico ueniebat. Vitowdus itaq̃ obſeſſionẽ a Lithuanico & Prutenico exercitu timens, de Troki cum matre in Grodno fugit, & patri Keyſtutho quæ fierent intimauit. Troceñ autẽ paucis diebus obſidione tollerata ſe dederunt. Keyſtuth igitur obmiſſa obſidione Nouogrodek, ad Samagittiam tranſiens, exercitum collegit, ueniẽſq̃ ad flumen Vilia, & iunctis copiis Vithowdi, obſedit Troki. Iagello uero certitudinem ſubſidii Prutenorum ſentiens, & Prutenos ac Liuoneñ ad prope cognoſcẽs, uerſus Troki proceſſit, utroq̃ exercitu ad pugnam inſtructo. Iagello caduceatores ad Vithowdum, ut eſſet inter Iagellonem & patrem ſuum Keyſtuthum pacis arbiter, miſit. Et duce Skirgellone fidem faciente, Vithowdus ad ducem Iagellonem utroq̃ exercitu inducias agente, aduenit. Placuit autẽ ducem Keyſtuthum ad tractatum pacis acciri, ſuadẽte Vithowdo & duce Skirgal ſecuritatem promittente, dux Keyſtuth in exercitũ Iagellonis aduenit. Vbi circũdante illos in coronæ modum, Iagellonis & Prutenico exercitu, ſe in laqueum incidiſſe depræhenderunt. Aſtruente autẽ Iagellone duce, neq̃ loci, neq̃ tẽporis, qualitati de pace tractanda conuenire, redeundũq̃ Vilnam, & illic de pace agendum, ab utroq̃ exercitu quaſi ſigno dato diſceſſum eſt.

Infidiæ fraternæ

Iagello & Vilneñ caſtrum capitur.

Troceñ obſeſſi & victi.

keyſtuth' captꝰ Vilnę.

ſum eſt. Verum quũm ad Vilnam uentum eſſet, duce Vithowdo ſub cuſto-
dia Vilnæ reſeruato, dux Keyſtuth ferreis cathenis uinctus, Creuamq; dedu
ctus, ad fundum turris obſcuræ & ſordidæ proiectus eſt uinculatus, quinta
deniq; nocte a Proxa Iagellonis ducis pincerna. Item fratre ſuo Bilgeny. Itẽ
Moſtew, Getkone, Crewlanin, Cuczuk, Kiſzicza qui Zibinthe focum & lu
cernas accendentis gerebat officium. Cæteriſq; quibus a Iagellone impera-

Mors keyſtuth

tum erat, uiolato iure gẽtium, iugulatus eſt. Et funus ſuum a Skirgellone in
Vilnam relatum, ritu ueteri additis armis, equis, ueſtimentis, canibus potio
ribus crematum eſt. Ducem inſuper Vithowdum cum ſua cõiuge Anna, Ia
gello in Creuam ſub honeſta, arcta tamẽ obſeruandum cuſtodia tranſmiſit,
ubi conſorti ſuæ principi Annæ, cum duabus fœminis ad maritũ ingrediẽdi
pro nocte, & egrediendi de mane, conceſſa fuit poteſtas. Cõſilio uxorino Vi
thowdus unius fœminæ induto habitu, habitationẽ cũ principe cõiuge ſua
egreditur, relicta altera fœmina in cubili, quæ Vithowdum repræſentaret.
Et de nocte ſequenti, per funem ex caſtro ſe demittẽs, ad Ianuſſium Mazo
uiæ ducem primum uenit. A quo recollectus, & ſecundũ aliquos baptiſma-
te lotus, Conradiq; nomen ſortitus, poſſeſſione inſuper aliquarũ uillarum do
natus, conſiſtere illic, ne a duce Iagellone opprimeretur, parũ auſus, in Pruſ-
ſiam Magiſtro Pruſſiæ Conrado eum colligente tranſiit.

CAPVT XXXVII.

Bellum inteſti-
num Damara
thi & nobiliũ.

ANno domini 1383 In maiori polonia deteſtabile bellum ciuile in
ter Damarathum de Pirzchno, genere Grzimalitã, Capitaneũ
maioris poloniæ, & militares ac nobiles eiuſdem maioris Polo-
niæ ortum eſt. Barones ſiquidem Damarathum pro Capitaneo
habere nolentes, duce Vincẽtio de Campa Palatino Poſnanienſi, Barthoſſio
de Koſzmin & Mazouitarum gente adiuti, dominico die infra octauas Epi-
phaniarũ dñi, oppidum & caſtrũ Piſdri expugnauerunt. Deinde ad Kaliſz
uigeſima Ianuarii uenientes, ciuitatẽ illico acceperunt, caſtrum uero reſiſtẽs
obſẽderunt. Interim Damarathus Capitaneus cum ſuis ex caſtris & fortali
ciis Myedzirzecz, Vielẽ, Sbanſzino, Myedzichoſt, Kepilow, Grzimala de
Oleſznyza Coſtrzineñ, Andreas de Sweradowo Camienenſis Caſtellani,
Virzbantha de Smogulecz, & Theodricus de Margonino, fratres ſui & cõ
ſanguinei, ex caſtro Nakel, quod in eorum ditionẽ Damarathus cõmendaue
rat. Item reliq̃ præſidia ex caſtro Labiſſino, Alberti Palatini Cuyavienſi, &
fortalicio Pakoſcz Hectoris olim iudicis Cuyavienſis, aſſiduis & crudelibus

Inſignis vaſta
tio maioris po
lonię.

ſpoliis, omnem terram circa Gneznã, Cloczko, Swanow, Zneinam, Kiſko
wo, Wronki, Szamotuli, Buk, & Grodziſzko conſiſtentem, nulli parcẽdo
cõditioni immaniter uaſtabant. Aduocatiſq; p Damarathũ Saxonibus, Po
meranis, & Kaſſubitis in ſui auxilium, uaſtato oppido Wronki & uillis in
circuitu eius, oppidum Szamotuli diripuit. Sandiuogius autẽ Swidua Na-
clenſis Caſtellanus, quem nobiles cum certis copiis de Kaliſz ad Poſnaniam
cuſtodiendam deſtinarant. Bartholomeum de Odolanow. Item Caſtellanũ
Sremenſi, & plures alios per nuncios ſecretos Poſnaniam aduocauit, quibus
ſabatto ante dominicam Reminiſcere cum tricentis lanceis Poſnaniã uenien
tibus, eadem

tibus, eadem nocte cum ipſis citato agmine ad Damarathi caſtra peruenit.
Illuceſcẽteq; dominico die Reminiſcere, quæ fuit quindecima die Februarii
in caſtris Damarathi trepidatũ eſt, & hoſtibus ſubito irruentibus, uix media
pte exercitu Damarathi tumultuarie armata, de caſtris exiliit, & cũ exerci
tu Sandiuogii dimicauit, ſed inermes in fugã facile uerſi ſunt, quos Sandiuo
gio Swidwa ad plura miliaria perſequẽte. Virzbantha de Smogulecz par-
tium Damarathi cum centum lanceis equitũ, & quingentis peditũ ueniens,
gentes Sandiuogii per agros palantes, & profligatos capientes, atq; ſpolia
legentes, inuaſit & proſtrauit. Pauloq; ante uictores, victor debellauit, & ex
gente Damarathi uinctos ac captos diſſoluit, & arma eorum atq; ſpolia ab
ſtulit. Sandiuogius Swidwa a perſequutione fugientiũ reuerſus, conſpecta
cominus inimicorum multitudine, mente conſternatus, equo uectus diffugit,
& cum paucis ad fortalicium Derſzkonis Grochale Caſtellani Santhocen
nomine Oſtrorog uix euaſit. Cætera autẽ ſui exercitus multitudo a Dama-
ratho & Virzbantho, tam equis q̃ armis exuta, capta eſt. Quumq; fortalici
um & Swiduam ſubito expugnare non ualuerunt, nocte oppidum Oborni-
ki ingredientes, plurimas cõmiſerunt rapinas. Tandem legati reginæ fœdera

Interuentu Re-
ginę pax inter
Damarathum
& Nobiles fa-
cta.

pacis, inter Damarathum Capitaneum ac Nobiles, a dominica Iudica, uſq;
ad feſtum Ioannis baptiſtæ confecerunt. Et tamen Damarathus cum Grzi-
mala, & Virzbãtha ac ſocietate ſua, multa oppida, uillas, nobiles, & plebei
os, ſpoliis & inuaſionibus affecerunt. Sed & bona Archiepiſcopi Gneznen
& Canonicorum circa Gneznam & Zneinam ſpoliarunt. Et Zneinam ſibi
dandam ex confictis perſuaſerunt, ac eã poſſidebant, quã Bodzãtha Archi
epiſcopus cum magiſtro & ciuibus Zneinen re ſecreto cõmunicata, & por-
tis ſibi apertis, cum notabili numero gentiũ ingreſſus nona Octobris, Saxo
nibus ac Pomeranis eiectis, recepit. Ammoto autẽ Damaratho a Capitane
atu maioris Poloniæ, & peregrino de Vangleſſin filiaſtro olim Floriani E-
piſcopi Gracco: ſurrogato, non fuerunt ſedate lites & ſpolia, tam per Capit
neum peregrinum, q̃ alios nobiles ſe inuicem captiuantes. Eodem anno ſed

Oppidũ Brze
ſcze Caſtrum
Cruſzwiycza
prodita.

tempore præcedenti oppidum Brzeſcze cum terra Cuyauiæ & caſtro Cruſ
wicza, per Petrum Malocham Capitaneum Cuyauiæ & alios proditores
Semouito duci Mazouiæ fuit traditum. Attentauitq; præfatus dux cum
ſuis complicibus & Barthoſſio de Odolanow expugnationem Kaliſz &
oppida atq; uillas ſpoliauit, & regnare in Polonia concupiuit. Et ideo ex
ercitus Hungaricus cum minoribus Polonis, ducatum ipſius & terram Cu-
yavienſ ut eſt præmiſſum in altum affixerunt. Quia principibus Lithuaniæ
inter ſe ut præmiſſũ eſt altercantibus, duces Mazouiæ caſtrũ Drohiczin in

Caſtrum Dro
hiczin interce-
ptum.

tercœperant & tenebãt. Anno igitur præfato 1383 Iagello dux Lithuaniæ,
caſtrum expugnaturus aduenit. Szaſſin aũt Marſalcus ducis Mazouiæ ſuc
ceſſor caſtri, quum abſens intellexiſſet periculum imminere obſeſſis, per me
dia caſtra hoſtium cum triginta lãceis & ſexaginta baliſtariis intrepidus ad
caſtrum uelociter peruenit. A ſuis illico cognitus intromiſſus, uirilem hoſti-
bus defenſionẽ oppoſuit. Interim tamen a Ruthenis in caſtro conſiſtentibus
præcio corruptis, in aliquot locis caſtrum incẽſum eſt, qui in ſtationes hoſti-

um per funes ſe demittentes effugerunt. Quapropter Szaſzinus ſtrẽnuiſſime decertans, ad extremum ſe principi Iagelloni dedere coactus eſt. Cæteri uero plurimi igne ac gladio conſumpti ſunt. Eandem ſortẽ eodem anno Cruciferoꝝ de Pruſſia exercitus in Lithuania pertulit. Nam quũ Magiſter Pruſſiæ Conradus Czolner, caſtrum Troki obſidione aſſidua & machinarum frequenti proiectione pro maiori parte confractum conquiſiſſet, & forti militũ atq; uictualium præſidio impoſito abſceſſiſſet. Iagello magnus dux Lithuaniæ illico caſtrum anteq̃ ruinæ illius refici poſſent, noua obſidione uallauit, omnibuſq; conatibus ad illius conquiſitionem inſiſtens, Cruciferos & Almanos ut cum rebus uniuerſis abſcedere liceret pactos, quæſitum paulo ãte caſtrum, reddere coegit. Anno præfato in terris Gracco: Sandomirieñ, in Sleſia, Bohemia, Pomerania, atq; Italia atrox peſtilentia ſeuiebat.

Caſtrum Troky obſeſſum.

Peſtis Valida.

Wladiſlaus Iagello. CAPVT XXXVIII.

Proci Iagellonis ducis Lithuanię ad Heduigim Poloniç reginam.

EXploratũ habens Iagello dux magnus Lithuaniæ, uirginẽ Heduigim ex Hũgaria adductam, regnũ Poloniæ adminiſtrare & poſſidere. Ad procandum eam ſuo connubio, quum ſpecioſoret ueruſtiſſima, ãno dñi 1375 binos fratres ſuos Skirgellonem & Borziſh miſit. Hanulonẽq; Capitaneum Vilneñ eis adiungendo. Qui ad reginam Heduigim & conſilium introducti, nomine Iagellonis muneribus magnæ extimationis reginæ oblatis, per uerba ducis Skirgelonis, deſpõſationem præfatæ uirginis poſtulauerãt. Si inquiunt, dominũ noſtrum Iagellonem magnum ducem Lithuaniæ in ſponſum accipere dignaberis, ſpodit ſe fidem Catholicam Romanã cum omnibus fratribus ſuis Lithuanorũ ducibus, cum proceribus & uniuerſa Lithuania atq; Samagittia ſuſcepturum. Omnes & ſingulos captiuos ex Polonia ſublatos dimittere, terras ſuas Lithuaniæ, Samagittiæ, atq; non nullas Ruſſiæ armis quæſitas, regno Poloniæ perpetuo unire promittit. Offert ſe terras Pomeraniæ, Culmẽ: Sleſiæ, & alias quaſcũq; a regno Poloniæ alienatas, recupare. Offert & omnes auitos theſauros in Poloniã inducere, & ꝓ cõmodis regni Poloniæ cõuertere. Ea legatio reginæ Heduigi paꝛ grata. Prælatis uero & Baronibus poloniæ accepta fuit. Ad arbitrium tamẽ reginæ Hungariæ Elizabeth reiecta eſt. Iuſſi ſunt itaq; nuncii Hungariam ire,

Legatio in Hũgariam.

adiunctis

adiunctis eis tribus Baronibus poloniæ, uidelicet Wlodkone de Ogrodzenyecz ſubpincerna Gracco: Nicolao de, N, Caſtellano Zauichoſteñ, & Criſtino de Oſtrow poſſeſſore Kazimirieñ. Hi regina in Buda offẽſa pro reſpõſo retulerunt. Contentã fore reginam Elizabeth, ut Prælati & Barones Poloniæ pro republica fidei chriſtianæ & regni Poloniæ quæ meliora ſunt amplectãtur. Extemplo igitur nuncii ſcilicet Wlodko de Ogrodzenyecz ſubpincerna Gracco: Criſtinꝰ de Oſtrow poſſeſſor Kazimirieñ, Petrus Zaſſranyecz de Luczicze, Hinczka de Roſkouicze ad Lithuaniam, ut Iagellonẽ ducem Lithuaniæ de implendis oblatis conditionibus denuo obligatum in Graccouiã adducerent, decreti & miſſi ſunt. Quod perſentiẽs dux Auſtriæ Gwilhelmus, cui Lodouicus Hungariæ & Poloniæ rex, filiam ſuam Heduigim minorẽnẽ, dandã in cõiugẽ deuouerat, Cũ comitatu, clenodiis & theſauris Graccouiã uenit, longoq; tempore mãſionem in ea, congratulante regina Heduigi, fixit. Quumq; ſucceſſu tẽporis ingreſſus in arcem, qui antea illi patuit, prohiberetur, Heduigis regina ad cenobium ſancti Frãciſci cum ſuis uirginibus e caſtro frequenter deſcendebat, & in refectorio cum Gwilhelmo duce Auſtriæ choreas & equidem parce & honeſtiſſime ducebat. Explorata tandem eorum uoluntate Nobiles & Barones Poloniæ, quibus talis copulatio ſumme diſplicebat, Gwilhelmum ad arcem & thalamũ reginæ ad copulandum perduxerunt, & anteq̃ carnali cõmertio potiretur, ſequeſtratũ cum iniuria & dedecore excluſerunt. Regina autẽ Heduigis excluſionem eius moleſte ferens, ad illum in ciuitatẽ deſcẽſum parabat. Inuenta autẽ porta caſtri, mãdato Baronũ clauſa, accepta ſecuri manu ꝓpria ſeracula uiolare nitebatur, ſed præcibus Demetrii de Goray expugnata, cœptum obmiſit. Gwilhelmus autem ſe uiolari timens, clam ex Graccouia in Auſtriam cum paucis reſugit. Anno autẽ domini 1386 Iagello magnus dux Lithuaniæ, cũ fratribus ſuis, atq; grãdi comitatu, cum quadrigis & plurima ſuppellectili, die Martis duodecima Februarii, Graccouiam ingreſſus, ad arcemq; perductus, reginã Heduigim adiit & inuitauit. Altero uero die illi munera magnæ eſtimationis per Vitowdum, Borziſh, & Switrigellonẽ obtulit, iam eñ Vitowdus alias Vitoldus Iagelloni reconciliatus ex Pruſſia redierat. Deinde multiplici ſollicitudine Prelatorum & Baronum Poloniæ, regina Heduigis expugnata eſt, ut priori fœdere cũ Gwilhelmo abiecto, Iagelloni duci Lithuaniæ nuberet. Præterea die Iouis quartadecima Februarii, quæ fuit ſancti Valentini, Iagello cum fratribus ſuis, in articulis fidei Catholicæ edocti, in eccleſia Gracco: per Bodzantham Archiepiſcopũ Gnezneñ baptiſati ſunt Et duci Iagelloni nomen Wladiſlaus, Viguntho Alexãder, Corigalloni Kazimirus, Switrigelloni Boleſlaus, nomina impoſita ſunt. Rurſus eadem die in eadẽ eccleſia Gracco: ſacramẽtum matrimonij, cum uirgine uenuſta regina Heduigi, per miniſterium præfati Bodzanthæ Archiepiſcopi Gnezneñ contraxit, terraſq; Lithuaniæ, Samagittiæ, & Ruſſiæ regno Poloniæ perpetuo inſcripſit ac incorporauit. Et populum earum ad fidem Orthodoxã reducturum, & baptiſaturum iureiurando ſe adſcripſit. Deinceps die Solis uidelicet decimaſeptima Februarii, quæ fuit dominica Quinquageſimæ, nouo

Regreſſus legatorum cum reſpõſo ad Iagellonem miſſo.

Dux Auſtriæ competitor.

Receſſus eius.

Iagellonis aduentus.

Iagello cũ fratribus baptiſatus.

diademate, quũ uetus & priscũ Lodouicus Hũgariæ & Poloniæ rex in Hungariam transtulisset, per Bodzantham Gneznen̄ Archiepiscopum. Assistẽtibus ei Ioanne Graccoi: & Dobrogostio Posnanien̄ Episcopis, in regem Poloniæ in ecclesia Graccouiensi unctus, & coronatus est. Qui ex gente Lithuanorum primus diadema regni Poloniæ assequutus est. Dum hæc fierent Cõradus Czolner Magister Prussiæ (qui per ducem Iagellonem ad baptisma, & nuptias fuit inuitatus, spreta uocatione) Lithuaniam ingressus, eã uastauit, castrũq; Lithuanicum Lubomlya expugnauit. Poloceñ uero ab obedientia Iagellonis desciuerunt, & dux Andreas per Prutenos in possessionẽ eorum surrogatus. Quo cognito rex Wladislaus Skirgellonem & Vitowdum fratres, adiunctis eis polonis in Lithuaniam direxit. Qui castr̃ Lubomlya expugnauerũt ac recuperarũt. Et Poloceñ, defectionis auctoribus gladio percussis, in gratiam receperunt. Tandem circa mediũ quadragesimæ, rex Wladislaus ex Graccouia cum noua sponsa regina Heduigi, in maiorem Poloniam ad rescindendum & componendum dissensiones Baronum, processit. Et dum in Gnezna largas expensas, uulgo stationẽ, rustici nõ dedissent. Iussit more Lithuanorum gregẽ & pecudes recipere, Spirituales uero Gneznen̄ ecclesiæ, de quorum uillis depulsa fuerunt pecora, interdictũ promulgarũt, Quod sentiens regina Heduigis, ad regẽ cucurrit, & eum corripiendo instruxit, subiectorum bona non esse rapienda. Qui pecora nõdum uiolata respõdit, & ea rusticis recipienda concessit. At illa, boues quidem tollent, lachrymas uero eorum quis resartiet & soluet, tantæ etem̃ commiserationis riuulus, in benignissima regina apparuit.

Iagello primus ex Lithuanorũ gente rex Poloniæ.

Nouus rex maiorẽ ingressus Poloniam.

CAPVT XXXIX.

PRæterea rex Wladislaus gentem Lithuanicã ab idolatria reuocaturus, anno domini 1387 in Lithuaniã perrexit. Assumptisq; secum Bodzantha Archiepiscopo Gneznen̄, & pluribus uiris ecclesiasticis atq; religiosis. Item assumpsit secũ reginam Heduigim, Semouitum & Ioannẽ Mazouiæ, Cõradum Olesznicen̄, duces, Bartholomeum de Vissemburk palatinum Posnanien̄, Cristinum de Kozeglowi Sandeceñ, Nicolaũ de Ossolni Vislicien̄, Castellanos, Zaclikam de Miedzigorze Cãcellariũ, Nicolaũ de Moskorzow Vicecãcellariũ regni Poloniæ, Wlotkonẽ de Carbimouicze pincernã, Spitkonẽ de Tarnow Succamerarium, & Tomkonẽ subpincernam Graccoui: pluresq; alios. Pro ampliori autem cognitione animaduertendum est, q̃ uetustioribus referentibus. Quidam Itali deferentes Italiã, terras Lithuaniæ ingressi sunt, & nomen patriæ Italia, genti uero Itali indiderunt, quæ per posteros terra Litalia, & gens, Litali. l littera preposita, nuncupari cœpit. Rutheni autẽ & Poloni eorum uicini maiorem immutationẽ facientes, usq; in hodiernã diem, terram Lithuaniam, gentem uero Lithuanos appellant. Hi primum condiderunt oppidum Vilno, eleuationis poli 57 graduum. Et ex nomine ducis Vilii quo cum illas regiones ingressi fuerant, Vilno uocarunt. Fluminibus quoq; circa ipsum fluentibus Vilia & Vilna, ex eiusdem ducis nomine indiderunt nomina. Samagittiam autẽ de suo sermone sic nominarunt, quod lingua eorum, terra inferi

Lithuaniam ingressus.

Vilno ab Italis condita.

or sonat. Aliqui aũt historiæ ignari, a lituo quod est cornu & uenatorũ tuba Eo q̃ regio illa plures uenationes exerceat, Lithuaniã appellare uoluerunt, quod ad effectum, nõ ad historiæ originem spectat. Hæc gens Lithuanorũ, annis superioribus adeo obscura, contempta, & uilis apud Ruthenos fuit, ut Principes Kiouien̄ ab ea sola perizomata & subera, ob ægestatem & soli sterilitatem, in signum tantummodo subiectionis exigerent. Donec Vithenẽ dux Lithuanorum rebellionẽ primũ contra Ruthenos indicens, & seipsum ducem inter populares constituens, astu Russiæ principes aggressus, confli xit, sensimq; adeo creuit uiribus, ut iugo principibus Russiæ iniecto, etiã in tributa eos redigeret sibi pendenda, quæ per plures ætates Ruthenis ipse penderat. Colebant autẽ ab origine Lithuani numina, Ignem, Siluas, Aspides & serpẽtes. Ignem qui per sacerdotem lingua eorum Zincz nũcupatũ, subiectis lignis adorabatur. Siluas autem & lucos sacrosanctos & habitacula domorum putabãt. Aspides uero atq; serpẽtes in singulis domibus uelut deos penates nutriebant & uenerabantur. Rex itaq; Wladislaus, ignem, sacrum putatum in ciuitate Vilneñ, barbaris inspectatibus extingui, templum & aram in quibus fiebat hostiarum immolatio, destrui. Siluas uero succidi, & confringi, serpentes quoq; necari præcepit, Barbaris flentibus deorum suorum falsorum exterminium. Aduersus tamen regem nec mussitare audentibus, mirantibus quoq;, q̃ Poloni sacrorum uiolatores, ignis, siluarum & serpentium, intacti, illesiq; a diis eorum, secus q̃ ipsimet quotiens uiolabãt, fuerunt. Exterminatis itaq; idolis, gens Lithuanorum per aliquot dies de articulis fidei, & oratione dominica per sacerdotes polonos, magis tamẽn per regem Wladislaum, qui linguam gentis nouerat, edocebatur, & sacra baptismatis unda renascebatur. Largiente pio rege Wladislao singulis ex populariũ numero, post susceptũ baptisma, ex panno de Polonia adducto, nouas uestes, qua prouida liberalitate effecit, ut natio illa rudis & pãnosa, lineis in eam diem contenta, fama huiusmodi liberalitatis uulgata, pro consequẽdis laneis, cateruatim ad suscipiendum baptisma, ex omni regione accurrebat. Et quoniã unũquemq; credentium baptisare singillatim imensus labor uidebat, mandãte rege, multitudo in turmas & cuneos sequestrabatur, & uniuersis, cuiuslibet turmarum benedicta aqua sufficienter conspersis, cuilibet turmæ, & uniuersis qui ea constiterant, nomen usitatum Petrus, secũde Paulus terciæ Ioãnes &c. fœminis per turmas diuisis, Katherinã, Margarethã &c. iuxta turmarũ numerũ imponebatur. Militaribus tamen specialis impendebatur baptismus. Fundauit insuper rex Wladislaus in Vilna ecclesiam cathedralem sub titulo sancti Stanislai patroni Polonorũ. Principalemq; arã in loco ubi ignis (qui falso perpetuus credebatur) constituit. Vt error gentilis cunctis patentior fieret, etiã in prædicta ecclesia Vilneñ, Episcopum, uiũ spectatæ uirtutis Andream Vazilo, natione Polonũ, genere nobilem, de domo accipitrũ, professione fratrem ordinis minorum, olim Elizabeth reginæ Hũgariæ confessorem & prædicatorẽ insignẽ, Episcopũ Ceretheñ constituit. Huic ut statũ pontificalẽ inter Neophitas posset ducere honestũ, ecclesiã parrochialẽ i Clodawa Gneznen̄ dioccesis eo q̃ notabiles haberet introitus,

Lithuania unde dicta sit.

Lithuanorum idola.

Idola Lithuaniæ per regem deleta.

Fidei Christianæ susceptio.

Copia baptisatorum.

Fundatio Ecclesiæ Vilneñ & Episcopatus.

adiunxit. Constituit & quattuor prelatos, octoq; prebendarios, in prædicta Vilneñ ecclesia, sufficientem dotem, uillas, prædia, lacus, & possessiones eis largiendo. Fundauit præterea septẽ parrochiales ecclesias, uidelicet in Volkomaria, Miszohola, Nyemczam, Myedniki, Crewa, Obolcze & Hayna. Item prebendam sancti Martini in castro Vilneñ altiori, & his bona dotalia assignauit & inscripsit. Terram quoq; Lithuaniæ germano suo Skirgelloni, tanq̃ supremo duci Lithuaniæ regendam commisit. Cuius ferocitatem dux Vitowdus fugiens ad Ianussiũ ducem Mazouiæ primum, deinde ad Semouitum Mazouiæ ducem cõcessit, a quibus parũ benigne tractatus, ad Conradum Czolner Magistrum Prussiæ transiit. Tãdem a rege Wladislao spe nanciscendi magnum ducatũ Lithuaniæ certificatus, tria castra Cruciferorũ uidelicet Iurgemburk, Mergemburk, & Nauandz comprehendit & conflagrauit. Fratribus & administratoribus ordinis occisis, & in fossata proiectis Quumq; in Lithuania consistens, spes suas differri uideret, castrum Vilneñ astu intercipere molitus est. Ordinatis siquidẽ pluribus uehiculis, armatos, inclusit, carneisq; ferarũ desuper posuit, & in castrum Vilneñ misit, fingẽs se nuptias sorori celebraturum. Fraude autẽ detecta, metuẽs sibi Vitowdus cũ uxore & amicis in Prussiam refugit, & nouo fœdere cum Cruciferis icto, biẽnio illic mãsit, ac Lithuaniam cũ Prutenis sæpius afflixit. Cui rex Wladislaus resistens, ãno domini 1390 castra eiusdem ducis Vitowdi Brzesczе Grodno, & paruum Kamienyecz expugnauit, ex quibus in regiones Lithuanorũ incursiones fiebant.

Dux Vitowd⁹ a Vladislao reuocatus.

Vitowdi astucia.

CAPVT XL.

Lithuanica itaq; expeditione rege Wladislao occupato. Heduigis regina Poloniæ, cõgregato altero exercitu ex militibus Poloniæ, Przemisl, Iaroslaw, Grodek, Halicz, Leopolim ciuitatẽ, & castrũ in monte, Trebowla, & cæteras munitiones, expugnatione aut deditione conquisiuit. Vitowdus uero suoꝝ castrorum expugnationẽ ulturus, triplici agmine Lithuaniã aduenit. Vnum Conradus Vokerod Magister Prussiæ rexit, in quo erant Almani, Anglici, & Francigenę, Aliud Magister Liuoniæ. Tercium dux Vitowdus, oppidoq; & castro Troki succenso, castra Vilnensia graui obsidione cõflixerunt, & toto obsidionis tẽpore, quod a festo Ioãnis baptistæ usq; ad feriam sextam post Michaelis durauit, pro uictoria operam nauarunt. Poloni uicissim castrum Vilneñ incunctãter deferunt. Dux Korigal alias Kazimirus germanus regis Wladislai, ex castro succẽso fugiẽs, ab hostibus captus cuestigio decollatus est. Dux Narimũth arces regias tuendo, in duello captus, & in prato in arbore Vlmi, uulgo Vyasz per pedes inter machinas Prutenicas suspensus, a Vitowdo crudelius q̃ conueniebat sagittis proiectus, necatusq; est. Sequẽti anno primo æstatis tẽpore Vitowdus cum Magistro Prussiæ ad castra Vilnẽsia regressi neutiquã profecerunt, nam Iaszko de Olesnicza Capitaneus Lithuanicus, castra tuendo plurimos uulnerabat & occidebat. Discesserunt ergo & castra Volkomiriã & Nouogrodek a duce Skirgellone supra fluuium Vilia constructa, expugnarunt & conquisierũt. Tẽpore quoq; hyemis Lithuaniã reuersi, supra fluuium

Vitowdi repugnatio.

korigal occis⁹.

Narimunth captus.

fluuiũ Niemyen in circuitu castri Kowno, tria castra de lignis erexerunt. Nomen uni castro Kowno uiciniori Nauwerder, quod noua insula sonat, alteri Ritteruerder, quod insula militum sonat. Tercio Metemburk, quod castrũ metarũ interpretatur, frequentibus incursionibus ex eis oram Lithuanicam inuadendo. Misit ergo rex Wladislaus ad Alexandrum Vitowdum in Prussiam Hẽricum filium Semouiti senioris mortui, & germanum Semouiti uiuentis ducis Mazouiæ. Et reconciliatione inter regẽ Wladislaum, ac ducem Vitowdum ordinata, germanam Vitowdi Ringalam nomine, in ordine sub diaconatus constitutus, & in Episcopum Ploceñ electus, atq; per Bonifaciũ nonum confirmatus, in uxorem præfatus Henricus dux Mazouiæ accepit, & nuptias de more celebrauit. Post paucosq; dies ueneno toxicatus interiit. Inter duces Mazouiæ in ecclesia Ploceñ tumulatus. Vitowdus autẽ regi recõciliatus, tria castra Ritteruerder, Nauwerder & Metemburk spoliauit & succendit, occurrentesq; Prutenos prostrauit. Et in Lithuaniam ueniens, ãno domini 1392 in magnum ducem totius Lithuaniæ per regem Wladislaum, ammoto Iaszkone de Olesnicza Capitaneo, prefectus est, sub hac conditione. Vt prefatas terras Lithuaniæ p̃ rege, & regno Poloniæ fideliter teneret & regnum Poloniæ in prosperis & aduersis nunq̃ desereret. Cruciferi autem de Prussia Vitowdi discessum, & trium castrorũ demolitionem ulciscentes, in Lithuaniam descenderũt, & castra Schuraſz, Barthen & Stramel conquisierunt, captiuorũq; tria milia utriusq; sexus Prussiam deduxerunt. Introniſato quoq; Alexandro Vitowdo in ducatũ Lithuaniæ, Suitrigello qui & Boleslaus, a facie eius in Prussiam fugit. Dux uero Skirgello alter frater manu & lingua promptior, contra Vitowdum seditionem intentauit. Quo cognito rex Wladislaus anno domini 1393 cum Heduigi regina celeriter in Lithuaniam perrexit, & ad uinculum charitatis binos fratres reduxit, utq; ingentẽ & concitum spiritum dux Skirgello mitesceret, supra ducatum Kiouieñ rex Wladislaus ei Starodub, Starotroki & Crzemyenyecz in possessionem adiecit, precipiens ut Alexandro Vitowdo in singulis pareret. Boleslaus autem Suitrigello cum Conrado de Iunigen Magistro Prussiæ, cum Almanis, & Frãcigẽnis, anno domini 1394 castra Vilnensia bimestri tempore obsedit Vitowdo eis resistere non sufficienti solum ex insidiis eos lacessente & impetente. In hyeme Vernerus Tetingar Marsalcus, altera uice Vlricus de Iunigen Aduocatus Sambieñ, & Magistri germanus, in Lithuaniã descenderũt, & predas abegerunt. Dux quoq; Vitowdus in Prussiam descendit, & circa Iusterbork omnẽ regionem igne & cœde uastauit. Dehinc Conradus de Kobork Cõmendator in Balga terram Drohiceñ spoliauit. Sub ea autẽ tempestate dux Skirgello (ut fertur) toxico mortu⁹ est. Intulit deinde rex Wladislaus, anno domini 1396 duci Wladislao Oppolieñ bellum, super quo integro anno decoquebat, & consilia secreto captabat. Et cum regnicolis expugnauit, alia uero p̃ prefectos aut deditionem recepit, castra & ciuitates, Holstein, Crzepicze, Vielun, Bobolicze, Brzesnicza, Ostrzessow, & Grabow, quæ omnia infra septem dies recuperauit. Castrũ aũt Bolesczauicz septem ãnis obsessum, siti, fameq; maceratũ, per Eufemiã alias Offkam Wladislai Oppolieñ

Castra Nauwerder, Ritterwerder Metemburgk erecta.

Henrici ducis Mazouię mors. Tria castra succensa.

Fratrum cõcordia.

Mors Skirgelli.

Wladislao Oppolieñ bellum illatum.

Oppolieñ relictam deditũ eſt. Criſtinus quoq; de Oſtrow Caſtellanus Sãdomirieñ ex mandato regis, terram Dobrzineñ occupabat, & quom obſideret caſtrũ Bobrowniki, Cõradus de Iunigen Magiſter Pruſſiæ cum exercitu copioſo aduenit, & eum ab obſidione fugauit. Huic igitur Cõrado magiſtro Pruſſiæ, Wladiſlaus dux Oppolieñ, p Polonos exacerbatus, in quadraginta milibus florenorũ caſtra Dobrzin, Bobrowniki, Rippini, Zlotoria, & Lipno obligauit, ueritus ne uelut cætera ſibi eriperent. Præterea idẽ dux Wladiſla⁹ Oppolieñ, mercatores Graccouieñ in medio quadrageſimæ ex Wratiſ: redeũtes, ſpoliauit, & nobiles quos captiuabat, pecuniis mulctabat. Ob hoc Wladiſlaus rex Poloniæ, terram ipſius uaſtauit, & caſtra Strzelcze, & Lublinyecz expugnauit. Dumq; ciuitatẽ & caſtrũ Oppolieñ obſideret, Cõradus Oleſznicenſis, & Bernardus Nemodlimyeñ alias Falkenbergeñ duces Sleſiæ regi ſupplicauerunt, & inter eos concordiam fecerũt, rex itaq; omnium ſpoliorum ſatiſfactione percepta, obſidionem ſoluit.

CAPVT XLI.

Vitowdi in Thartaros expedicio.

SEquenti uero anno recõciliatum Boleſlaum Switrigello germanum ſuum in Polonia & non Lithuania (ne ſeditiones, ut conſueuerat, concitaret) locauit. Tunc pacificata Lithuania. Alexãder Vitowdus Lithuaniæ dux anno domini 1397 cum notabili exercitu in Thartaros expeditionẽ ægit, & tranſito flumine Tanais, quem Thartari Don appellant, repertaq; Thartarorum multitudine, in ipſam irruit, & plura milia Thartarorũ cum uxoribus, paruulis, & pecoribus cœpit, & uſq; in Lithuaniã deduxit, quoq; mediã ptem regi Wladiſlao in Poloniam miſit, & hi fidem Chriſti profeſſi, unus populus cum Polonis effecti ſũt. Reliquã ueromediã ptem in Lithuaniã locauit, & hi in ſecta Machometi, uſq; in hãc diem permanent. Thartari tamen Lithuanici, & Abram modernus iudex & ſcriba eorũ, nõ per captiuationẽ nec debellationẽ ſe Lithuaniam intrauiſſe aſſerũt, ſed quom bella dux Vitowdus cõtra Cruciferos agitaret, eos in ſubſidium uocauit, & ſponte uenientes, in Lithuania locauit, uillas & libertates oportunas eis donando. Alteram dehinc expeditionẽ contra Thartaros Vitowdus magnus dux Lithuaniæ duxit, Wladiſlao rege, & Heduigi regina Poloniæ improbante & diſſuadente. Et dum ſuperatis fluminibus, in planiciem diffuſe porrectã, circa fluuium Vorzſkla, quartadecima die Auguſti, uidelicet feria tercia poſt Laurẽtii peruenieſſet. Apparuit acies Thartarica maxima, cuius numerus ad liquidum eſtimari non potuit. In cuius compa

Magna Thartarorum ſtrages.

Secunda expedicio Vitowdi in Thartaros.

ratione exercitus ducis Lithuaniæ uidebatur puſillus. Concuſſus igitur timore exercitus Catholicus, Spitkone de Melſtein Palatino Gracco: conſulente duce quoq; Lithuaniæ approbante, de pace tractãdum perſuaſit. Neq; Ediga dux exercitus a Cæſare Thartarorũ Themerlin conſtitutus, pacem aſpernabatur. Verum conditiones ab eo propoſite, parũ honeſte uidebantur, quibuſdam autẽ Polonis, Almanis, Lithuanis, & Ruthenis conflictum optanti b⁹, infeſtiſſimis ſignis cõcurſum eſt. Abundante tandẽ multitudine Thartarica, Chriſtianorũ res deteriori loco eſſe cœpit. Vitowdus hortantibus militibus ad cuſtodiã ſui corporis cõſtitutis, Sãdiuogio de Oſtrorog, & Dobrogoſtio de Szamotuli, equos mutando effugit. Exercitus uero ſuus a multitu

Chriſtianorũ clades.

dine Thartarica

dine Thartarica fuſus atq; uict⁹ eſt. Occiſi ſunt in eo bello ex Polonis Spitko de Melſtein Palati: Gracco: Szocha Palati: Plocẽ: Pylik palatinus Varſzauieñ, Vocaſſius alias Varſius de Michalow, Ioãnes Glouacz, dominus Boguſſius & plures alii. Iſte Temerlanes in thartarico Temir Kutho uocatur, quod ſonat fœlix ferrum, in cuius conſpectu terra ſiluit. Quamuis hoc Thartari tribuant principi ab ipſo miſſo, Akſak themir, quem latini ſcriptores Temerlanẽ appellant, Akſak. i. claudus uel claudicãs Themir. Sub idẽ tempus anno uidelicet 1399 duodecima Iulii Heduigis regina Poloniæ in caſtro Graccoui: mortua eſt. Enixa fuit ſiquidem duodecima Iunii filiam binomiã Elizabeth Bonifaciam uocatã, quæ in triduo obiit. Regina uero Heduigis ex partu egrotare cœpit, & deuotiſſime ſacramentis percœptis, duodecima Iulii horã meridiei defuncta eſt. In eccleſia Graccouiẽ: in ſiniſtra parte chori ante ſacrariũ, per regem Wladiſlaum quartadecima Auguſti ſepulta Epitaphio appoſito, Sidus Polonorũ iacet hic Heduigis eorum. Regina nobilis generoſa &c. Vide appenſum ad eius ſarcophagum. Hæc fuit facie & moribus uenuſtiſſima. Hæc in diebus quadrageſimæ & aduẽtus domini, corpus aſpo ieiunio, & cilicio domabat. Hæc in ægenos profuſiſſima, hæc ſua inſtantia & cura regẽ Wladiſlaum, ad cõficiendum collegium pſalteriſtarũ in eccleſia Graccouieñ induxit, pſalmos cantantium. Et ad inſtaurandũ atq; complendum generale gymnaſium per Kazimirum ſecundũ olim regem poloniæ incœptũ. Hæc duo altaria in eccleſia Gracco: unum ſub titulo uiſitationis ſanctæ Mariæ, aliud ſub titulo ſanctæ Annæ erexit. Hæc monaſterium uiſitationis Mariæ in arena extra muros Graccouienſes ſua uigilia & inductione ſui coniugis fundauit. Hæc monaſterium fratrum Slauorum, ſub titulo paſſionis & crucis Chriſti de poſt Cleparz erigere cœperat. Hæc pecunias, ueſtes, elenodia & uniuerſam ſuppellectilem regiam in fundationem uniuerſitatis ſtudii Graccouienſis, & in releuamen miſerabilium perſonarum exequutoribus teſtamenti uidelicet Petro Viſſh Epiſcopo Graccouienſi & Iaſzkoni de Thanczin Caſtellano Graccouieñ commendauit. Hæc plures adoleſcentes ingenuoſos in gymnaſiis tenuit & aluit. Legebat autem conſuete teſtamentum uetus & nouum, Vitaſpatrum, homelias quattuor doctorum, Libros ſermonum, & paſſionalia ſanctorum, libros meditationũ & orationum ſãcti Bernardi, & ſancti Ambroſii, libros reuelationũ ſanctæ Brigitæ, & q̃plures alios de latino in Polonicum tranſlatos. Poſt mortem autẽ reginæ Heduigis, nulla prole extante, rex Wladiſlaus electionẽ metuens, tõtus ad regreſſum in Lithuaniã ſpectabat. Prælati autẽ & Barones regni Poloniæ, regem fluctuantem, aliam heredem regni Poloniæ, Annam Comitis Ciliæ Vilhelmi filiam ſupereſſe docuerunt, quã illi Anna Kazimiri ſecundi Poloniæ regis filia pepererat. Ad quam procandũ, extemplo ad Ciliam Ioannem alias Iwan de Obichow Caſtellanum Sremeñ de domo Vyenyaua, Hinczka de Rogow de domo Dzaloſza, & Ioãnem de Oſtrowcze de domo bipennium miſit. Quam ſedecima Iulii anno domini 1400 Graccouiam adduxerunt. Et quoniã præfata uirgo nullam linguam præter alẽmanicam nouerat, ordinatione regis prope octo menſibus polonico idiomate Graccouiæ imbuebatur

Vitowdus victus.

Heduigis regina Poloniæ mortua.

Commẽdatio ſuę uitæ

Pia opera eius

Fundatio monaſterij in Arena.

wladiſlaus' p alia cõiuge p cos miſit.

uiæ imbuebatur, quod postq̄ intelligere didicisset, regio thoro coniuncta est, quis rex Wladislaus moliebatur rescindere & eam abicere, eo q̄ parū præstantis formæ sibi appareret. Inde & in procos prouocabat. Coronatio aūt eius ad annum domini 1402 dilata erat, & prædicto anno in dominica quinquagesimæ in reginā Poloniæ Graecouiæ coronata & inuncta fuit. Amplius āno supraexpresso uidelicet 1400 Wladislaus rex Poloniæ, ad honorem omnipotentis dei & gentis Polonicæ ac Lithuanicæ profectum, studium generale in ciuitate Graccouien feria secunda post Iacobi apostoli, de cōsensu Bonifacii papæ noni erexit. Cuius fundationē Hedwigis regina dum uiueret maxima instantia procurabat. Accersitisq; Doctoribus & magistris Polonici, Bohemici & Almanici idiomatis ex uniuersitate Pragen, assignauit eis cē sus in exactionib⁹, theloneis, & aliis introitib⁹, assignauit & prelaturas atq; prebendas omnes collationis regiæ .s. Floriani in Cleparz, sola prepositura sibi reseruata. Assignauit & lapideam Akersdorff in platea sanctæ Annæ, p Artistarum & Theologorum. Domum uero Sādiuogii de Subino Palatini Posnanien in platea Castren pro Canonistarū & Medicorū collegiis, quarū utraq; pecuniis Hedwigis reginæ, in huiusmodi opus derelictis, per exequutores extructa est. Confirmatoq; prefato gymnasio Graccouien generali, p Ioannem papam 23. & exposť per Martinum quintū, in uariis scientiis & suppositis uehementer crescere & florere, ac uiros doctos & industrios producere, in regni Poloniæ dilatationē, diffusionem, & gloriā immortalem, cœpit. Cuius etsi plura numerentur, extenq; opera decora, nullum tamē æque magnificum ac necessariū pro confutandis opprimendisq; heresibus, erroribus & uiciis, pro serendis uirtutibus, pro defendenda iusticia, & p illustranda ueritate, cernitur ac inuenitur. Sobrietatē em̄, sapientiam, iusticiam, & uirtutē docet, quibus nihil utilius est hominibus in uita. Quod studiū etsi per Kazimirū secundum regem Poloniæ orditum, priuilegiisq; Vrbani papæ quarti regis Kazimiri præfati & ciuitatis Graccouien munitum & dotatū, Collegiiq; in Kazimiria muro erectum fuit, ut præfatum est. Nō tamen fuit cōsumatū in hanc diem, unde in hac die feria secunda post Iacobi apostoli, prima lectio in Iure Canonico per reuerendissimū dominum Petrū Viszh utriusq; iuris Doctorem, ac Episcopum Gracco: & Cancellarium uniuersitatis nouæ, fœliciter incœpta est. Data autē, & institutio eius, in die Mariæ Magdaleniæ præcesserat.

Erectio uniuersitatis studij Graccouien.

Doctores Graccouiā accersiti.

CAPVT XLII.

Conradus de Iunigen Lithuaniam vastat

ANno deinceps domini 1403 Cōradus de Iunigen Magister Prussiæ, habens in suo comitatu Boleslaum Switrigel cum notabili exercitu terras Lithuaniæ circa festū sanctæ Dorotheæ spoliis & igne uastauit, & in terras suas circa Ragnetham rediit. Quo egresso, repēte nouus exercitus Magistri Liuoniæ ingressus est, & multis dānis atq; spoliis illatis, cum pluribus captiuatis in Liuoniā excessit. Propter quod Wladislaus rex Poloniæ missis nunciis, ex Prussia Switrigellonem reuocauit, & ei terrā Podoliæ, Item terram Zidaczouien, Itē districtus Stry, Szidlow, Stobniczam, Drugnyam, Vscze, Item mille quadringentas marcas annui

cas annui census in Zuppis regiis assignauit. Ea tamen largitionis magnitudo leuem Switrigelli animū, stabilire non potuit, quin ad Cruciferos præfugeret & Lithuaniam perturbaret. Itaq; ad pacem conficiendā, anno domini 1404 p festo Penthecostes dieta generalis in Raczansz celebrata est, sub presentia Wladislai regis Poloniæ, Vitowdi magni ducis Lithuaniæ, Cōradi de Iunigen Magistri Prussiæ cum suis Cōmendatoribus. Et pax sub his cōditionibus confecta, ut Wladislaus & Vitowdus de terra Samagittiæ Magistro & ordini Cruciferoꝝ excederent, & q̄ Wladislaus terram Dobrzineñ quadraginta milibus florenorum redimeret. Item q̄ relegatos hinc inde non fouerent, & q̄ captiuos soluerent ac manumitterēt. Præterea sequenti anno dux Lithuaniæ Vitowdus, alterū conuentum cum Magistro & ordine Crucifero rū celebrās, pacem necessariā, magis q̄ honestam composuit, de terraq; Samagittiæ cœdere, & armis Samagittas in ditionem Magistri & ordinis, impellere, Wladislao rege nequicq̄ abnuente consensit, terramq; prefatam Samagittiæ per litteras publicas geminato idiomate, Latino scilicet & Almanico scriptas, Magistro & ordini Prussiæ, donatione perpetua, etiā a rege poloniæ Wladislao prochdolor confirmandas donauit & inscripsit. Anno autē domini 1406 Vitowdus magnus dux Lithuaniæ prima expeditione in Moskouiā. contra generū suum Vasilonem, seu Basilium ducem Moskouiæ (cui filiam suam Anastasiam desponsatam locauerat) mota, eam predis & spoliis uastauit. Altera deinde expeditione annodomini 1408 contra eundem ducem Vasilonem, cum auxilio mille lācearum a rege Poloniæ, & Magistro Prussiæ Vlrico de Iunigen uno uexillo expeditarum gentium, habito in Moskouiam irrupit, & eam uastabat. Quo cognito Switrigal uir instabilis, castra sua Bransko & Starodub exussit, & ad Basilium ducem Moskouiæ fugiens, in contumeliam Vitoldi, exercitum ipsius die noctuq; pro Moskouitis lacessiit & turbauit. Tādem restitutis possessionibus, quas dux Moskouiæ usurpauerat, pax sub æquis conditionibus firmata fuit. Verū frumēta a rege poloniæ Wladislao per Istulam duci Alexandro Vitowdo usq; in Ragnetham missa, per Magistrum Prussiæ Vlricum de Iunigen, allegātem q̄ Barbaris arma contra christianos mitterētur, recepta sunt. Propter quod rex Wladislaus per suos oratores, restitutionē eorum postulauit, & in bellū aspirare cœpit. Vitowdus uero dux Lithuaniæ, Samagittiam ordini Crucifero rū donatam abstulit & recepit. Vlricus quoq; Magister Prussiæ, bello moto, castr⁹ & oppidum Dobrzin, Item Ripin, & Lipno anno domini 1409 in uigilia assumptionis Mariæ expugnauit. Et Iacobum de Plonini, nobilem de domo Prussi, Capitaneū Dobrzineñ capite truncauit. Deinde castra Bobrowniki, Zlatoria, & Bidgoscza expugnauit & accepit. Wladislaus ergo rex Poloniæ uocata totius regni expeditione in octaua Natiuitatis Mariæ, in Volborz, ad quam Vitowdus minime uenire potuit, Bidgostiā obsidione cinxit, & in octo diebus expugnauit. Oratoribusq; a Venceslao Romanorū & Bohemiæ rege, uidelicet duce Conrado antiquo Olesznicen, & Ienkone Wratislauien ac Sweidniceñ Capitaneo, aduenientibus. Pax cum Magistro Prussiæ, usq; ad festum Ioannis baptistæ inclusiue, composita est, & Vencef

Vitowdus cōtra Moskū Vasilonem.

Commeatus Vitowdo surreptus.

Venceslaus Romanorum rex partiū sedator

laus rex Romanorũ, dominica Iudica inter regem & magistrũ iuste arbitraturũ se obtulit, qua dominica ueniente, suasu Iodoci Marchionis Morauiæ sententiam protulit, q; terra Dobrzinẽsis in manus suas traderetur. Cuius possessione infra unum ãnum tenta deliberaret & decerneret, ad quem eius dominium pertineret. Item q; regnum Poloniæ peramplius ex Lithuania & partibus oriẽtis nunq̃ sibi regem eligeret, sed ex partibus occidentis. Ex qua sententia, liquidissima apparuit iniquitas, quoniam super re iuridico processu non deducta, sententiam tulit.

CAPVT XLIII.

VLadislaus autẽ rex non expectato arbitramento, iudicioq; Venceslai Romanor& & Bohemiæ regis, pro die sancti Andreæ precedentis anni, cum duce Vitowdo in Brzescze Ruthenica conuentum tenuit, & illic pgressum belli futuri contra Cruciferos gerendi secretissime cum eo confecit. Imperatorisq; Thartarorũ Zauolhensium auxilium cum sua multitudine & copiis, ibidem præsẽtis, persuasionibus & promissis obtinuit. Hunc imperatorẽ Thartarorum toto tẽpore hyemis, & usq; prope festum Ioãnis baptistæ, cum gente & uxoribus Alexãder Vitowdus in suis terris tenuit & aluit. Dominica uero Misericordia domini ãno Christi 1410 rex Wladislaus cum duce Lithuaniæ Vitowdo in nouam Sandecz ueniens, eum ad Sigismundũ regem Hungariæ in Kesmark misit, ut sinceriter inducias pacis, ad sedecim annos confectas, quorũ adhuc quatuor restabãt, obseruaret. Rex autẽ Sigismundus respondit, huiusmodi inducias non esse licite seruandas, si Cruciferi in Prussia bello impeterẽtur. Et secreto Vitowdum magnum ducem Lithuaniæ, ad defectionem & noui diadematis assumptionẽ pellicere conabatur. Interim rex Wladislaus in noua Sãdecz cõmorans, anno præfato 1410 monasteriũ seu hospitale sanctispiritus ordinis Premonstratẽn cum Abbate infulato fundauit, pro dote uillam suã Dambrowka, insuper uiginti marcas ãnui census in Zupis Vieliczeñ ci assignando. Die autẽ Lunæ, in crastino sanctor& Petri & Pauli, per eũ constituta rex Wladislaus ad Istulam supra monasterium Cziruensko uenit, ad locum ubi pons ex nauibus apud Cozmice applicatus fuerat, & ipse & totus exercitus Polonorũ cum quadrigis & machinis ordine composito transiit. Eodẽ quoq; die magnus dux Lithuaniæ Alexander Vitowdus cum imperatore Thartarorũ, & gentibus suis aduenit, & feria quarta nona Iulii in terras hostiles intrauerunt. Illicq; primum signa militaria, rex & dux Lithuaniæ, ducesq; Mazouiæ Semouitus & Ianussius, atq; Barones omnium terrarũ extẽderunt, & patrium carmẽ Bogarodzicza Poloni uociferare cœperunt. Illo die Lithuani & Thartari quãdam ecclesiã spoliarunt, & sacramentũ diuinissimũ ex sacrario eiecerunt, quo facto Poloni uehementi dolore tacti, ad regẽ contra Barbaricas crudelitates clamauerunr. Quũq; ex cõmisso regis duo Lithuani magis culpabiles oblati fuissent, iussu magni ducis Lithuaniæ, more illius gentis seipsos in patibulum ægerũt ac suspenderũt. Et de cætero nemo in ecclesias manus rapaces intulit. Et quia fluuius Drwancza, quo peruẽtum erat, altis tignis in utraq; ripa cũ exercitu hostili machinis bellicis & sagittis

Thartarorum Imperator in auxilium accersitus.

Monasteriũ in noua Sandecz fundatum.

Lithuanorum & Thartarorũ facinus.

sagittis mũnitus erat, rex cum exercitu ad ortum fluuii feria sexta ante Margarethæ undecima Iulii retrocessit. Et die dominico sanctæ Margarethæ tredecima Iulii ipse rex & uniuersus exercit9 in uilla Vissoka prope Dzoldow uiatico corporis Christi procuratus est. In feriã autẽ terciam diuisionis apostolorum de nocte ualidus uentus, fulgura & pluuia exercitum molestarunt In castris uero Cruciferorũ etiam tentoria diiecerunt, ut carmen Claudiani futuræ cladis presagum uerissime adaptaretur hoc. O nimiũ dilecte deo, cui militat æther. Et cõurati ueniũt ad classica uenti. Motis castris mane a Dãbrowno spacio duorum miliarium, uniuersus exercitus regius inter arbusta uillarum Thanenbrik & Grimuald uenit, & in loco editiori extensis tentorii uelis, iniuriã aeris repellentibus, rex missã audire accelerabat. Venerũtq; nũcii alius post aliũ, hostilem adesse exercitũ nũciãdo. Rex aũt repẽtino hostiũ aduẽtu nihil motus, duas missas p Bartholomeũ plebanũ in Clobuczko, & Iaroslaum Prepositũ Kalisñeñ sacellanos suos lectas, deuotissime audiuit. Et flexis genibus in oratione procumbẽs, deum præcabatur, ut sibi felix pugna & uictoria proueniret. Interim dux magnus Lithuaniæ suũ exercitum, Zindramus uero de Maszkouieze macherophorus seu gladifer Graco: Polonicũ exercitũ in ordines & signa, mira celeritate ordinauerũt. Quinquaginta signa seu uexilla insignibus militibus referta Polonica, Lithuanica uero quadraginta erant. Prutenicus autẽ exercitus & milite & robore inferior, quinquaginta unũ uexillum habuit. Alexander aũt Vitowdus moræ & tarditatis impatiens, ad regem per frequẽtes nũcios, tandẽ per seipsum ingenti uociferatione inibãt, ut neglectis orationibus consurgens, in bellum properaret, qui non, nisi complemẽto orationis ad integrum perfecto, abduci potuit. Tandem armatus, equum ascendit, & ad uidendũ hostilem exercitum, in editiorem collem, unde utrũq; exercitum perspexit & contemplatus est, processit, & ad suos rediens, eos breuiter admonuit. Mutatoq; canterio, equum fortẽ ascẽdit, subruffi coloris seu taxei alias Czissaui, tenuem in fronte habẽtem caluiciem, galeaq; accepta, singulos præ biteros & notarios ad curtus ire iussit. Sub hoc tẽpore Magister Crucifericus Vlricus de Iunigen duos cãduceatores, quor& unus regis Romanor& aquilã nigrã in aureo cãpo alter ducis Stetinen rubeam Griffonẽ in albo campo deferebat, misit, duos enses nudos in manibus deferentes. Qui aliquali reuerẽtia regi facta, Theutonico idiomate Ioãne Manszik interprætãte dixerunt. Illustrissime rex, Magister Prussiæ Vlricus, tibi & fratri tuo Vitowdo duos gladios in suffragiũ pugnæ misit, quatin9 minus cunctãter, & magis audaci q̃ præ te fers animo cum eo cõgrediaris. Siq; arctũ campum habere existimas, ad certamẽ te aliciendo, de planicie campi quantum uoles tibi cœdit, en superbum nuncium Et in eo pũcto retrocessionẽ Prutenicus exercitus haud exiguam fecit. Rex autẽ Wladislaus acceptatis gladiis, qui in hanc diẽ in thesauro castri Gracouien seruantur, nõ in bilem sed lachrymas resolutus, ait. Quamuis inquit sufficientes gladios habeam, pro maiori tamen suffragio etiam hos duos gladios accipio. Cãpi uero electionẽ propiciatiõi diuinæ cõmitto. Sic fatus, signa canere iussit, & uniuersus exercitus Bogarodzicza uociferãdo cecinit.

Tempestatum increscentia

Contra dus

Proteruitas nuncij.

Duo gladij Vladislao & Vitowdo missi.

REfert Aeneas de Piculominibus Poeta, postea Cardinalis & papa, & alii seq̃ces. Primũ cõgressum Lithuanos & Thartaros inermes feciſſe. Et his ſuperatis, Polonos rigido ferro armatos ſuccesſiſſe. Noſtri uero tũ ãtiquiores milites, tum ſcriptores, ſimul iunctos proceſſiſſe narrãt. Polonoſq; leuum cornu, Lithuanos uero & Thartaros dextrũ tenuiſſe, Verũ exercitus Lithuanicus ducis Vitoldi iuſſu prior a parte ſua ad congreſſum uenit. Tantuſq; fragor & ſonitus aciebus cõgreſſis, quaſi moles immẽſa ruinam pateretur, æditus eſt. Vtriſq; ſibi quadã connexione coherentibus, & quaſi ad unius horæ ancipiti prælio dimicantibus, Donec acies Lithuanica impetũ hoſtilem ferre nõ ualens, pedem referre cœpit, Cruciferiſq; eam prementibus, in fugã, duce magno Lithuaniæ nequicq̃ fugam clamore & uerbere ſiſtẽte, coacta eſt uerti. Nec prius niſi Lithuaniã perueniens, fugam ſtabiliuit, & regem Wladiſlaũ cœſum, cœſumq; magnũ ducem Lithuaniæ, & eorũ exercitum uſq; ad internitionẽ nunciauit. Milites tamen Ruthenorũ Smolnenſium, ad tria propria conſiſtẽtes ſigna, pertinaciter pugnarunt, & inſignem laudem reportarunt. Fugerat & uexillum ſancti Georgii, ſub quo Bohemi & Moraui mercenarii militabãt, quod Ioãnes Zarnowſki Bohemus regebat, & ideo poſtea honore priuatꝰ, infamis permãſit. Duro itaq; certamine, & q̃ſi nouo fugatis Lithuanis, Polonis & Cruciferis pugnantibus, grandis iactura in acie Cruciferica facta eſt. Succeſſerunt interim ſedecim agmina hoſtium, ſub totidem ſignis nondum belli fortunã expertis, locata. Ex quibus miles quidam Almanus genere, Dipoldus Kikerziez appellatus de Deeber de Luſacia, cingulo aureo, alba Diploide in polonico lakla uocata, & armis per totum ueſtitus, in equo ruſſo exiliens uſq; ad regem decurrebat. Quem rex dum haſta uibrata excipere niteretur, a Sbigneo de Oleſznicza regio notario, poſtea Epiſcopo & Cardinali Graccouien inermi, regis ictum præueniente, ſua manu de equo deiecit, quem ſupinum rex Wladiſlaus haſta feriendo reliquit, attamen illico a militibus, regem obſeruantibus, occiſus, a pedeſtribus uero armis exutus eſt. Agmen uero Cruciferorum ſub ſedecim ſignis conſtitutum, ducente uno Crucifero, albo inſidenti equo, exercitumq; clamans conuertit in dextram partem in qua uexillum maius regium conſtiterat, & aciebus irruẽtibus, aliquamdiu durum conficiebatur certamẽ. Ad extremumq; tamen multitudine Polonorũ undiq; eos circũdante, obtriti ſunt, fereq; ſinguli ſub ſedecim ſignis cœſi aut capti. In eo agmine Magiſter Pruſſiæ Vlricus & Cõmendatores ceciderunt cætera multitudo quæ potuit euadere fugam iniit. Tunc capti ſunt duo duces, Kazimirus Stetineñ, per Skarbkonẽ de Gori, & Conradus albus Oleſniceñ, per Ioannem Bohemum de Zalcz, qui Cruciferorum partem adiuuerant. Captus eſt & Georgius Kerczdorff cum quadraginta commilitonibus Capti ſunt & diuerſarũ nationum milites, currus Prutenici oppugnati & diruti ſũt, reperteq; ſũt aliquæ quadrigæ cathenis & uinculis onuſtæ, ad uinciendum Polonos paratæ. In aliis repte ſunt faces de pino, ſepo & pice, obliatæ, ſic & tela, ſepo, & pice pfuſa, cum quibus debellatos Polonos perſequerentur. Vaſa uini, iuſſu regis ſciſſa fractaq; ſunt, ne exercitus fatigatus bibẽs

languidus &

Prutenorum et Polonorũ grãdis conflictus.

Ruthenorum palma.

Polonorũ bellico ſtras.

Conflictus mutuus.

Strages Prutenorum.

Conradus

languidus & inũtilis redderetur: Tũc perſequutio fugientium ad plura miliaria eſt extenſa. In eo cõflictu quinquaginta milia hoſtium occiſa ſunt. Aeneas uero Siluius, & hiſtoriæ Almanorum, quadraginta milia ſupputant. Polonis quoq; non incrementa uictoriria ceſſit, duodecim tamen inſignioribus dum taxat cœſis. In craſtino diuiſiõis apoſtolorũ quæ fuit feria quarta ſedecima Iulii, miſſæ & Te deum laudamus decantabantur. Cadauera illuſtrium ſepeliebantur, & captiui preſentabantur atq; inſcribebãtur. Seorſum Cruciferi, ſeorſum Culmenſes, Liuonitæ, Bohemi, & Moraui, ſeorſum Sleſitæ, Bauari, Miſznenſes, Rinenſes, Sueui, Auſtrales, Friſones, Veſtfali, Luſacenſes, Pomerani, Kaſſubitæ, Saxones, Francones. Bohemi tamen & Sleſitæ numero excedebant, milites noua ſponſione obligati dimittebantur. Duces uero exercituũ & Cruciferi cuſtodiæ tradebantur. Poſtea rex Wladiſlaus feria ſexta in die Iacobi apoſtoli, uigeſima quinta Iulii caſtrum Marienburk uallauit. Et quia Vitowdus dux Lithuaniæ obtenta licẽtia regis ab obſidione Mariemburgeñ, feria quinta infra octauas Natiuitatis Mariæ diſceſſit, duceſq; Semouitus & Ianuſſius paulopoſt cum gentibus ſuis diſceſſerunt. Ideo rex Wladiſlaus, ſoluta obſidione, die Veneris ãte Mathei decima nona Septembris a Mariemburk etiam diſceſſit. Cruciferi autẽ numeroſum exercitum congeſſerunt, Grzimala antiquior ſubiudex caſtri Graccouieñ q pugnæ aderat, decem milium fuiſſe referebat, inter quos multi aulici Sigiſmundi regis Hungariæ erant. Principalis autem Capitaneus eorũ Michael Kochmaiſter, nouæ Marchiæ aduocatus fuit. Die itaq; Veneris ſancti Gereonis acies regis Wladiſlai, ad ſex milia pugnatorum ex aulicis & ex reliquis ſtipendiarioꝝ, iunctis nobilibus maioris Poloniæ conflata, eis circa Coronow occurrit, & cum maximo clamore concurrerũt, fortiſſime æquo marte diutine decertantes, laſſatiq; de utroq; exercitu acclamarunt. ut pugnãdi parumper obſeruarentur induciæ, quibus utrimq; acceptatis, diſgreſſe acies reſpirarunt, pauſarunt, & ſudores abſterſerunt. Deinde ſublatis induciis, acies itidem congreſſæ ſunt, eadem in utriſq; animoſitate permanente, & multis hinc inde mortalibꝰ cadẽtibus, laſſitudineq; accedente, uice altera ab utroq; exercitu, reſumẽdas eſſe inducias acceleratum eſt. Quibus conceſſis & acceptatis, ſtrennuiſſimi milites, noua requie potiti, uulnera ligauerũt, captiuos commutarũt, equos hinc inde intercœptos uiciſſim reſtituerũt, uina ad ſitim repellendam inter ſe miſerunt. Poſt hoc tercio, fortius quo poterant decertarũt. Interimq; miles regis Poloniæ Ioãnes Naſhion de Oſtrowcze de domo bipennium, hoſtilem primipilariũ ex equo ſtrauit, & uexillo adempto, ſellæ ſuæ contorquens appoſuit, Illicoq; hoſtilis exercitus amiſſo ſigno, pauore perculſus, deteriori loco eſſe cœpit, & in fugam ſpectabat. In quos Poloni iuecti, graui cœde eos ãguſtiabãt, & ſingulis manipulis hoſtilibus diſperſis plena uictoria potiti ſunt. Vix autẽ ãtea ullũ certamẽ tam claꝝ fuit, in quod ueterani exercitati, & ſũmo conatu p uictoria adnitẽtes milites, cõueniſſent

Caſtrum Mariemburgk uallatum.

Triplex congreſſus cum tẽporis interpolatione.

Victoria Polonorum.

CAPVT XLV.

SVb idem tempus Stiborius de Stiborzicze Polonus ſed palatinus Tranſſiluanus, cum duodecim uexillis gentium Sigiſ-

mundi regis Hungariæ, oppidum ueteris Sandecz, cum suburbiis nouæ Sandecz, & aliquot uillis exustis, citato agmine regrediebatur. Quem nobiles illorũ districtuum, ad tuẽdum fines regni per regem relicti, præcipiti cursu insequẽtes, prope Bardeyow alias Bartpham cõsequuti sunt. Factaq; pugna acerrima, hostilis exercitus numero superior, cõflictus & debellatus est, Stiboriusq; in Bardeyow refugit. Is ergo ãnus notabilis & uictoriosus Polonis fuit. Sequenti uero anno scilicet 1411 pax perpetua inter regem Wladislaũ magnumq; ducem Lithuaniæ Vitowdum ex una, & Henricum Magistrum Prussiæ ex altera partibus, sub conditionibus parũ regno Poloniæ utilibus, est concluſa. Prima conditio fuit, ut rex Poloniæ omnia castra in terris Prussiæ iure belli quæsita, Magistro & ordini restituat. Altera ut omnes captiui Magistri & ordinis, in quibuscũq; conflictibus capti relaxentur. Item q; Magister & ordo regi Wladislao & suo regno pro tribus terminis, festo uidelicet Ioannis baptistæ, festo sancti Michaelis, & festo sancti Martini anni currentis, centum milia sexagenarum latorũ grossorum Pragensium exsolueret Item q; terra Samagittarum ducatui Lithuaniæ relinqueretur. Post mortẽ Wladislai, & Alexandri Vitowdi, ad Magistrum Prussiæ & ordinem Cruciferorũ reuersura. Eodem anno in die Katharinæ ex Niepolomicze rex Wladislaus pedester ad limina sanctorũ Graccouiam uenit. Precedentibus eum uexillis Cruciferorũ, quæ in ecclesia maiori Graccouien̄ in signum uictoriæ deposuit. In anno domini 1412 Hungariã iniit, & ex Buda in regnum suũ reuersus, die dominico ante Laurencii Graccouiam ingressus, coronam materialem regni Poloniæ, gladium, pomũ, & sceptrum, per regem Sigismundum sibi reddita, attulit, quæ omnia Elizabeth regina Hungariæ, germana Kazimiri Poloniæ, & mater Lodouici Hungariæ & Poloniæ regum, in Hungariã detulerat. Attulit & reliquarũ delatoriũ argenteũ, deauratũ, cũ inclusis nariis ossibus sanctor̃ per regem Sigismundũ ei datum, anulo regis Lodouici olim signatũ. Et quũ esset in Russia, ueniẽtes ad eum in die sanctæ Hedui gis Sigismundi Romanorum & Hungariæ regis legati, Ioãnes Strigonien̄ Archiepiscopus, & Michael Kochmeister, nouæ Marchiæ Aduocat⁹, præcati sunt, ut ad prosequutionem imperialis fastigii, Sigismundo quadraginta milia latorũ grossorum Pragensiũ mutuaret, quæ iuxta cõdemnationem iudiciariam, pro pœna damnis & interesse (quia in constitutis diebus summã capitalem centum milia sexagenarum soluere neglexerat) Magister & ordo Prussiæ regi Poloniæ dare tenebatur, offerentes in sũma predicta terræ Scepusien̄ obligationem. Rex autẽ Wladislaus cum suo cõsilio, prefata quadraginta milia sexagenarũ latorum grossorum mutuauit, & terram Scepusien̄, octo scilicet oppida seu uillagia, ac duo castra sub forma Riczolt in pignus accepit, ut si uno anno mutuum nõ solueretur, sequenti anno duplaretur, tercio triplaretur, & sic in immẽsum creſceret fœnus. Michaeliq; Kochmeister demandauit, ut prefatam pecuniã manibus regis Sigismũdi consignaret. Et Magistrum ac ordinem Cruciferorũ Prussiæ, specialibus litteris regis Wladislai de eisdẽ absolueret. Anno dñi 1413 Lithuania denuo Poloniæ incorporata & ascripta est. Et sicut fidẽ Orthodoxã christianã ex Polonis prius assumpsit

Vladislai regis triumphus.

Coronationis insignia Graccouiam reportata.

Lithuaniæ cũ regno Poloniæ vnio.

assumpsit, ità & signa nobilitatis eo anno percœpit. Ordinatione siquidẽ regis Wladislai ducisq; Vitowdi, pro maiori adherentia prouinciar̃, clenodia nobilitatis Polonorũ, Lithuanis distributa & cõsignata sunt, pro ut latius in litteris desuper confectis sic incipientibus patet. In nomine domini amẽ. Ad perpetuam rei memoriam, debitores sumus spiritualis alimoniæ salutaria illis pocula administrare, quibus presidentes temporaliũ commodorũ prestiti mus suffragia &c. Eo quoq; anno Samagittia fidẽ Christi & baptisma, opera regis Wladislai suscepit. Ad cognoscendum autẽ naturam prouinciæ & gentis illius, animaduerte, q; regio Samagittia est Septemtrionalis & gelida Lithuaniæ Liuoniæ & Prussiæ contermina, siluis, collibus, & fluminibus circũsepta. In hos districtus distincta, scilicet Iragola, Miedniki, Chrosze, Roszena, Vidulki, Vielunya, Kolthini, Czethra. Gẽtes regionis proceræ & altæ staturæ, agrestes & inculte, parco & modesto uictu uiuentes, sitim aqua sedare solite, raro ceruisia aut medone. Auri, argẽti, æris, ferri, uini in illa tẽpestate expertes & ignaræ. Apud quos licitum erat, uni uiro plures habere uxores, & patre mortuo nouercam, fratreq; glotem in uxorẽ accipere. Nullus illic stubarum aut edificiorũ nobilium, sed tantummõ tugurii, usus, uentrem distẽsum & porrectũ, extrema uero habens coartata. Ex ligno & culmo structura, largius ab imo sensim operis incremento, edificiũ in arctius cogitur, in carine maxime similitudinẽ elaborata. In cacumine feneſtra uno superne lumen reddens, subter quã focus, & cibos parabiles coquẽs, & frigus quo regio pro maiori anni parte prædita est repellens. In ea domo, se, uxores, pignora, seruos, ancillas, pecus, armentum, frumentũ, & omnem suppellectilem, condunt, gens ad diuinationes & auguria procliuis. Precipuum numen Samagitticũ erat ignis, quem sacrosanctum & perpetuũ putabãt, qui in montis altissimi iugo, super fluuium Nieuyasza sito, assidua lignorũ appositione a sacrorum sacerdote alebatur. Accedẽs itaq; Wladislaus turrim in qua consistebat, incendit, & ignem dissecit & extinxit. Succidit deinde per milites suos Polonos siluas, quas non secus q̃ sanctas & deorũ suorum habitacula, Samagittiæ iuxta illud poeticum, habitarũt dii quoq; siluas, uenerabantur. In eam caliginem mentis prolapsi, q; & siluæ prefatæ & aues, fereq; in illis consistentes sanctæ forent, & quicquid in illas ingrederetur, ut sanctũ censeri deberet, uiolanti quoq; nemus, feras uel alites, manus aut pedes, demonum arte curuabãtur. Maxima itaq; Barbaros tenebat admiratio, q; Polonorũ milites, nemus ritu eorũ sanctum, excidentes, nulla lesio, qualem ipsi in se, frequẽtius experti erant, sequeretur. Habebãt preterea in siluis præfatis focos, in familias & domos distinctos. In quibus omnibus charorum & familiarium cadauera, cum equis, sellis, & uestimentis potioribus incendebãt Locabant etiam ad focos huiusmodi, ex subere facta sedilia, in quibus escas ex farre, in casei modum preparatas, deponebãt, medonemq; focis infundebant, ea credulitate illusi, q; mortuorum suorũ animæ, quorũ illic combusta fuerant corpora, nocte uenirẽt, escaq; se reficerent. Insuper prima Octobris die, maxima per Samagittas in siluis præfatis celebritas agebatur, ex omni regione uniuersus utriusq; sexus, populus illuc conueniens, cibos & potus,

Samagitiæ descriptio.

Gentis conditio.

Ignis numen Samagittarũ.

Superstitio idolatriæ Samagittarum.

quilibet iuxta suæ conditionis qualitatem deferebat, quibūs aliqūot diebus epulati, diis suis falsis, præcipue deo, lingua eorū appellato Perkuno, id est Tonitru, ad focos quisq; suos libamina offerebat.

CAPVT XLVI.

Conuersio Samagittarum.

REx itaq; Wladislaus, primum eos orationē dominicam, deinde simbolum docuit, quoniā nullus sacerdotum linguam Samagiticā nouerat, & undis baptismatis ablui iussit. Vnus autē ex maioribus Samagittarū pro omnibus respondit. Ex quo inquit serenissime rex, dii nostri ueluti inermes & languidi a deo Polonoq; deleti sunt deos nostros & sacra eorum deserimus, & deo tuo atq; Polonorū fortiori adheremus. Sicq; baptisati sunt. Rex autē in Miedniki Cathedralem ecclesiā sub honore & titulo sanctorum martyrū Alexandri, Theodori, Euancii. In aliis autē locis ecclesias parrochiales fundauit, & illis dotem sufficientē consignauit & inscripsit. Medniceñ ecclesiæ successu tēporis, primus Episcopus Mathias origine Almanus, in Vilno tamē natus, eo q; linguam Lithuanicā & Samagitticam norat, præfectus & consecratus est. Cōtigit autē in prima plantatione, dum Samagittæ per Magistrū Nicolaum Vanzik, fratrem ordinis predicatorū, regium predicatorem, per interprætē instruerentur, de fide, creatione mundi, & lapsu primi hominis Adæ, unus Samagittarū sufferre sermonē predicantis non ualens, in hæc uerba prorupit. Mentitur, inquit, illustrissime rex sacerdos iste. Asserit mundum creatum fore, quom sit homo non longeuæ ætatis. Sunt etenī inter nos plures, annorū numero seniores eo centenarium numerum supergressi, qui creationem nullam recordantur, sed solem & lunā, cæteraq; sydera, semper eisdem motibus luxisse referūt. Rex autē Wladislaus eum silere iubēs, magistrū Vanzik, creationem mundi nō asseruisse in diebus suis incepisse, sed longe ante declarauit. Puta ante sex milia annorū & paulopost ordinatione diuina proueniisse. Præterea anno domini 1414 rex Wladislaus cum duce Vitowdo, iterum Prussiam in numeroso exercitu, qualem & quantum antea nunq̄ habuit, ingressus est, pluribusq; castris conquisitis, quom in obsidione Brodniceñ esset, uenit nuncius Apostolicus Ioannis papæ 23. Ioannes Episcopus Lansaneñ, & obtinuit, q; rex bello per inducias ad biennium suspenso, decisionē suæ causæ per Concilij genera le Constancieñ iā tunc indictum expectaret. Eo siquidē anno Concilium Cōstancieñ in kalendis Nouembris iniciatum fuit, & quattuor ānis durauit. In quo scisma Ecclesiæ trium summorū Pontificum, simul papatū gerentium extinctum est. Et Ioannes Husz, Hieronymusq; discipulus eius, tanq̄ hereti ci damnati & cōbusti sūt. Dum aūt mortua fuisset Annæ regina Poloniæ, in die sancti Benedicti āno domini 1416 rex Wladislaus die dominico in die sācti Sigismundi eo anno, cum tercia uxore Elizabeth Granowska ex familia Ottonis de Pilcza, in ecclesia parrochiali in Szanok, per Ioannē Rzeszowski Archiepiscopū Leopolieñ per uerba de præsenti matrimonium cōtraxit. Quom fœmina ætate marcida, ptisi cōsumpta, iam trium uirorum scilicet Villonis & Ioannis filii Laczek de Morauia, tercii Vincencii Granowski, cō nubia experta, in die Elizabeth eiusdem anni coronata, quod omnibus Polonis displicuit.

Epiſcopat⁹ in Miedniki fundata.

Vladislaus, Vitowdus Prutenis bellamouent.

Incineratio Ioannis Husz & Hieronymi discipuli.

nis displicuit. Displicuit & importunitas ipsius qua apud regem Wladislaum obtinuerat, ut Ioānes de Pilcza filius eius, ex Vincentio Granowski susceptus, in Comitem crearetur, & quosdam nobiles circa Iaroslaw subiectos ac infeudatos acciperet, quæ creatio per magnificos regni, præcipue tamen per Albertum Iastrzabiecz Episcopum Graccouieñ & Cancellariū regni Poloniæ, infecta & abrogata fuit. Ipsa aūt Elizabeth regina Graccouiæ dominico die ante Ascensionē domini āno 1419 defuncta est, quæ nouitas mortis, totā Poloniam exhilarauit, sepulta in sacello Mansionariorū in ecclesia Graccouieñ. Sollicitarunt tandē plures regem Wladislaum de despōsanda Eufemia alias Offka filia Venceslai regis Bohemiæ mortui, quorum conatus Alexāder Vitowdus magnus dux Lithuaniæ dissoluit, & neptem suam uirginem principem Szoncam, filiā Andreæ filii Iwonis ducis Kiouieñ, nullam secum deferentem dotem, in matrimonium accipiendā induxit. Hanc anno domini 1422 in diebus carnispriuii in Nouogrodek, tercio & quarto affinitatis grādu illum contingentē, fonte baptismatis, Græci eñ ritus erat, per prius lotam, & pro Szonca mutato nomine, Sophia appellatam, in quartā uxorem accepit. Mathia Episcopo Vilneñ, inter dispares ætate, Wladislaum decrepitū, & Sophiā uirētem ac forma uenustam, uerba pronunciante, & matrimoniū conferēte. Sollicitabāt interim Bohemi, & requirebāt Wladislaum, ut regnum Bohemiæ susciperet, quibus post plures requisitiones respondit in Niepolomicze, de regno Poloniæ contentari, regnum autē Bohemiæ ab ecclesia propter heresim damnatum, nequaq̄ susceپturū. Post cuius responsum Alexāder Vitowdus Lithuaniæ dux, in regem Bohemiæ postulatus, post conductum paschæ āno domini 1422 Sigismundū Koributh Lithuaniæ ducem, nepotem regium germanū, rege Wladislao consentiēte & approbāte, ad acceptandum regnum Bohemiæ nomine Vitowdi, cum frequēti & ualido exercitu, impensis Alexandri Vitowdi expeditam, misit. Quo p̄ grediente, Sigismundus Romanorū & Hungariæ rex, conquisitione castri & ciuitatis Ostrog in Morauia occupatus, singulos apparatus bellicos concremauit, & obsidionem soluit, ne in ipsum irruisset pertimescens. Ille uero dux Sigismundus Koributh per Morauiā transiens, oppidum munitū Vinczow, quia ipsum nō susciebat, expugnauit, & militibus in predam dedit. In Bohemiā contendens, Pragam aduenit, & a plerisq; nobilibus Bohemiæ a Pragensibus uero ciuibus uniuersis possessionē ciuitatis & castri utriusq;, cum clauibus ei assignantibus excœptus est. Tunc Sigismundus rex Hūgariæ & Romanoq;, in Wladislaum regē Poloniæ, & Vitowdum ducem Lithuaniæ cōmot⁹ fremuit. Et pacē perpetuā, quam rex Wladislaus cum duce Vitowdo & copiis suis Prussiā in æstate eiusdem āni depopulati, in die trāslationis sancti Stanislai circa lacum Melno cum Cruciferis confecerant, disturbauit, & eam tenere Magistro & Cruciferis prohibuit. Donec anno domini 1423 Cōcordia inter reges Hūgariæ & Poloniæ Sigismundū & Wladislaum stabilita ac innouata est in Kesmark in hunc modum, ut rex Wladislaus ducem Sigismūdum Koributh ex Bohemia & per nūcios & litteras reuocaret, & ut Magister ac ordo Cruciferorū de Prussia, pacem perpetuam apud Melno

Mors Elizabeth.

Vladislaus Szonkam virginem matrimonio copulat.

Bohemorum requisitio.

Sigismundus koributh Bohemiam missus

Vinczow expugnatum.

Susceptio koributh.

apud Melno firmatam impleret, signanter in castri Nyeszoua demolitione Post quam concordiam, rex Wladislaus solennitatem coronationis reginæ Sophiæ, pro dominica Esto mihi in ano Christi 1424 indixit. Ad quam peragendam, Sigismundum Romanoꝝ & Hungariæ regē, & Ericum Daciæ regem, multosq; principes inuitauit. Exceperat reges ex Misslimicze, per Vieliczkam in Graccouiam procedētes, uenit & Branda tituli sancti Clementis præsbiter, Cardinalis Placentinus, in solennitatem coronationis, a Martino papa quinto missus. Item dux Sigismundus Koributh ex Bohemia reuocatus, in quingentorū equorū numero, reges & reginam Hungariæ excepit. Aderat & Lodouicus Bauariæ dux, frater germanus reginæ Franciæ, qui etsi inuitatus non fuerit, sola fama pellectus aduenerat. Item duces Mazouiæ Item Bernardus Oppolieñ, Boleslaus Tessneñ, Ianussius Rathiborieñ, Kazimirus Osswancimieñ, Venceslaus Oppauieñ, Conradus niger, & Conradus albus Koslenses, Venceslaus Zeganeñ. Item Lithuaniæ & Russiæ principes. Item duo Cōmendatores Elbingeñ & Toruneñ nomine Magistri Prussiæ Pauli de Ruszdorff. Ex spiritualibus uero Branda Cardinalis, Albertus Archiepiscopus Gnezneñ, Ioannes Archiepiscopus Leopolieñ, Sbigneus Graccouieñ, Andreas Posnanieñ, Ioannes de Valdow Lubuceñ, Episcopi, Ioannes de Cesarinis Auditor cameræ apostolicæ. Prandebāt in stuba Laskouiecz, ad unā tabulam discumbentes, Sigismundo in medio sedente Wladislao rege dextrum, Erico Daciæ sinistrum latus ambiēte. Proximus Wladislao regi Brāda Cardinalis, deinde cæteri Pontifices. Leua principibus sæcularibus cesserat. Quindecim diebus reges apud Graccouiam commorati & firmata inter se amicitia disgressi sunt.

Sophia regina coronata.

Hospites coronationis plurimi & celebres

Ordo Conuiuarum.

CAPVT XLVII.

Sigismundi Koributh in Bohemiā reditus.

DVx autē Sigismundus Koributh Bohemorū uanis promissionibus illectus, eodem anno Bohemiam redit. Wladislai regis Poloniæ & consiliarioꝝ spreta prohibitione, sperans se Bohemiæ regnum facili negocio obtenturū. Rex uero Wladislaus Bohemiā progressus cum duce Koributh, confiscatione bonorū si extabant, si minus, ppetuo exilio dānauit. Ad finem anni puta ultima Octobris, die Martis in uigilia omnium sanctoꝝ Graccouiæ primogenitus filius ex Sophia regina natus est, dominica Esto mihi āni domini 1425. quæ fuit decimaseptima Februarii, p Albertum Iastrzambiecz Archiepis: Sbigneū Gracco: & Andream Posnanieñ. Episcopos baptisatus, eiq; paternum nomen Wladislaus adaptatum est. Aderant baptisinalibus Martini papæ quinti, & Sigismūdi Romanorū ac Hungariæ regis, multorumq; aliorū Regum & Principum Oratores & nuncii. Secundus filius Wladislai regis, anno Christi 1426 die sextadecima mensis Maii in ortu solis natus est, baptisatus secunda Iunii & Kazimirus nominatus. Is secunda die Marcii āno domini 1427 mortuus est Graccouiæ ante altare sancti Erasmi sepultus. Tercium filium regina Sophia prefato anno conceperat grauida proficiscendo. Cuius fœcunditatem Vitowdus magnus dux Lithuaniæ p inuidiam suspectā habēs, conuentū cū rege Wladislao pro die Exaltationis sanctæ Crucis in oppido Hrodlo ægit et propter

Vladislai ex Sophia primo genitus.

Secundo genius.

Mors eiusdem

et propter inuidiā reginam Sophiā culpauit, arcendamq; docuit. Milites quoq; per eum expressi, Hincza de Rogow, Petrus Kurowski, Laurentius Zaramba de Kalinowi, Ioannes Kraska, capti & in carceribus longo tēpore detenti sunt. Ioanne de Konyeczpole, Petro & Dobeslao de Szczekoczin germanis diffugientibus. Captæ fuerunt & Szczukowske uirgines binæ uidelicet Katharina & Elizabeth, a curia reginæ Sophiæ, & ad Alexandrum Vitowdum Lithuaniæ ducem deductæ, tormenta nisi indicassent ueritatem de scelere thori uiolati passuræ. Ad quarū coactā confessionem dux Vitowdus capitis damnationem singulorū predictorū inculpatorum, ui consiliarii regni Poloniæ restitissent, deposcebat. Mirātur plures quomodo ex uiro decrepito, uirēs & adolescentula regina impregnaretur. Inter quos est Aeneas Siluius de Piculominib?, & noster Ioānes Dlugossius in exarationibus chronicorum suorū. Verum regina Sophia turbata & tristis, die Saturni penultima Nouembris in uigilia Andreæ apostoli terciū filium Graccouiæ, a Sbigneo Episcopo Graccouieñ die solis. 27. Decembris, in festo uidelicet sancti Thomæ apostoli apud ecclesiam Graccouiē: baptizatū, & Kazimirū uocatum, effudit. Ad abolendamq; suspitionē, consiliariis sanctientibus purgationē indictam, manu metsexta accipiendo insigniores matronas, regina Sophia peregit. Ego uero inspecta Wladislai Iagellonis effigie picta, & descriptione morum eius lecta (quoniā uiuentē non uidi) Kazimiꝝ regem tercium filium ipsius, diebus nostris regnantem, simillimū ei, in uultu, caluicie, moribus, uenatione, & in displicētia sicere, atq; uini, repperi, tanquam patrem se queretur sua proles. Anno autē domini 1429 in Luczko pro festo Epiphaniæ, conuentionē Sigismundus rex Hungarorū & Romanorum. Wladislaus rex Poloniæ, & Vitowdus dux Lithuaniæ, cum principibus eorum tenuerūt. Proponebatq; rex Sigismundus, gentem Valachiæ cum corū Voiciuodis exterminādam, quia nemini fida foret, & furto ac spoliis uiueret. Rex uero Wladislaus respondebat, non esse æquū Valachos regno Poloniæ subiectos exterminandos fore, qui si aliqui furto uiuerent, id tamen in omnes non posse retorqueri. Interim Sigismundus rex Romanorū & Hungarorum. Vitowdo magno duci Lithuaniæ suggerebat, ut quom esset princeps immēsæ famæ, se in regē, Lithuaniā uero in nouū regnum creari pmitteret. Facilem dux Vitowdus huic persuasioni dabat consensum, eo q; princeps alti pectoris foret, & honoris regii auidissimus. Poloni inficiendo negocium, ueneno regis Sigismūdi restiterunt, & mox discesserunt, regiq; Wladislao extemplo locum inquendū consuluerunt, qui nocte sequenti discessit. Sigismūdo rege in Luczka cum duce Vitowdo quinq; diebus manente. Sollicitarunt itaq; Poloni apud Martinum papam quintū, ne coronatio ducis Vitowdi admitteretur, qui ad instātiam eorum, bullam regi Romanorū Sigismundo unam alteram duci Vitowdo de non creando eum in regem misit. Misit & terciā bullā regi Wladislao & Vitowdo, ut contra Bohemos arma sumerent & eos exterminarent. Ioannes ergo Czarnkowski, Succamerarius Posnanieñ de mandato regis, Baptistam Czigalla utriusq; iuris doctorē, Militem Italicum Ianuensem, & Sigismundum Roth Almanum Slesitā, litteras ferentes et nuncios

Conuentus in Luczko.

Decretum contra Valachos.

Vitowdus Lithuaniæ rex fieri cupit.

Poloni adiutorio papę resistunt.

et nuncios coronas apportantes precedẽtes captiuauit. In quibus litteris qȝ legebatur processus coronationis Vitowdi in regẽ, & Iulianæ suæ consortis in reginam, & liga perpetua regnorũ Hungariæ, Bohemiæ cum Lithuania, Cruciferis de Prussia & Liuonia. Legebatur & nunciorũ regis Sigismũdi cũ coronis transitus per Saxoniã Prussiam uersus. Ideo Barones maioris Poloniæ, Sandiuogius de Osterok palatinus & Capitaneus Posnanieñ, Dobrogostius de Szamotuli Castellanus Posnanieñ, Iarandus de Brudzewo palatinus Wladislauieñ, clara patriæ sydera, uelut ex composito nullo mandante arma sumpserũt, & exercitu ualido stationes in solitudine, in loco qui Turzagora uocatur, posuerunt. Quo intellecto nuncii cum coronis, qui iam ex Nuremberga in Frãkfordiam supra Odram, & usqȝ in Kossem peruenerãt duobus mensibus immorati, pauore nimio consternati, ad Sigismundum regem regressi sũt. His auditis dux Vitowdus, antrace inter scapulas nato correptus ex melancolia, & feria sexta in uigilia Simonis & Iudæ, quæ fuit uigesima septima Octobris, anno domini 1430 dum iam terris aurora illucesceret, in presentia regis Wladislai spiritum deo tradidit. Profecto nullus in illa ætate princeps Vitowdo comparandus fuit, quia liberalitate & factiuitate nullus eo præstantior erat.

Vitowdi laus.

CAPVT XLVIII.

Switrigello in ducatũ Lithuaniȝ inuestitus.

MOrtuo Vitowdo, rex Wladislaus non requisitis consiliariis magnum ducatum Lithuaniæ, germano suo Suitrigello contulit, & ipsum ãnulo sibi misso de eodem inuestiuit. Hominem ebriosum, inconstãtem, ac uehementẽ. Nondum autẽ mors Vitowdi diuulgata erat, quom Paulus Episcopꝰ Kamyenieceñ, & Barones Podoliæ omnes poloni uidelicet Hriczko Kierdeouicz, Theodricꝰ, Michael, & Musilo germani de Buczacz, Crussina de Galow, cognito obitu ducis Vitowdi, de castro Kamyeniecz ad consiliũ suũ Doygerth palatinum Vilneñ, & Capitaneum castri Kamyeniecz ignarũ mortis Vitowdi euocauerunt. Et quũ essent robore & numero hominum plures, cum comprehenderunt, & predictum castrum Kamyeniecz & alia castra Podoliæ in suam potestatem redegerunt. Ab illoqȝ tẽpore Podolia regno Poloniæ reunita est. Dux ergo Switrigello de tali nouitate fremendo, regem Wladislaum non uenerabatur, sed

Switrigello Vladislao aduersatur.

improperiis afficiebat. Tu inquit rex cum duce Vitowdo me captiuabas & ligabas annis nouem. Ecce aduenit tempus, in quo tibi par reddere possum, & nisi mihi Podoliã & Kamyeniecz reddideris, uincula non euades. Sic contumeliis regem afficiebat. Barones uero & aulicos eius Polonos, carceribus & morte omnes perdere machinabatur. In Polonia ergo & longe distãtibus regionibus, regem Wladislaum per fratrẽ in Lithuania captiuatũ detineri percrebruit. Quod recẽs factum usqȝ ad summũ Pontificem Martinũ quintum peruenit, qui litteras ad Suitrigal super emancipatione, & fratris dimissione misit. Poloni autẽ in arma consurrexerunt, & bella Suitrigelloni pararunt, nisi rex dimissus, in Poloniam rediisset. Dum hæc in Lithuania fierent, ad summouẽdum materiam litis, rex Wladislaus terrã Podoliæ cum castro Kamyeniecz Suitrigelloni restituit. Et misit Zaclikam, Tarlo de Sczekarzouice militem

Litterę papales.

militẽ de armis Topor, ad Michaelem Buczaczki, districte imperãs, ut castrum Kamyeniecz cum terra Podoliæ in manus ducis Michaelis Baba (Ruthenus hic erat) pro duce Suitrigal resignaret. Andreas autẽ de Tanczin, & Nicolaus Drzeuiczki, qui sigillum regium ferebat, litteras ad Buczaczki & consules Kamyenicen scripserunt, & in ceram includẽtes, puero Zaclicze dederunt. Adicientes mandata uerbalia, quatinus ne errarẽt, in cera lumen quærerent. Buczaczki itaqȝ litteris repertis & lectis, qȝ rex nihil ex arbitrio, sed captiuitate strictus, fecerit, tã Tarlonem q̃ ducem Babain uincula coniecit, nec castra resignauit. Ob hoc dux Suitrigal contra Podoliam processit, & rex Wladislaus cum toto exercitu Podoliæ, anno domini 1431 pro festo Margarethæ cõtra eum ad Luczko perrexit, & aliquæ cõgressiones ac interfectiones fuerunt. Castrum tamen Luczko non expugnatum fuit, sed concordia ad festum purificationis interposita, discessum fuit.

Bellum fraternum.

Sub eo tẽpore Alexander Voieuoda Valachiæ, qui homagialis regis putabatur, castra & terras Podoliæ uastauit. Sed illico Theodricus, Michael, & Musilo fratres de Buczacz cum Russiæ & Podoliæ terrigenis, ex Luczko pregem transmissi, exercitum Voieuode sparsum prostrauerunt, prædam eripuerunt, & fugientes persequuti sunt. Magister quoqȝ Prussiæ Paulus de Rusdorff cum Cõmendatoribus, rege Wladislao circa Luczko occupato, rupta pace circa lacum Melno cõclusa, insurrexit, & terras Cuyauiæ & Dobrzineñ post festum assumptionis Mariæ crudeliter uastauit, uigintiquattuor oppida, & uillas plusq̃ mille exurẽs. Liuoniæ tamẽ exercitus, Prutenicis in auxilium ueniens, totus per agrestes Polonos fuit contritus, quos Ioannes Iarogniewski, Barthossius Vissemburk, & Dobrogostius Colinski, milites feroces & strẽnui, duxere. Post cõflictũ, quattuor uexilla in signum rei bellicæ Graccouiam relata sunt, & aliis in Cathedrali ecclesia apposita. Anno autẽ domini 1432 circa purificationem Mariæ, Cometes exiguæ quãtitatis in septemtrionẽ caudam facis suæ porrigens, apparuit, ex quo, omnes duci Suitrigal mortem aut expulsionem iudicabãt. Nec eos fefellit opinio. Nam dux Sigismundus Starodubski rege Wladislao consentiente & ordinante, cum principibꝰ & Boyariis Lithuaniæ, Boleslaum Suitrigal de Lithuania expulit. Et quom prædictus Sigismundus in magnum ducem Lithuaniæ institueretur, denuo incorporatio Lithuaniæ ad Poloniam cũ iuramento ducis & Lithuanorũ introducta est. Eodem anno Noua Marchia per maiores Polonos, & p Bohemos quos Czapko ducebat, uastata est. Et quom in Pomeraniã descendissent, Graccouieñ aduenerunt, & cũ eis iuncti, Nicolao de Michalow Castellano Graccouieñ dirigente, totam Pomeraniã uastauerũt, intãtum, ut solum quattuordecim uillæ in tota Pomerania intactæ remanerẽt. Rex autem Wladislaus de Polonia non exiuerat, quia oculi eius præsenectute caligauerant, intantum ut corpus Christi tempore eleuationis non uideret. Ideo sacerdos ad eũ conuersus, corpus Christi oculis ut uideret approximabat. Et quũ esset idem rex Wladislaus in Przissow ãno dñi 1433 uenit ad eum in die sanctæ Heduigis nuncius Magistri Cristanni de Praga astronomi magni nominis, quidã sacerdos secta heresis Bohemicæ infectus, refe-

Alexãder Voieuoda Valachiæ.

paulus Ruszdordff magister Prussiæ.

Cometes.

Expulsio Switrigal.

Marchia uastata.

Pomerania quoqȝ vastata

Astronomus Pragen. Vladislao pgnosticans Cometes.

rens q̄ ipso ānō plures coniūctiōes planetaꝝ, & eclipsis sub terra fierēt, uarietates & mortes Principum significantes. Monuitq; ut & ipse domui suæ disponeret. Apparuit & tunc Cometes notabilis & lucidus, a uespera ad auroram rutilans, quasi tribus mensibus apparēs, singulorum presumptione regis Wladislai mortem portendens. Vnde prefatus rex minus præcauens frigus, feria sexta post sancti Adalberti, anno Christi 1434 audiendo cantū Philomenæ in siluas processit, & illic ad mediam noctē permansit, frigoreq; irrumpente lesus est, & uiribus destitui cœpit. Et quom in Grodek peruenisset, sabato in uigilia Penthecostes ad tabulam residens, presentibus Stephani Voieuode Moldauiæ nunciis, inter prādendum febribus correptus, quas decemseptem diebus patiens, sacramenta confessionis, eucharistiæ, & extremæ unctionis deuotissime percœpit, & testamento confecto, feria secunda q̄ fuit ultima Maii, hora noctis tercia, in dño obdormiuit. Feria sexta in die sāctorū Marci & Marcellini, quæ fuit decima octaua mensis Iunii, in sepulchro marmoreo dudum pro illo preparato, uersus dextrā partē in ecclesia Graccouieñ satis pompose sepultus. Additū est & Epitaphiū per Magistrū Gregorium de Szanok, qui exposť fuit Archiepiscopus Leopolieñ, æditum, huiuscemodi. Hāc tibi nimbiferam quondam pie sceptriger odam Gratior illibuit, pingitur ista tibi &c. quod longa serie in tabula appēsum legitur. Hic Iagello dum fuisset dux Lithuaniæ, pluribus incursionibus, subitis quidē & lupinis cū fratribus suis, quos .11. habuisse memoratur, finitimos & signāter regnum poloniæ affligebat. Miseratione tamen diuina illum respiciente, ad fidem conuersus Wladislaus in baptismo nominatus. Cōsortem nobilissimā Heduigim Lodouici regis Hūgariæ & Poloniæ filiam sortitus est. Qua mortua tres alias uidelicet Annā, Elizabeth, & Sophiā supduxit. Venator ab infātia sua, usq; ad diem mortis, uir staturæ mediocris, faciei oblonge, auribus grossis, uoce tubali & cita, oculis nigris & paruis, nunq̄ stabilibus, sed continue in suo orbe cursum quendam & uolubilitatem habentibus. Corporis nitidi & gracilis, ceruice longa, laboris, & frigoris, æstus, uentoꝝ, fumi pacientissimus. Tam incessu q̄ in uestibus humilis. Sabellinis, mardurinisq; contemptis, pellibus agnellinis utebatur. Commessationi longe intentus, sopore & quiete ut sæpe usq; ad meridiem uacans, in administrandis bellis remissus & tardus, omnem sollicitudinem in alios deferebat. Balneoꝝ fomentis alternatis diebus crebrius utebatur. Ad effundendū sanguinem humanū continētissime se gessit, ut etiā sæpe nocentissimis parceret. Clemētiæ in subditos, & uictos singularis, per singulas hebdomadas diem Veneris mira abstinentia in pane & aqua ieiunabat. Homo semper sobrius, nec uinum, nec ceram aliquando gustās, poma & odorē eoꝝ magna nausea execrabatur. In moribus grauis & singularis, in orationib⁹ & poplitū flectionibus prolixus in pretereundis ecclesiis multum deuotus, in promisso & concluso constans & fidelis. Tam sua q̄ Baronum decreta, abrogare aut uariare, nisi necessitate aut utilitate magna præueniente, passus nō est. Pauperum, orphanorum, & uiduarum causas, etsi per se expedire & audire nō poterat. Aliis tamē bonis uiris expediendas cōmitebat. Certarū superstitionū, quas eum asserunt

Vladislai mors alias Iagellonis.

Delibatio vitæ eius.

Corporis lineamenta.

ex bona

ex bona causa continuasse, & quas illum mater sua, ritu Græcorum fœmina asserebatur instruxisse, sectator, utsi prius sinistrum inopinate calceum accepisset, infaustum ei diem ominabatur, quasdam etiā gyrationes in uno pede uersando, anteq̄ de habitaculo progrederetur interdum faciebat. Sub eleuatione diuinissimi sacramenti, qcqd iuxta se inueniebat, puluerē, stramen, aut festucas, digitis cōminuebat, & proiciēdo, expuebat. Super quo, dum a Presulibus prouinciæ Polonicalis redargueretur, excandescēs in bilem prosiliit & non ominatione, incātationeue prout putabāt uti respondit. Verum stramen, aut alia minuta atterendo, & in puluerem redigendo, seipsum in cōspectu diuino puluerem, & abiectissimum estimatū iri, docebat. In reddēdo mutuo gratus & uerax, prodigus magis q̄ largus. Singula quæ habere poterat immo & regni sui āplissima dominia, militib⁹ suis erogabat, multoplura largiens, q̄ sibi reseruans, paruam in largiendo ad merita & conditionē hominū consideratione habendo. Vniuersitatis Graccouieñ & Psalteristarū in ecclesia Graccouieñ cum Heduigi regina. Item monasterium sanctæ Brigittæ in Lublin. Et sanctispiritus Premōstrateñ ordinis in Sandecz. Item sanctæ Mariæ in arena ante Graccouiam ordinis Carmelitarum. Itē ecclesiæ parrochialis corporis Christi in Kazimiria, in conditionē Canonicoꝝ regularium permutator, & fundator. Castroꝝ & ciuitatū suarū, aliorūq; edificiorū paꝝ diligens prouisor, ut pleraq; in dieb⁹ suis prolabi & ruinari permitteret. In Lithuaniam patriam suam, consanguineosq; & fratres adeo charitate affectioneq; proeliuus, ut regnum suum Poloniæ bellis periculisq; plurimis miscere nō horruerit, omnes thesauros & prouētus regios, aut pro defendenda Lithuania, aut pro locupletanda, effundens. Gentem aūt Lithuanicam & Samagitticam, opera sua ad fidem Catholicam conuertit, ut merito gentium illarum conuersor & apostolus appellari possit. Cordis erat simplicis, sed magnifici, intellectus tenuis, sed uafri. Ecclesiarum Vilneñ & Medniceñ seu Samagitieñ in Lithuania, Chelmeñ, Kiouieñ, in Russia, fundator & dotator. In uenerem, non permissam modo, sed etiā prohibitam procliuus. In religionem Catholicam piissimus, in pauperes munificus. Pro suis meritis, signanter pro fidei Orthodoxæ dilatatione, gaudiis cœlestibus ppetuo fruiturus.

Superstitiones eius a matre exortæ.

Pia opera eius

Ecclesiarū fundator.

CAPVT XLIX.

ANno domini 1387 dominica Ramispalmarū. Sigismundus Brādenburgeñ Marchio, in regē Hungariæ, in Alba regali per Dionisium Archiepiscopum Strigonieñ, in presentia Mariæ reginæ Hungariæ filiæ Lodouici cōiugis suæ, matre eius Elizabeth regina Hungariæ, p Ioannē Horwath Banū Croaciæ, aqs añ hoc suffocata coronatus est. Anno domini 1389 Conradus Czolner Magister Prussiæ obiit. Et pro eo Cōradus Vallerode suffectus est. Anno domini 1390 feria quinta post festum sancti Iacobi apostoli, rex Wladislaus cum sua consorte regina Heduigi, monasterium Slauorum ordinis sancti Benedicti ex Praga sumptorū, tituli sanctæ Crucis, extra muros Graccouieñ, in oppido Cleparz fūdauerunt, Chorumq; ecclesiæ cum sacrario perficiendo ut cernitur. Corpus ecclesiæ fundamenta solum iecerūt, quæ sub terra delitescunt. Et domum

Marchio Brādenburgeñ in Hūgarię regē coronatur.

Mors Conradi Czolner Cōradus Vallerode Magister Prussię.

Fūdatio ecclesię. s. Crucis in Klepardia.

C2 ligneam

ligneam cum horto pro monachis, dotemq; uiginti marcarum de theloneo Graccouieñ assignarunt, ut uoce sonora, tam horas Canonicas, q̄ missas in idiomate Slauonico celebrarent & explerēt. Heduigi autē regina defuncta, ulterior prouisio & fabrica sunt intermissa. Verum in diebus puericiæ meæ presbiter Slauus, missas idiomate Slauonico continuabat. Successit tādem sermo latinus, reiecto Slauonico, primum Nicolao Lithwos Archidiacono Lublineñ, deinde Alberto dispensatore regio, hanc ipsam ecclesiā concessione regum usurpantibus. Donec a rege Alexandro, Prelati & Prebēdarii sancti Floriani in Cleparz, per medium doctoris Ioannis de Osswanczim Canonici Graccouieñ, collationē prefatæ ecclesiæ pro se perpetuam obtinuerūt.

Fratrū Theutonicorum ex Bohemia expulsio.

Anno domini 1393 Venceslaus Romanorū & Bohemiæ rex de uniuerso regno Bohemiæ, fratres Theutonicos ordinis sanctæ Mariæ cum nigra cruce eiecit, eos inutiles fore asserens, bonaq;, castra, & ciuitates ipsis abstulit. Eodem anno Cōradus de Vallerod Magister Prussiæ mortuus est. Et Cōradus de Iunigen pro eo concorditer electus. Anno quo supra duodecima mensis Februarii, Elizabeth Romanorum imperatrix, Karoli imperatoris relicta, filia ducis Stolpeñ, & Sigismundi regis Hungariæ genitrix e uita excessit, in ecclesia Pragen sepulta. Anno prefato 1393 uigesima quarta Februarii, rex Wladislaus fundationē monasterii sancti Nicolai, ordinis sancti Pauli, extra muros Vieluneñ innouauit. Et uillam regiā Dersniki in terra Vieluneñ, decimasq; frumentorum in uillis Trumbaczow, Ianussowa, Szithi, Niuiszka Item duas urnas mellis in uilla regia Sokolniki eidē donauit. Idem rex Wladislaus & eodem anno die uigesimasecūda Februarii, erectionem monasterii Czanstochouieñ denuo fundauit. Et dotem incertā rescindens, quam illi Wladislaus dux Oppolieñ in braseis & decimis consignauerat, nouam dotationem cōtulit. Anno prelibato 1393 Castri Graccouieñ humilem murum & mœnia, in altum cocto muro rex Wladislaus erexit. Burgrabiisq; singulis castrensibus, ad salarium quinquaginta marcarum, per Kazimirū secundum consignatū, decem marcas ex Zuppis adiecit. Eo tamē pacto ut quilibet eorum, unum equum & sagittarium pro omni tempore Graccouiæ ad quamlibet necessitatem teneret, in defensionem oræ Graccouiē: Capitaneo aut Vicecapitaneo Graccouieñ, ad repellendum hostilia illum adiuturus.

Conradus de Iunigen magister Prussiç.

Innouatio Czanstochouieñ monasterij.

Anno domini 1395. Ecclesiæ & monasterii sanctæ Mariæ in arena extra muros Graccouieñ, Wladislaus rex & Heduigis regina Poloniæ, in honorē uisitationis Mariæ festi nouiter instituti, regio sumptu inicia fecerūt. Et eam cum cenobio ordini fratrum Carmelitarū, quem Albertus Patriarcha Hierosolimitanus, anno domini 1204 in monte Carmeli instituerat, consignauerūt. Eodē anno die Lunæ. 17. mensis Maii. Maria regina Hungariæ, consors regis Sigismundi, & germana Heduigis reginæ Poloniæ, Budæ mortua est. Anno quo supra nonagesimoquinto supra mille tricentos. Collegium psalteristarum in ecclesia Gracco: de sedecim presbiteris manualibus, ad cantandum psalmos Dauidicos, cessante cantu ordinario, Wladislaus rex Poloniæ cum Heduigi sua consorte instituit & fundauit. Cuilibet decemocto marcas ex Zuppis donatione perpetua largiendo. Collationē uero & omnimodam ipsorum

Monasterium in Arena fundatum

Marie reginę interitus.

Psalterij in arce fundatio.

dam ipsorum dispositionē Episcopo & Capitulo Cracouieñ concedendo & transfundendo. Anno domini 1397 die decima Decembris, Heduigis regina Poloniæ pro neophitis Lithuanoꝝ & fidei Orthodoxæ in terris Lithuaniæ plantatione, domum muratam in antiqua Praga coemit. Cuius posticus in fossam uersus nouam Pragam tendit. Et certis uillis pro notabili summa cō paratis, de speciali consensu Vēceslai regis Bohemiæ, censum perpetuū duc centarū sexagenarum latorū grossorum Pragēsium, pro prefatis Lithuanis instituit. Et Collegium reginæ uocatur, quod in hanc diem, sed inmanib⁹ hereticorū perseuerat. Quidam autē historiæ ignari, Elizaberh reginam Hungariæ tale Collegium posuisse putant, quod propter obliterationem euenit.

Sigismundus rex Hungariæ Graccouię hospes.

Sigismundus rex Hungariæ eodem anno nulla inuitatione uocatus, in Graccouiā uenit, & amplissima humanitate a Wladislao rege Poloniæ, & Heduigi regina exceptus, plures dies in leticia & splēdida abūdantia deduxit, hastiludiis publicis p Wladislaum institutis ipse interfuit. Donisq; regiis acceptis & consimili liberalitate remissis, Hungariā letus rediit. Anno dñi 1399 sacramētū diuinissimæ eucharistiæ in pratis ciuitatis Posnanieñ est repertū quod mulier quædam, die Veneris quindecima Augusti, in monasterio fratrum predicatorum, post procurationē ex ore sumens, iudeis uendere uoluit Ob cuius rei deuotionē Wladislaus rex poloniæ in eodē loco prati, ecclesiā corporis Christi iniciando, chorū de latere cocto in altum extruxit. Et cenobium fratrum Carmelitarū, apud prefatam ecclesiā fundauit. Dans eidem in dotem sustentationēq; molendinum regium. Corpus uero ecclesiæ expost de beneficiis christifidelium adiectum & completum est. Anno domini 1400 Petrus Viszh Episcopus Graccouieñ, ad petitionem magnifici Ioannis Palatini Sandomirieñ, in oppido eiusdem magnifici Ioannis Tarnow, ex ecclesia parrochiali beatissimæ Mariæ uirginis, Collegiatam erexit. De prouentibus ecclesiæ tres prelatos creando. Prepositum cui curam animarū & Vicariorū commisit. Custodem & Cantorē, Item duos Canonicatus & prebendas, quorū uni prouentus prebendæ in castro Tarnow. Alteri prouentus altaris sancti Bartholomei attribuēdo, erexit. Et collationē tam dignitatum, q̄ prebendarū, prefato Ioanni Tarnowski, Palatino Sandomirieñ, & posteritati suæ, sexus dumtaxat masculini reseruauit. Item quinq; Vicarios horas Canonicas cantaturos, per Prelatos & Canonicos soluendos instituit. Processu autē temporis sub pontificatu Alberti Iastrzembiecz, ad petitionē Ioānis de Tarnow Palatini Graccouieñ, filii predicti Ioannis palatini Sandomirieñ, alii duo Canonicatus prebendati in eadē Tarnouieñ ecclesia fuere instituti. Eodem anno in principio quadragesimæ Cometes apparuit. Et in æstate commisso conflictu Temerlanes Thartarorū imperator, uictum Pesaitē, seu Bayzetum imperatorem Thurcorū captiuauit. Hungari quoq; in sequenti āno scilicet 1401 Sigismūdum regē suū in die sancti Vitalis captiuauerūt

Ecclesia Collegiata in Tharnow fundata.

Thartarorum Imperator captus.

CAPVT L.

ANno domini 1401 Magister Liuoniæ Lithuaniam hostiliter ingressus, eam multipharie uastauit. Vitowdo, quia inferiorem se sensit, resistentiā non faciente, sed Liuonitis discedentibus, clam

Liuonia vasta ta.

eos insequutus, Liuoniã ferro & igne uastauit, oppidumq; mũnitũm Dwinæ cœpit & castrum expugnauit. Anno domini 1403 Coadunato exercitu Vitowdus, terram Smolnẽsem, quam decem ãnis bellis turbauit, & assidue uastauit, possedit. Castrumq; Smolenszko obsidione uallando, cum suorũ dispendio cœpit. Vaszilo autẽ dux Smolneñ, amisso ducatu suo, in Hungariam fugit, et annis pluribus in obsequiis Sigismundi regis Hungariæ uersatus, in cuiusdam castri conquisitione interiit. Eodem ãno Cometes inter oriẽtem & septemtrionem, in fine Marcii, & principio Aprilis in uespera apparuit, caudamq; in Septemtrionem porrexit. Anno quo supra tredecima Nouembris Albertus Iastrzembiecz, Episcopus Posnanieñ, collegium Marsionariorum, pro decantandis horis beatæ Mariæ, in ecclesia Posnanieñ fundauit. Conferens pro dote eidẽ aliquot altarium Posnanieñ ecclesiæ introitus. Item duas decimas mensæ Episcopalis, circa Kalisz & Odolanow, in uillis Glogowa, Bandeszino, Crapa, Sczuri, utrumq; Galanski, Iankow &c. Ordinans ut Vicarii Posnanieñ huiusmodi mansionarias habeãt, & tercia pars eorum horas, missas, & officia mãsionariorum expleãt. Anno domini 1404

Vasilo Smolneñ interiit.

Conuentus regum.

Conuentio inter Wladislaum Poloniæ, & Venceslaum Bohemiæ, reges, in Wratislauia pro festo sancti Iacobi celebrata, & fœdus perpetuum inter reges & regna sancitum, utq; pro qualibet necessitate, regi Bohemiæ quadraginta lanceis rex Poloniæ auxilium præstaret cõpromissum est. Anno domini 1406 die Mercurii quinta mensis Ianuarii, Ianussius dux Mazouiæ, & dominus Czirneñ, de consensu Alberti Iastrzembiecz Episcopi Posnanieñ in ecclesia parrochiali sancti Ioannis in Varszouia, Collegiatam ecclesiam fundauit, & tres prebendas de sacello sanctorũ Petri & Pauli castri Czirszko in illam trãstulit. Item de ecclesia parrochiali Tharczin fundauit preposituram, de ecclesia in Varka Custodiam, de ecclesia Varszouieñ Decanatum. Item septem alias prebendas Canonicales super uillis, censibus & decimis manipularibus fundauit, quas & quos, prefatus dux Ioãnes cuilibet deputauit prebendarum. Item quattuordecim Vicarios perpetuos, horas in eadem ecclesia Varszouieñ expleturos, fundauit. Anno domini 1407 feria tercia Paschæ, quæ erat uigesimaseptima dies Marcii. Concionante & predicante ad populum in ecclesia sanctæ Barbaræ Graccouiæ. Magistro Budek Canonico Vislicieñ & exponente, q; nocte precedenti iudei infantem christianum necauerunt, & abhominabilia in sanguine eius peregerũt. Item q; in sacerdotem ad egrotũ sacramentũ deferentem lapides iecerũt. Vniuersus populus quasi signo dato, in iudeos irruebat, & pluribus interfectis, spolia ex eis retulerũt. Clemẽs autẽ de Moskorzow, Castellanus Vislicieñ, & Capitaneus Graccouieñ, & Nicolaus Lithwos procurator generalis cum militibus armatis accurrentes, seditionem & spolia restrinxerunt. Factaq; tranquillitate, & militibus pro custodia iudeorum relictis, discesserunt. Maximo deinde omniũ consensu ex uniuersa ciuitate concursum, & spoliatio, direptioq; atq; strages iudeoꝝ, quã nemo inhibere poterat, ex integro instaurata est, & domus iudeorũ incensæ. Et dũ nemo restringeret, aliquot plateæ circũ Collegium artistarũ, ubi pro tunc iudei commorati sunt, sed & ædes sanctæ Annæ conflagrate

Graccouianus tumultus in scœlestes Iudeos.

næ conflagrate sunt. Collegium uero artistarũ, maximo conatu a studẽtibus uix defensum est. Aliqui autẽ iudeorum discrimẽ mortis euitaturi, in turrim supra ianuam sanctæ Annæ uicinam, se receperunt. Et quum usq; prope crepusculum uespertinum se defenderent, igne adhibito succensi, se ultro dederunt. Durauit autẽ huiuscemodi strages ab hora sexta diei usq; ad crepusculum, sub qua plures iudei fuerunt cœsi, nonnulli uero cum pueris baptisati. Anno quo supra duodecima Octobris. Iacobus de Cobilani, miles de domo Grzimalitarum, a Wladislao rege Poloniæ quasi stupri cum regina Anna reus captiuatus, cõpedib9 in castro Leopolieñ superiori inclusus est. Et Andreas Tanczinski de domo bipennium, similiter insimulatus in castro Graccouieñ, Nicola9 uero Chrzanstowski de domo Strzegomia eodem probro insimulatus, exulauit. Circa hæc tempora heresis Viclephistarum in regno Bohemiæ & urbe Pragensi inicium cœpit, per Ioannem Husz suscitata, in Anglia olim per Ioannem Vicleph seminata. Ioãnes siquidẽ Husz de prebẽda Prageñ per quosdã impetrãtes spoliatus, quũ esset ingenio acer & lingua facũdus, dialecticis & peregrinis q̃stionibus multũ oblectatus, adepta doctrina Viclephistaꝝ turbauit Magistros Theutonicos, qbus admodũ infestus erat cupiẽs eos studiũ Pragẽ relinq̃re, quod quũ nõ succederet. A Vẽceslao rege Bohemiæ impetratũ est, ut Theutonicis exclusis, gymnasiũ Pragen̄ p Bohemos regeret. Qua ignominia Magistri & scolares Theutonici cõmoti, Praga relicta, apud Lipsko ciuitatem Misznæ uniuersale studium erexerunt. Tunc Ioannes Husz scientia magnus, lingua promptus & potẽs propter uitam mundam & exemplarem, actusq; claros, ex predicatione apud scolares uulgusq; facile dilectus, heresis uirus plantauit. Venceslao rege dissimulante, & Sophia regina Bohemiæ de Bauaria eam nutriẽte. Aduenit tandem alia noua pestis. Petrus namq; Dresnensis in Pragam e patria Miszna pulsus uenit. Ex cuius suggestione Iacobellus etiã patria Misznen̄ populum publice cõmonere cœpit, ut cõmunionem calicis non negligerent. Cui heretici consensere, haud modica gestientes leticia, q; articulum inuenissent, in euangelica ueritate fundatum, per quẽ Romanæ sedis ignorantia & negligentia, ut putabãt, redargui possit. Vidẽs Sbinco alias Sbigneus Pragensis Archiepiscopus Venceslao rege inertia torpente, hereticos impune multiplicari, & in regno Bohemiæ debachari. Ad Sigismundũ regem Romanorum & Hungariæ se contulit, obsecrans, ut Pragam personaliter ueniret, & heresim fratris negligentia inductã extingueret, quo pollicẽte & differente, Sbinco apud Posonium in Hungaria expectans, mortuus est. Eiq; Albicus natione Bohemus, Sigismundo propter peritiam medicinæ charus, suffectus est, qui suæ auaritiæ consulens, fomentum surgentis heresis neglexit, quæ intantum processit, ut heretici spiritualium bona occuparent. Differente igitur Sigismũdo rege Hũgariæ aduentũ, Albicus sedẽ Archiepiscopalem refutauit. Et Cõrado de Vestphalia pro eo in Archiepiscopũ electo in præfatam heresim lapso, grex fere uniuersus, pastore errante, scandalisatus, in precipitium actus est. In aliam quoq; fœdam insaniam, quæ Picardorũ heresis appellatur Bohemia postea, circa ãnum domini 1420 incidit. Nã

Sectę Ioannis Husz origo & fomes.

Exordium ruinæ Pragensis uniuersitatis.

Petrus Dresnẽsis heresis multiplicator.

Archiepiscopi resistentia.

Ecce picardoꝝ insana origo.

Picardus quidam ex Gallia Belgica in Bohemiã penetrans, & plebem ſibi conciliãs, nudos utroſq; mares ſcilicet & fœminas incedere pſuaſit, Adamitaſq; uocauit. Se uero quãdoq; filium dei, quãdoq; Adam aſſeruit, nonnũq; Otecz id eſt patrem uocari iuſſit. Prodigia & miracula fecit, & præſtigiis q̃ buſdam plebem decepit, aueſq; & beſtias iuſſu ipſius obedientes, aduocatas cœpit, & cõnubia ſuis pmiſcua (allegãdo ſcripturã, Creſcite & multiplicamini) permiſit. Atq; cũ his inſulam Amne Liſzmicio cinctam incolens, uicinos agreſtes cœdib⁹ & ſpoliis laceſſiit. In quos Ziſzka, q̃uis ſceleratus & Huſſita hereticus, tamen ſcelus ſpurciſſimum abhorrens, exercitũ duxit, inſulaq; expugnata, Adamitas oñes gladio & igne deleuit. Duobus tñ reſeruatis, ex quibus ſuperſtitionẽ gentis cognoſceret, & hi dum mactarentur & incenderentur, ridentes cantanteſq; occiſionẽ & incendia pertulere. Fuit & alia in Bohemia hereticorũ factio Orebitarũ appellata, quæ territorium Gretenſe uicinaſq; fidelium gentes magnis affecit cladibus. Verum his temporibus binæ dumtaxat ſuperſunt in Bohemia ſectæ hereticæ, Huſſitarũ, & cõmunionis calicis, ſeu ſub utraq; ſpecie, pro una. Et fratrum ſeu Valdenſium pro altera computate.

Adamitæ.

Orebitæ.

Hereticorum ſectæ

CAPVT LI.

Interdictũ ob captiuitatẽ ducis Oppolienſ.

ANno autẽ domini 1411 die ſexta Decembris. Ioannes Cropidlo Epiſcopus Wladiſlauienſ & dux Oppolienſ in pretorio Wratiſlauienſ captus eſt. Ob quod Venceſlaus Epiſcopus Wratiſlauienſ, ciuitatem Wratiſlauienſ interdicto eccleſiaſtico ſubiecit. Anno prætato 1411 Ioannes papa 23. ad inſtantiam Wladiſlai regis poloniæ ex Halicz in Leopolim metropoliticam dignitatem tranſtulit. Anno domini 1412 Arneſtus dux Auſtriæ Graccouiam ueniens, in coniugem Cimbarcam filiã Semouiti ducis Mazouiæ, neptem regis Wladiſlai, ex ſorore germana, accepit, de qua Fridericus tercius Imperator Romanorum natus eſt, qui pluribus annis imperauit. Eodem ãno Petrus Viſzh Epiſcopus Graccouienſ, allegante aduerſam eius ualetudinem, Alberto Iaſtrzembiecz per potentiã regis Wladiſlai, obtinẽte conſenſum Ioannis papæ uigeſimi tercii, in Epiſcopũ Poſnaniẽ: tranſlatus eſt, & econtra Albertus Iaſtrzembiecz Epiſcopus Poſnanienſ, in Epiſcopum Graccouienſ oblatus eſt. Et depoſt cito Petrus Viſzh in Czanſzim predio epiſcopatus Poſnanienſ mortuus eſt. Anno domini 1413 Henricus de Plawen Magiſter Pruſſiæ per Cõmendatores captus, depoſitus, & incarceratus eſt. Et pro eo Michael Kochmeiſter, nouæ Marchiæ Aduocatus, ſurrogatus. Anno domini 1415 Alexãder Moldauiæ Voieuoda, cum ſua conſorte, & militum multitudine, ad regẽ Wladiſlaum pro feſto Penthecoſtes in Sniathin uenit. Et cum omnibus ſuis Boyariis terræ Valachiæ ſolenne fidelitatis homagium regi in maieſtate ſedenti, præſtitit. Sub eodem tpe, nunciꝰ Patriarchæ & Imperatoris Græcorũ, cũ litteris & bullis blũbeis ad regem uenerant, petentes, ut eis a Thurcis multipharie laceſſitis & oppreſſis, frumenti tantummõ largitione ſubuenire dignaretur. Rex autẽ petitam quãtitatem fruméti in portu ſuo regio Kaczubrzeow recipiẽdam conſignauit. Anno quo ſupra, feria ſexta poſt corporis Chriſti, hora terciarum

Petrus Viſzh Epiſcopꝰ mortuus.

Michael koch meiſter Magiſter Pruſſiç.

Valachorum homagium

Imperatoris Grecorum & Patriarchæ legatio.

ra terciarũm, adeo notabilis eclipſis ſolis fuit, ut alites ſubita caligine deterritæ, in terram deciderent. Et ſydera non ſecus q̃ nocte collucerent. Eodem anno Ioannes Huſz, in Concilio Conſtancienſ, ut hereticus dãnatus, a brachio ſæculari igne crematus eſt, & cineres ſui in lacum, qui Cõſtantiam preterfluit, proiecti ſunt. Tanta tamen caligo Bohemorum animos obduxit, ut ſuum Natalẽ, ſexta die Iulii, perinde atq; ſancti ac martyris ueneranda celebritate in hanc diem colunt. Anno domini 1416 feria quarta proxima poſt feſtũ ſanctæ Katharinæ, Ioãnes Rathiboriẽſ & Oppauienſ dux, in eccleſia. ſ. Mariæ in Rathibor, de conſenſu Venceſlai Epiſcopi Wratiſlauienſ, eccleſiam Collegiatam fundauit, de duobus Prelatis uidelicet Prepoſito & Decano, & de duodecim Canonicis totidemq; uicariis. Eodem anno Nicolaus Archiepiſcopus Gneznenſ, a Concilio Conſtantienſ Primatem ſe Polonicæ eccleſiæ declarari per ſpeciale priuilegium obtinuit. Ab eoq; tẽpore ipſe & ſui ſucceſſores Archiepiſcopum & primatem eccleſiæ Gneznenſ ſeſe inſcribunt. Anno dñi 1418. Dux magnus Lithuaniæ Vitowdus, ſuſpitione ductꝰ, ducẽ Boleſlaũ Switrigal captiuauit & in caſtro Crzemyenyecz detinuit. Suitrigal aũt cõſpiratione cum Ruthenis facta, in nocte Paraſcheue dñi ſolutus, Cõrado polono caſtri Prefecto obtruncato, ad Sigiſmũdum Romanorũ & Hungariæ regem fugit. Poſtea interuẽtu Wladiſlai regis poloniæ germani ſui, per Vitowdum admiſſus & ſuſceptus, Branſk, & Nouogrodek, Szeuiorſki in poſſeſſionẽ uſq; ad obitum ducis Vitowdi tenuit. Sub eodem anno, mortuo Zoldan Zeledin Thartarorum imperatore, qui Wladiſlaum regem poloniæ & Vitowdum magnum ducem Lithuaniæ in Prutenicis expeditionibus iuuerat, Keremberden filius eius in paternum ſolium euectus, Alexãdro Vitowdo hoſtilia intentauit. Contra quem Vitowdus alium principem Thartarorum Bethſubulan, quẽ moderni Thartari Tachtamiſz Czar appellant in imperatorẽ a pud Vilnã Trabea, de purpura aurea ueſtitũ creauit & conſtituit, & gentes ſuas Thartaricas gentibus illius adiungens. Ad dimicandũ contra Keremberden tranſmiſit, qui in pugna atroci a Keremberden uictus, capite truncatus eſt. Non poſt multos dies & ipſe Keremberden a germano ſuo Ieremferden occiſus. Is autẽ ducem Vitowdum non ſecus q̃ ſuus genitor coluit. Et fere ſingulas expeditiones cum Alexandro Vitowdo obibat. Anno domini 1419 Venceſlaus rex Bohemiæ, paraliſi correptus, aſſidue decẽocto diebus fratrem & principes in auxilium uocans, die Mercurii ſedecima menſis Auguſti, quom annis quinquagintaquinq; regnaſſet, e uita exceſſit, nocte tumulatus, omni pompa funebrali omiſſa, ꝓpter Viclephiſtarũ metũ. Ioannes Ziſzka bellis exercitatus, Huſſitarũq; ueneno infectus, coadunatis ſibi quadraginta milibus pugnatorum hereticorũ, arcem Viſſegradenſ inuaſit, Piſznamq; ciuitatem Bohemiæ oppugnauit. A qua repulſus, locũ tutum & munitum non habens, ad Liſzmicium amnem ſub hoc tempore cõſedit & ciuitatem conſtruxit. Imperando ſuis, ut quiſq; prout tẽtoria fixerat domos ſibi edificaret, nomenq; ciuitati Thabor impoſuit. Cuius maiorẽ partem fluuius Luſzmicius abluit, reliquum torrens non modicus ambit. Anno domini 1420 Sigiſmundus Romanorũ & Hungariæ rex, cum forti exercitu de Wratiſlauia

Inſignis Eclipſis ſolis.

Iohãnis Huſz combuſtio.

Gneznenſ primas.

Switrigal captus.

Mutuus cõflictus principũ Thartarorum.

Vẽceſlai regis Bohemiç interitus.

ziſka Vyſſegrad Caſtrum occupat.

Tabor ciuitas erigitur.

de Wratislauia circa festum Ioānis baptistæ egressus, Prāgām obsedit. Prā
Praga absq; periculo obsessa. gensibus portas die noctuq; non claudentibus, sed continuis ac secundis eru
ptionib9 obsidētes molestātibus. Quod uidēs rex Sigismūdus, dimissa Pra
ga, in castrum sancti Venceslai se recepit, & coronationem atq; inunctionem
in regem Bohemiæ, dominica in die sancti Iacobi a Conrado Vestphalo Pra
geñ Archiepiscopo percepit. Obsidioneq;, quam sex hebdomadis cōtinua
uit, soluta, & corona materiali regni Bohemiæ, lancea dñi, & clauo, aliisq;
Relliquiæ ex Bohemia Hūgariam delatę relliquiis & thesauris receptis, in Hungariam nulla memorabili re in rebel
les Bohemos peracta, migrauit. Anno domini 1422 Nicola9 Gneznen Ar
chiepiscopus, Māsionariā Gneznæ pro decem personis, ad explendum offi
Mansionaria Gneznen institu ta. ciū de assumptione beatæ Mariæ uirginis, instituit. Decimas suæ mensæ ꝓ
dote in uillis Czeslauicze, Borowo, Zorawa, Lippini, Luthowo, Visznie
wa, & Maldratas in Mirczew assignando. Iste Nicolaus Archiepiscopus ec
clesiam Collegiatā sanctæ Mariæ in Rudā, in ecclesiam sancti Michaelis in
Vielun transtulit. Anno domini 1423 domū & ordinem Carthusiensium in
Cartusiani a pud Legnicz a Lodouico fundati. nemore prope Legniczā, Lodouicus Bregeñ & Legniceñ dux in die sanctorum Felicis & Adaucti fundauit.

CAPVT LII.

Clauus domini Graccouiā donatus. Anno domini 1425 penultima mensis Iunii. Clauus unus crucifixionis domini nostri Iesu, Wladislao regi, & Sophiæ reginæ, per Latinum Cardinalem de Vrsinis, Episcopum Hostien̄ missus est. Omnium processionū urbis Graccouien̄ debito honore exceptus, & ecclesiæ Graccouien̄ perpetuo donatus. Item eodem anno pe
stis in Polonia uiguit. Anno domini 1428. Electores imperii cum magno ex
Electores imperii Bohemi am ingressi. ercitu Hērico Cardinali Angliæ, Episcopo Vinthonien̄ cum mille Anglico
rum arcubus illis auxilium psonale ferente, in Bohemiā intrauerunt. Erat ex
ercitus ingens ualde, ad euertendum Bohemiā satis uirium habere creditus
Contra quem Procopius Bohemus, & Biedrzich sortis obscuræ & ignotæ
Bohemorū resistentia. præsbiter, Orobitarum ductor, collecto exercitu, processerūt. Ad quorum
aspectum dumtaxat aduenientium, omnis ille Almanoꝝ & Anglicorum nu
merosus exercitus, fugam ꝓ prelio circa Taczow iniit, castra omni opulen
tia referta predanda hosti relinquēs. Veniebāt & Slesiæ principes electorī
bus in subsidium. Cognitāq; Almanorū fuga, quisq; sibi consulens, præcipi
ti festinatione domum reuertebatur. Verum Bohemi pulsis Almanis & An
Slesia a Bohe mis vastata. glicis, Slesiam ingressi, ipsam crudeli cœde & incendio, nemine resistente, de
populati sunt, & ciuitates uastauerunt, Glogouiā maiorem, Czygenhalsz,
Veydnā, Falkenberk, Paczkow, Camyencz, Henrichow, Opol, Bregam,
Frankenstein, Kanthi, Nouūforum, Heynow, & suburbia Wratislauiæ, mo
nasteria diruendo. Anno quo supra. Sigismundus Hungariæ & Romanorū
Castrum Golubiecz inuasum. rex, castrum Golubiecz expugnabat. Venienteq; imperatore Thurcorum
Omarath, alias Calapino, Sigismundus obsidione soluta, in Transsiluaniā
superato Danubio trāsiit, minorē partem sui exercitus, propter paucitatem
nauium deserēs. Inter quos Zauissza niger de Garbow, Capitaneus Scepu
sien̄ erat. Cui, quom rex Sigismūdus scapham misisset, eam rennuit, nolens
deserere

deserere suos comites, & obuiam Thurcis processit. Illicoq; a Thurcis circū
Zauissza niger captus. fusus comprehensus est. Et galea deposita, imperatori Thurcorū præsentan
dus ducebatur. Duobusq; Thurcis super eo contendētibus, inter ducendum
Mortuusq caput eius amputatū est. Huius Epitaphium Adam Swinka nobilis de do
mo Porcariorū, notarius regius & Canonicus Graccouien̄ dictauit, quod in
ecclesia sancti Francisci Gracco: & alibi appensum cernitur hoc. Arma tua
fulgent sed non hic ossa quiescunt. Diuæ memoriæ miles o Zauissza niger.
Eodem anno circa festum natiuitatis Mariæ, Semouitus, Kazimirus, & Bo
Duces Mazouiæ homagiū prębent. leslaus duces Mazouiæ, cum omnib9 suis Vasallis, fidelitatis homagium re
gi Wladislao in ornamentis regiis, in thalamo castri Sandomirien̄ iuxta tur
rim sedenti, præstiterunt. Anno domini 1430 Wladislaus rex Poloniæ rela
xauit & abrogauit stationes in regno Poloniæ quomodocūq; introductas, p
priuilegium de data in Iedlna quod incipit. Wladislaus dei gratia rex Polo
niæ. Necnon terrarum Graccouiæ Sādomiriæ &c. significamus tenore pre
sentium quibus expedit uniuersis. Quomodo libramine ueræ rationis pen
sañ. Intemeratæ fidei & insuperabilis uirtutis constantiā &c. Anno domini
1431 Iuliano Cardinali tituli sancti angeli de latere precedēte, Electores im
perii in multitudine magna tam equestrium q̄ pedestrium, exercitu ualido
congesto, Bohemiam ingressi sūt. Bohemi etiam exercitum eorum tenuem
Sigismūdo Koributh, & Procopio sacerdote ducentibus, contra eos proces
serunt. Vixq; uiginti milibus stadiorum aberant, quādo ingens pauor, cuius
causa non suberat, Almanorū animos adeo concussit, ut ex denūciatione ad
uenientium hostiū, Primū Marchione Brandenburgen̄ fugiente, omnes ter
rore concussi, in fugam uersi sunt. Castris, curribus omni genere diuiciarū &
epularum plenis relictis, & per Bohemos captis. Capta fuit & crux legati
onis, ac uestes Cardinalis, & ludibrio a Bohemis habitæ sunt. Eodem āno
sabbato in die conceptionis Mariæ, Hedwigis uirgo filia regis Wladislai ex
Anna regina, Kazimiri regis nepte progenita, Friderico Marchioni Brāden
burgen̄ despōsata, mortua est. In sepulchro matris suæ reginæ Annæ sepul
Hedwigis filia mortua. ta. Causam mortis suæ nonnulli reginæ Sophiæ nouercæ suæ assignabant,
quasi eam ueneno e uita sustulisset. Anno domini 1432 Baldwin9 de Noris
Legatus a rege Cipri. regni Cipri Marsalcus, cum ducentis equitibus, ac duobus filiis suis adoles
cētibus, & Petro de Bnin a Iano rege Cipri, Hierusalē, & Armeniæ, missus
ad regem Wladislaum in Visliczam uenit. Petebat, ut rex Wladislaus Ia
no regi Cipri ducenta aureorum milia mutuaret, ad excutiendum tributum
quod Zoldano pendebat, quinquaginta milia florenorum in anno. Postula
batq; ut filiā suam Hedwigim, quam uiuere estimabat, filio Iani regis Cipri
unico in coniugem desponsaret. Horum occasio Petrus de Bnin miles, natio
ne Polonus, celebris & factiuus fuit, qui in Cipro incolatum suū figens, talia
regi Cipri persuaserat. Eodem anno, duodecim signa seu uexilla, deuicto du
ce Fetkone, per regium exercitū aliis in castro Graccouien̄ addita sunt. An
no domini 1433 in æstate, Alexander Voieuoda Moldauiæ morte absum
Alexander Moldauiæ Pa latin9 mortu9 ptus est, duos filios e diuersis matribus genitos, Heliam & Stephanum ali
as Steczkonem relinquens. Helias maior natu per patrem dum uiueret ad
Voieuodatum

Voieuodatum & dominium Valachiæ designatus & sublimatūs, Steczkonem fratrem erecit, & matrem ipsius aquis suffocauit. Steczko uero faciem fratris fugiens, quom montanos sibi conciliaret, & a Cæsare Thurcorū subsidium obtineret, Heliam expulit, qui in Poloniā ueniens. Primum possessionibus dotatus, expost de fuga quam inierat per nobilem Cola reportatus, in custodiam castri Siradien in fauorem Stephani fratris eius est traditus. Anno prefato ad fastigium imperiale Sigismūdus Hungariæ & Bohemiæ rex per Eugenium papam quartū fuit coronatus. Et e Roma ueniens conciliū Basilien, ne Eugenium papam quartū deponeret, impediebat. In Bohemia Thaborithe & orphani a nobilitate fusi sunt, maxima strage utrimq; ædita. Procopius ubi suos ex ordinibus dilapsos, in fugā spectare uidisset, hostilem impetum aliquāto sustinuit. Sed multitudine equitatus circumuentus, telo iaculatus transfossus est. Procopius minor in eodem globo pugnans occisus est. Ioānes Czapko Thaboritarū ductor in Coloniam fugit, Halisz & Menhardus publico edicto iusserunt, ut omnes heretici qui stipendia mereri uellent, in horrea proxima agrestibus exclusis, se reciperēt. Intrauerantq; Thaboritarum & orphanorū pleraq; milia, & illico clausis horreis, & igne adhibito uniuersum illud nephariorum hominum & cœdibus madētium agmen conflagratione interiit.

Sigismūdi coronatio.

Procopij interitus.

CAPVT LIII.

Wladislaus.

Vladislai Iagellonis filij coronatio.

ANno quo Wladislaus Iagello euicta excessit 1434. Indicta est dies coronationis alterius Wladislai filii ei⁹ natu maioris, ad festū sancti Iacobi apostoli. Et grandis multitudo Prelatorū, Principum, Baronum, & Cōmunitatum in Graccouiā aduenit. Dux autē magnus Lithuaniæ Sigismundus quom esset ualetudinarius, nuncios cum plena autoritate nomine suo & Lithuaniæ misit. Idem Voieuoda Moldauiæ Stephan⁹, ducesq; Mazouiæ Semouitus, Kazimirus, & Boleslaus fecerunt. Spithko autē de Melstein, Abrahā de Sbanszin Iudex Posnanien, & Ioannes Straſz de Koscielniki, difficultatem iniitiendo, mouerunt quæstionē. An liceret puer⁹ in regem coronari. Et consiliarii rationabiliter coronandum respondērūt, deducentes & confirmantes hoc ex libro decretorum regis Kazimiri, ecclesiæ Graccouien

Graccouien dōnato. Sicq; tractando, usq; post meridiem tempus protraxerunt. Et post meridiem missa incepta, Albertus Iastrzembiecz Archiepiscopus Gnezneñ, Wladislaum primogenitū (quom omnibus lineamentis corporis ad figuram patris accederet) in regem unxit & coronauit. Anno aūt sequenti cōuentione in Siradia facta, ut Stephanus Palatinus Moldauiæ in fide & obedientia contineretur conclusum est. Nullatenus Heliam dimittendum, uerum conuentione soluta, Helias ex castro Siradiensi, quod per Petr⁹ Zaffraniecz palatinum Graccouiē: tenebatur, clandestine, ut ferunt, euasit & in Valachiam diuertens, beliis & cœdibus eam impleuit. Donec anno domini 1436 rege Wladislao instāte, diuisio terræ Valachiæ inter fratres Heliam & Stephanum facta est. Et Helias partem Valachiæ cum Szoczawa & theloneis, Stephanus uero alteram cū Albo castro & portu maris possedit. Venitq; Helias in festo sancti Michaelis in Leopolim, & homagium regi Wladislao præstitit, obligās se ducentos currus de piscibus Husonum, quadringentos boues pro coquina regis, & quadringētas purpuras, centūq; equos singulis annis pro tributo soluturum. Rex uero Wladislaus castrum Halicz eidē in possessionem, ut illic thesauros suos reconderet, consignauit. Tādem Sigismundo Imperatore ex Prāga egresso, & in Znoima ānō domini 1437, die septima Decēbris mortuo, & in Varadino sepulto. Bohemi inter eligendum bifarie diuisi, quidam Albertum Hūgariæ regē. Alii uero Kazimiq; germanum Wladislai regis Poloniæ tredecim annos natum sibi in regē elegerunt, & per notabiles nuncios suis electis, electionem intimarunt, instantissime rogitantes ut acceptarent, & cum subsidio exercituali aduenirent. Rex ergo Albertus rectiori qua potuit uia properauit. Et Pragam (illa em̄ partes suas sequebatur) sabato āte Iacobi apostoli ingressus. In crastino die dominico per Philibertum Episcopum Constātien, qui legationis officio nomine concilii Basilien in Bohemia fungebatur, coronatus est. Bini uero Palatini Poloniæ, Sandiuogius de Ostrorog Posnanien, & Ioannes de Tanczin Sandomirien, cum exercitu notabili per regem Wladislaum ad prosequendum electionem germani sui missi. Bohemiam quotidie affligebāt, & rebelles ad obedientiam Kazimiri coartabāt. Rex ergo Albertus electoribus ac principibus Almaniæ & Hungariæ inuitatis & conuenientibus cum triginta milibus armatorum, ad exercitum Polonorum ex quattuordecim milibus conflatū, circa Thabor (Thaborithæ em̄ Kazimirū sequebantur) peruenit Et utriq; curribus & fossatis muniti, non longe distātes stabant, & particularia certamina quotidie intentabant. Ciuitas tamen Thabor, a dorso castris Polonorum iuncta, magno erat adiumento. Quomq; utriq; exercitui annona defecisset, Poloni in ciuitatem Thabor se receperunt. Albertus uero exercitu dimisso, Pragam descendit. Wladislaus autē rex Poloniæ, litteris suorū Palatinorum de fortitudine regis Alberti certificatus, cum exercitu per Sleſiam processit. Et quom prope Opauiā esset, uenit ad eum Ioannes de Thāczin Palatinus cum pluribus Polonis & Bohemis. Nuncians exercitus abiuicem discessisse, quare ad regnum Poloniæ per Rathibor, Sleſiam igne & spoliis uastando, diuertit & redit. Anno autē sequenti scilicet 1439 dieta generali pro

Territorij Valachi; diuisum

Heliæ homagium.

Sigismundus Impator mortuus.

Electio regis Bohemiq.

Alberti coronatio.

Vladislai exercitus.

Bohemorū pugna circa Thabor.

nerali pro pace inter Albertū Romanorū, & Wladislaum Poloniæ, eiusq; germanum Kazimirum, reges, pro die Epiphaniæ in ciuitate Wratislauiæ constituta. Eugenius papa quartus Ioannem Episcopum Segineñ, Conciliū uero Basilieñ Alfonsum Episcopum Burgeñ de regno Hispaniæ transmiserunt. Vbi quom opera legatorum pax perpetua firmari non potuit, fœdus in aliquot annos confectū fuit. Sub eodem āno Imperator Thurcorū Amurates, castrū Smiderow in Rascia, supra Danubium uigintiquinq; turribus munitum obsidebat. Ad quem repellendum Albertus Romanorū & Hungariæ rex, precibus & lachrymis Stephani Rasciæ dispoti uictus, cum exercitu processit. Auditaq; castri fortissimi per pacta receptione, domum redibat, & peponibus nimium delectatus, dissinteriā cōtraxit. Ex qua in uigilia Simonis & Iudæ e uita decessit, in Alba regali sepultus. Prelati ergo & Barones regni Hungariæ, quom Elizabeth regina eorum estimante se filiā parituram. Ad Wladislaum regem Poloniæ, legatos Ioannem Segniceñ Episcopum, Mathkonē de Taloncz Slauoniæ & Dalmaciæ Banum, Emericū de Machaly magistrū Curiæ, Ioannem de Peren maiorem, & Ladislaum de Paloncz, miserunt, quibus anno domini 1440 in die septuagesimæ Graccouiam uenientibus. Kazimirus germanus Wladislai regis cum pluribus Prelatis & Baronibus in obuium exiuit. Hi in dominica Reminiscere in ecclesia Graccouieñ missa solenniter celebrata, regem Wladislaum in regem Hungariæ secundum electionem de eo factā postularunt, qua acceptata, Te deū laudamus decantarunt. Omnibusq; preparatis, de Sandecz feria quinta ante Adalberti in Hungariā exiuit, & sabbato in uigilia Trinitatis, superato in nauibus Danubio, Budam per portam, quæ ducit ad Eczelburk, intrauit. Elizabeth aūt regina Hungariæ, quū filiū Ladislaum peperisset, infantulum die dominico Penthecostes in Alba Regali, per Dionisium Cardinalem Archiepiscopū Strigonieñ, in presentia Mathiæ Vesperimeñ, & Benedicti Iauriеñ Episcoporū. Vlrici Comitis Ciliæ, Stephani de Rosgon &c. coronari procurauit. Moxq; infantem Ladislaum, cū corona regni Hūgariæ clandestine ablata, in Austriam deducendo, Friderico tercio regi Romanorū, tanq; consanguineo nutriendum & conseruandū tradidit. Baronibus uero Hungariæ ad regem Wladislaum in Budam confluentibus. Aduenerunt etiam sub treuga pacis Dionisius Strigonieñ Cardinalis & Archiepiscop⁹ cum Ladislao de Gara Bano Machouieñ, qui in castro Budeñ cōclusi, nec dimissi sunt Donec prefatus Ladislaus de Gara, castrum Vissegrādeñ & coronam regni Hūgariæ, quæ suæ custodiæ deputata habebatur, regi Wladislao restitueret, quo, quom pergeret, obligatus cū aliis, coronam nō repperit, quoniam per reginam occulte fuit sublata. Alia itaq; corona relliquiarum capitis sancti Stephani regis Hūgariæ olim preparata, Wladislaum die dominico sancti Alexii in regem Hungariæ in Alba regali coronarunt, & fomes multorum bellorum inter regem Wladislaum ac reginam Elizabeth & sequaces eorum concitabatur.

Castrum Smiderow obsessū

Albertī mors.

Kazimirus in Hungariæ regem postulat⁹

Elizabeth filius infans coronatus

Cum corona Austriā duct⁹

CAPVT LIIII.

DIscedente rege Wladislao de Polonia, Kazimirū germanū eius de Graccouia

de Graccouia feria. 6. añ Penthecostes exeuntes, duces Mazouiæ Kazimir⁹ & Boleslaus, Ioannes de Czizow Castellanus & Capitaneus Graccouieñ, Dobeslaus de Oleszнicza Palatinus Sandomirieñ, & cæteri milites electi, habentes in comitatu plusq; duo milia lancearum, in Vilnam Lithuaniæ deduxerunt. Et quom Lithuani Kazimirum in magnum ducem Lithuaniæ (iā eñ Sigismundus magnus dux Lithuaniæ, per ducem Iwan Czartorziczki Ruthenum genere interfectus occubuerat) postularēt, Poloni tanq; rei incō missæ, & eis per regē Wladislaum prohibitæ non adquiescebant. Mane autem Lithuani sumentes Kazimirum, Polonis interim dormitantibus, in magnum ducem Lithuaniæ eum sublimauerūt, & uoce sonora publicantes, Te deum laudamus cum pulsu campanarū decantauerunt. Lithuanisq;, ut linguam & mores eorum disceret adiunxerunt. Sed redeamus unde digressi sumus ad Hungaros. Exercitus Hungarorum & Polonorū Vlricum Comitē Ciliæ, omnium seditionū & bellorum seminatorē in castro Iaurino obsedit, qui clam de castro fugiens, ad Elizabeth reginam Posonium uersus properabat, sed eum milites regis Wladislai insequentes, in siluis densissimis latitantem in die Geruasii & Prothasii comprehenderūt, & captiuū in Budam deduxerūt. Ladislaum etiam de Gara, cum ipsius sodalibus bellum regi Wladislao intentantibus, conflixerunt & confregerunt. Nicolaus Fristaczki alias de Vlak, & Ioānes de Huniad, ubi Andream Bothos hominem seuerum & Erricum filium Palatini Thamasii occiderunt, & castra hostium circa oppidum Batta diripuerunt. Ob hoc utrumq;, tā Nicolaū de Vlak, q̄ Ioannem de Huniad Palatinum Transsiluanieñ rex Wladislaus creauit. Insuper Ioannem Huniad propter dexteritatem, animositatēq; ipsius, contra Thurcas Capitaneum ordinauit. Et castra omnia in confinib⁹ Thurcorum sibi in possessionē & administrationē assignauit. Regina uero Elizabeth, Ioannem Iskra Bohemum de Brandis, in Kassouia, Bartpha, Cremnicia, Leutscha, in castro ueteris Zolii, & fere in tota altiori parte Hungariæ in Capitaneū præfecit. Qui stipēdiariis accersitis, fideles & regi Wladislao obediētes ab ipso auertebat. Ciuitatē Aperiasz abstraxit, castrū Szarisz fraude intercepit, & castra Kyszik fūditus euertit, deinde oppidū Kesmark suo polonis occupauit. Nicolaum Czaika de Iauor, & Petrum Komorowski in Podolino possessores, qui scalis appositis, oppidum Aperiasz ascenderāt, spoliarant, & incenderant, ac regrediebātur, cum suo exercitu celeriter consequutos, captiuauit. Alios uero cum preda dilapsos perturbauit, & castra eorum obsedit, quorum unum postea expulueribus pixidarum conflagratū est. Alterū uero Brzosowicza traditum est. Telephus insuper ciuitatem Agriensem regi Wladislao parentem inuadens prædatus est, & Polonos ac hungaros captiuauit. Sed Poloni & hungari collecti, Telephum persequentes prostrauerunt, gentesq; eius occiderunt, ipsummet uero cū aliquot Bohemis & Australibus, Simoni Episcopo Agrieñ tradiderunt. At Wladislaus hungariæ & Poloniæ rex, castra & ciuitates quæ Australes in confiniis hungariæ occupauerant, expugnauit & conquisiuit. Iulianus de Cæsarinis Cardinalis sancti angeli, ad cōponendum præfata mala, ab Eugenio papa quarto in hun-

Vladislaus in Lithuaniā cōductus.

kazimirus clā destine sublimatur.

Vlricus Comes vallatus in castro Iaurino.

Vlricus captꝰ

Ioannes Iskra Capitaneus creatus.

Molitio Ioannis Iszkrę.

Iulianꝰ de Cæsarinis Cardinalis.

gariam missus. Pluribus uicibus de Buda in Iaurinum & econtra discurrens & conditiones unionis cõportans, pacem inter regẽ Wladislaum & reginã Elizabeth cõposuit, quam subitus mœror consequutus est. Elizabeth em regina dolore matricis & dissinteria tercia die extincta, in alba regali, in sepulchro Alberti mariti sui tumulata est. Tunc rex Wladislaus, castra, ciuitates thelonea, in polonia obligans & arendans, singulis quæ cõtra Thurcas necessaria uidebantur cõparatis. Anno domini 1443 in die Mariæ Magdalenæ, cum magna militũ caterua, cum Iuliano Cardinali legato, & cruce signatis e Buda egressus. Ad Albam Nandor contendit, & circa Salsum lapidem Danubio superato, terras hostium ingressus, oppidum Sophia expugnans, conquisiuit. Sic & alia castra, ciuitatesq; in Rascia per Thurcas occupata, comprehendit. Et quom ab exploratoribus thurcorũ exercitum in propinquo fore didicisset, plura milia pugnatorũ cum Ioanne Huniad misit, qui ex improuiso eos inuasit & prostrauit. Ex eoq; prelio quattuor milia captiuorum, & signa militaria nouem comprehensa reduxit. Pertransierat rex Wladislaus totam Romaniã, ad Macedoniãq; peruenerat, quom Thurcorũ Cæsar magnum exercitum cum affine suo Palatino Nathuliæ trãsmisit. Vt alpes & strictissimos meatus Romaniã & Macedoniam disterminãtes, tuereture, & regem Wladislaum, ne montes transiret, prohiberet. Verũ Bassa cernens Thurcas superiores & plures fore, exercitum regiũ aliquotiens inuasit sed adeo magna clade fusus est, ut & ipse Palatinꝰ Nathuliæ dux exercitus aliiq; Thurci principales caperẽtur. Reliqui uero ad mõtes fugierunt, quos rex Wladislaus usq; ad radices montiũ insequens, in uigilia natiuitatis Christi, tota die a mane usq; ad uesperã, durum sibi & suo exercitui a densissimis sagittis & iactis superne iaculis, Thurcorum certamen sustinuit, tresq; sagittas rex exceperat, tamen armis protegentibus innocuas. Ex aduerso autem machinarũ ictibus certos thurcorũ globos prosternebat. Sed inædia premẽte, lesioneq; plurium a sagittis thurcorũ crescente, a clausuris montium discessit. Et Thurcas insequentes, illico conuersus, magna strage cõfregit, ut de cætero nullus suum exercitum auderet lacessere. Narrat historicus Hungarorũ, Ioãnem de Huniad, & non regem Wladislaum hunc triumphũ in ordine sextum, & alios priores quinq; conflictus uictorioſos cũ gentibus regiis perægisse, tandem post quinq; menses cum ingenti præda exercitũ ad castra regia reduxisse, & uexilla uictoriæ regi obtulisse. Sicq; rex & Ioãnes de Huniad promouendo gressum, ad Albam Nandor, deinde per Hungariam Budam nudis pedibus cũ signis hostium captis, clero & populo obuiã processionaliter egresso glorioſos intrauisse. Et signa hostium in ecclesia uirginis Mariæ ciuitatis Budeñ futura pro memoria appendisse, sed iã uetustate cõsumpta defluxerunt. Sed tu Philippum Calimachum lege.

Elizabeth reginæ mors.

Vladislai expeditio in Thurcas.

Multiplices casus hominum

Opinio triumphi.

CAPVT LV.

Auxilium Catholicoꝝ Principum.

VMq; reges & Principes Catholici regem Budam aduenisse cõperissent. Vniuersi, legatos aut litteras disertissimas ad eum miserunt, & in alteram contra Thurcas expeditionẽ animauerunt pollicentes se auxilia terra mariq; ei prebituros. Polonorum uero nuncii

ro nuncii aduenientes, ut paternum regnum reuideret, præcati sunt, quoniã eo absente, Thartari Poloniam uastassent, & Slesitæ furtis ac spoliis eã attriuissent. Et adiunxerunt, ut una expeditione contra thurcos contentus, alteram nõ obiret. Superuenerũt & Amuratis Thurcorũ Imperatoris legati, rege Wladislao cum Iuliano Cardinali, & nobilibus Hungariæ, in Segedino agẽte, pacem temporalem aut perpetuã cum eo & regno hungariæ firmare postulantes, & conditiones adiungentes. Vt omnibus castris in Rascia conquisitis, uidelicet Golubiecz, Zarnow, Smiderow, Crussouiecz, Kouin, Scuerin, Srebrnik, Ostrwicza,, Nouobardo, Szurin, Kosznik, Koperhan, Procopia, Laskouiecz, Zelenigrod, & toti Rasciæ atq; pti Albaniæ, quas Dispotus tenebat, Thurcus ppetuo cœdat, Bassa Nathuliæ, duoq; filii Dispoti ex captiuitate soluãtur. Bulgaria tota sub thurco permanente. Hæc legati thurcorum. Qua legatione in consilium reiecta, pax in decennium sub conditionibus appositis composita est, & iuramentũ parte ab utraq; præstitum est, quod utinam nunq̃ depositũ fuisset. Superuenientibus autẽ litteris a Francisco tituli sancti Clementis Cardinali, classis apostolicæ Capitaneo. Item a prefectis galearum ducis Burgũdiæ, Venetorũ & Ianuensiũ, forti exercitu strictum mare, ne Thurci ex Nathulia in Romaniã traicerẽt, sufficienter prouidisse. Imperatoreq; Constãtinopolitano Ioanne Paleologi maximã spem uictoriæ promittente. Et Iuliano Cardinali autoritate apostolica iurãmẽtum cassante atq; dissoluente. Rex Wladislaus cum nouo exercitu circa uigesimam Septembris, anni Christi 1444, A Segedino castris motis, iam tũc castra Smiderow, Golubiecz, & alias omnes in Rascia munitiones, Dispotiq; geminos filios thurcis conditionibus fœderũ satisfacientibus, restituẽbus immo restitutis, non per Rasciam, ut prius, sed per regnum Bulgariæ iuxta flumen Danubii transiit, obmissis ad latus dextr̃ uersus meridiem urbidus Philopoli & Andronopoli, donec quattuor de triginta diebus ad urbem Nicopolim peruenit. Humilis siquidẽ est ciuitas Nicopolis, & cuius præsentia famam diminuit, licet sit Metropolis in Bulgaria, ubi rege statiua tenẽte Palatinus trãsalpinæ Valachiæ, qui & Dracula dicitur ad eum uenit. Et adorato rege, atq; paucitate exercitus ipsius cõspecta, regi persuasisse fertur ut in hungariam obmisso ceptæ expeditionis itinere rediret. Debilem nimis & paruum numero ac robore, regium exercitum asserẽs (qui uix quindecim milia equitum continebat, Currus uero onusti uictualibus, auro, & suppellectilibus, ultra q̃ bis mille aderant) Quom Cæsar Thurcorũ maioribus potentiis uenationes ferarum exercere consuesset. Sed superioris anni fortuna & maritimæ classis adiutoria hungaros animabãt. Interea Iulianus Cardinalis legatus, qui ipso in bello regi semper astitit, litteras a Francisco Cardinali Venetiarum, maritimæ classis apostolicæ Capitaneo, transitum thurcorũ in magna multitudine, ex Asia in Europã, custodia nequicq̃ prohibente, trãsfretasse, nunciantes, accepit, & q; classis maritima apostolica prohibere nequiuerit, quin thurci furtim noctu in paruis cimbis, per inferiorẽ partẽ Phari Galiopolis traiecissent. Hæc tamen denunciatio neq; regem terruit, neq; animum suum a futuro periculo auertit, & descẽsum cum exercitu a castello

Thurcus pacẽ postulat.

Legatio alia Conditionalis adiuncta.

Rex Vladislaꝰ in Thurcũ agit expeditionem.

Nicopolis Bulgariæ Metropolis.

Draculà prȩcibus ãnexis dissuadet.

Potẽtia Thurci.

Petrzecz iam exusto faciens, & ab ipsa Nicopoli usq; ad mare Galatu, qua Messembria itur, intra montes penes lacu qui apud castellum Petrzecz cœpit originem transiuit, donec Varnam peruenit. Varneñ, Galateñ, & Szuni eñ metuentes, sese in regis potestatem feria secuda, nona die Nouembris, dederunt. Eadem aute nocte qua Varnam & alia castella rex muniuit, conspecta sunt castra Thurcorum, quoru ignibus cœlum quoq; coruscabat. Mane aute facto feria tercia in uigilia sancti Martini, una dumtaxat hora post ortu solis, Thurcos aduentare, & pariter adesse totus ecce cõclamat exercitus Capiunt arma milites, bellorumq; auidi, cœlum & mare uocibus opplent, & tentoriis leuatis acies instruunt. Sed statim uexillis auro micantibus exte sis, impetuosus turbo cõsurgens, ea scidit & dilaniauit, ut altu per aerem uolarent, Thurci uero magno ordine magnisq; copiis, dextrum cornu aggressi sunt, cui Varadieñ Episcopus præfectus erat. Ibi primum pugna iniciu cœpit, Hungari primaru acierum & quattuor uexillorum, Varadieñ Episcopi Iuliani Legati, Franconis Bani, & Presulis Agrieñ, primum impetu thurcorum non sustinentes, statim uersus Galata & montes uersus Romaniã fugierunt, quos thurci ferientes insequuti sunt. Valachi pari exemplo hinc inde dispersi. Restitit aute ex quattuor uexillis, uexillum sacti Ladislai. Ad quod defendendum Iulianus legatus, & Franco Banus uix cũ equitibus ducentis accurrerunt, rex uero Wladislaus ubi Hungaros a dextro cornu terga uertetes uidit, ubi plus aduertebat interponi discriminis, uelut alter Cæsar inuasit, & omnes quotquot offendit, aut morte afflixit, aut in errorem fugamq; cõuertit. Regis exemplum Palatinus Ioannes Capitaneus exercitus sequutus est, magnoq; in thurcos animo irruens, quattuor milibus passuum rex cũ Palatino thurcos persequebatur.

Thartarorũ & Hungarorum conflictus.

Hungarorum fuga.

Vladislai animositas.

Thurci cœsi & fugati.

CAPVT LVI.

REuersus postea Rex, postq̃ uexillum sancti Ladislai acriter expugnari uidit, pro liberatione accurrit. Cuius presentia thurci terrore consternati, partim cœsi, partim in fugam conuersi sunt Tria milia Thurcorum in illo dumtaxat loco corruisse uisa sunt Exigua tamen strages in Thurcis apparuit, propter nimiã eorum multitudinem, dum recentes & nouæ acies uictis & prostratis succederẽt. Inuasit præterea rex, & quasdam copias Thartarorũ electissimorũ prostrauit. Fluxerat & consũpta iã fuit maxima pars diei, & campus cadaueribus scatens, utriq; hosti terrori fuit. Itaq; cuncto Thurcorũ equitatu nutante, & ad fugam spectante, sola Cæsaris Amuratis castra innumerabilibus peditũ Ianczaronum agminibus munita, suo in loco cum timore stabãt. Rex ergo Wladislaus cũ agmine pro custodia sui capitis deputato, in pedestres Iãczaros appellatos diuertit, nec sine damno ingenti ac lesione suorũ militum & equorum. Nam Ianczarones in uno loco firmati, & longis scutis, ne lederentur in terram defixis, protecti. Adeo frequentes emittebãt sagittas, ut aer quasi grãdine e cœlo cadente oppleretur. Dũq; terribilis esset, tũ multitudine, tum sagittarum missione. pedestrium Iãczaronum acies, omnibus dissimulantibus, regio mãdato, Polonorũ milites in illam irruerunt. Deinde rex ipse, desertor suorũ militum esse

Copiæ Thartarorum victę

Vladislai in Iãczaros irruptio.

Ianczaronum resistentia.

Polonorũ milites decertant

litum esse nolens, pugnæ mediæ se ingessit, & magnam stragem in pedestri illo exercitu ægit. Adeo ut Ianczarones ipsi nutabũdi & deliberabundi presso gradu sisterent, sed multitudine Ioannes de Huniad territus, e prælio per fugam se subduxit, & regi Wladislao, frequẽtibus nunciis, ut pugna & acie obmissa secum una & locorum peritis, fuga se saluaret, intimauit. Rex uero animo feroci respondens, sibi & sanguini suo fugam competere negauit, nec honestatis esse regiæ & uincere uelle & fugere. Rex itaq; quẽ Poloni sui fortissimi nunq̃ deseruerũt, usq; ad crepusculum noctis cũ hostibus dimicauit. Nocte aute superueniente, utraq; pars uictam se credens, abiit. Hungari autem tanto terrore perculsi fuerũt, ut quæcũq; opaca & inuia loca, per arbores, per saxa, per densissima nemora, uelut in apertos & planos campos, tenebrosa nocte cucurrerunt. Plericq; de exercitu regio nocte tota, atq; die sequenti pacifice steterunt, assidue reditum regis & totius exercitus expectantes, & in eadẽ estimatione ipsi quoq; Thurci uersabãtur. Ausi eñ nõ fuerũt sequenti die, uel ut ferũt alii, tercia die, usq; tam uespere regios currus inuadere, metuẽtes ne christiani milites ad currus reuersi fuissent. Iulianus Cardinalis, ut Hungari referunt, inter castra & currus, cum aliis relligiosis occisus est. Nostri uero Poloni eũ cum Ioãne de Huniad fugisse, atq; a consortio ipsius Ioãnis distractũ, dum in rara societate ad Danubiũ peruenisset, a quodam Valacho, qui in parua cimba unũ dumtaxat ipsum traiiciebat, cognito auro quod gestabat, & cuius pondere cimba demonstrabat molem, occisum esse, & corpus exanime, singulis uestimentis & auro spoliatum, in Danubiũ proiectum fore, affirmant. In hac pugna octuaginta milia hominum cœsa sunt. De qua Hungari pro maiori parte salui reuersi sunt. Polonorum uero preter duos nullus euasit. Saluati eñ sunt per fugam, Ioannes Rzeszowski de domo Polukõza, expost Episcopus Graccouiẽ: qui pugnæ propter uulnerationem interesse non ualens, in curru regio decũbebat. Et Gregorius de Szanok, in Archiepiscopum Leopolieñ promotus, de domo Strepaꝝ. Rex uero Wladislaus, postq̃ bellum nocte direptum est, nusq̃ apparuit. Nec est repertus, qui eum aut capi aut interimi uiderit. Sed omnibus testãtibus uno ore, magnam stragem propria manu in Thurcis commisit. Fuit autẽ Wladislaus regum optimus, homo cõdecentis proceritatis, fusca facie, nigris crinibus, in armis strennuus, in suos beniuolus, morũ honestate preclarissimus, mente & animo compositus. Periit ãno regni Poloniæ decimo, regni autem Hungariæ quarto, ætatis suæ uigesimoprimo, anno uero domini 1444. Anno domini 1435 Dux Switrigal consiliis Sigismundi imperatoris Romanorum animatus, cum Prutenis, Ruthenis, Liuonitis, Thartaris, & duce Sigismundo Koributh ex Bohemia regresso, Sigismũdum magnum ducem Lithuaniæ inuasit, sed per Lithuanos & præsidia Polonorum, in tutelam ei per Polonos cum ductore exercituum Iacobo Kobilensi missorum cõtritus est Captusq; fuit in eo cõflictu dux Sigismũdus Koributh, & quidam Sigismũdus Roth, regni Poloniæ magnus psequutor atq; hostis. Et ambo aquis suffocati sunt. Anno domini 1436, In festo Penthecostes, Georgius Stosz cum nonnullis nobilibus Slesiæ, oppidum Klobuczko, & uillas circũuicinas spoliauit. Dumq;

Ioannis de Huniad fuga

Constantia Polonorum.

Hungarorum fuga.

Super morte Iuliani Cardinalis opinio.

Vladislai interitus

Sigismundus dux Lithuaniæ inuasus.

liauit. Dumq; regrederetur per Laurẽtium Zaramba Capitaneum & omnes nobiles Vieluneñ pſequutus, derelictis omnibus ſpoliis, fuga ſe & ſuos ſaluauit. Et oppidanis in Klobuczko ſpolia ſunt reſtituta. Anno dñi 1437.

Dux Switrigal gratiã petit.

Dux Switrigal, poſtq; omnia perdidiſſet, ſero ſe recolligens, Graccouiã tredecima Auguſti perſonaliter ueniẽs, regi & conſiliariis, ſe in gratiam & protectionem recipi ſupplicauit. Sed duce magno Lithuaniæ Sigiſmũdo inſtante, cũ lachrymis Switrigal tanq; hoſtis reiectus eſt. Anno domini 1438 Derſlaus de Rithwiani, cum pluribus equeſtribus & pedeſtribus uerſus Hungariam iuit, ſed eorum caſtrorum, quæ in Hungaria occupare deſtinauerat, ſpe fruſtratus. Ad oppidum Zathor feria tercia Carniſpriuii applicuit, & præ

Zathor oppidum comprehenſum.

dictum oppidum ſcalis appoſitis nocte, oppidanis nihil tale ſuſpicantibus, comprehẽdit. Et ex inde uniuerſum ducatũ Oſwanczimieñ ad homagia cõpulit. Verum dum circa medium quadrageſimæ gentes ſuæ ex Toſt, præda onuſtæ in terra Szeuierieñ, circa uillam Voykouicze inebriatæ proſternerẽtur. Derſlaus hoc caſu debilitatus eſt, oppidum Zathor poteſtati regis tradidit, milleq; marcas a rege pro expeditione gẽtium primum recepit. Et oppidum quidẽ rex aliquãto tempore per ſuos præfectos tenuit, tãdem tamen illud duci Venceſlao Oſſuancimieñ ſub hac conditione, ut caſtrũ Berualdi, proprietatis regiæ, & dux ipſe perpetuus regni Poloniæ feudalis, deinceps

Cæſar Thartarorum Podoliam ingreſſus.

Vaſallus fieret, reſtituit. Eodem anno Cæſar Thartarorũ Szadchmat, terras Podoliæ cum magno exercitu circa feſtum Penthecoſtes ingreſſus, Polonos accurrentes, & iniquitatem loci non ſuſpicantes, in ipſo congreſſu limoſis & paludinoſis locis ſic cõſtrictos, occidit. Et multa milia nobiliũ, Baronũ & militum occiſa ſũt. Ab eoq; tempore Thartari, facilitate uictoriæ crebris inuaſionibus terras Ruſſiæ laceſſere cœperunt. Item eodẽ ãno Cæſar Thurcorum regnũ Hungariæ preſertim tranſſiluaniam uaſtauit. Anno præfato 1438 In regno Poloniæ & ptibus uicinis, magna cariſtia frugum erat. Vna

Annonę cariſtia

enim menſura ſiliginis, uno floreno pendebatur, quia Veris & æſtatis tempore, ualidæ deſcendentes pluuiæ, ubertatem frugum extinxerunt. Nec minor pro eodem tempore prædictum regnum incommoditas, falſificatio uidelicet monetæ præmebat.

CAPVT LVII.

Spithko de Melſtin prędatur.

ANno domini 1439 Spithko de Melſtein, collecto ex amicis & forenſibus præcio conductis equeſtribus, de ſubditis uero omniũ uillarum ſuarũ pedeſtri exercitu, curribuſq; more bellico ordinatis, ad conuentionẽ in nouam ciuitatem uenit. Et hoſpicium Wladiſlai Epiſcopi Wladiſlauieñ, & Nicolai Laſſoczki Decani Graccouieñ, Ioãnis de Konyeczpole Cãcellarii, & Ioannis Glowacz de Oleſznicza Marſalci predatus eſt, oppidũq; illico exiẽs. Rex aũt maturãdo ſibi pugnã

Occiſio eius.

contra eum egreſſus, caſtra eius diſiecit. Et ipſo in multos impetũ faciente, pluribus lanceis & ſagittis baliſtarum trãſfoſſus, equo prolapſus, expirauit

Cometes.

Eodem anno Cometes inter occidentem & meridiẽ apparuit, caudam ad meridiẽ dirigens. Et ſub eo tempore Eugenius papa quartus, cum concilio Baſilieñ de præeminentia diſſidebant, reuocatoq; concilio, Eugenius papa in ciuitatem

uitatem Florentinam, unionem eccleſiæ orientalis cum occidentali tractauit In quo aderant Patriarcha & Imperator Conſtantinopolitanus, & Prælati maiores Græciæ, claſſibus & expenſis Eugenii papæ adducti. Sed qui in cõcilio Baſilieñ permanſerant, Eugeniũ papam excõmunicando, depoſuerũt. Et Amadeum ducem Sabaudiæ, loco eius papam creauerũt, Felicem quintum appellatũ. Inter creandum autẽ Cardinales, uterq; Pontifex Eugenius & Felix Sbigneum Epiſcopum Graccouieñ Cardinalem creauit. Inter alios uero Eugenius papa, binos Cardinales Græcos creauit, Viſſarionem epiſcopum Nicenum, & Iſidorũ Metropolitanũ Kiouieñ de Ruſſia. Anno domini 1440. Dux Iwan Czartorziczki Ruthenus de ritu græco, facta cõſpiratione cũ quibuſdã Ruthenis & Lithuanis, Sigiſmũdum magnum ducem Lithuaniæ, dominica Ramiſpalmarũ in caſtro Troki diuina audientem, multis uulneribus affectum, interfecit. Putabat (ut referũt) præfatus dux Sigiſmũdus urſam domeſticam & manſuefactã, oſtium habitaculi pede agitare. Cui aperiendo, Rutheni qui oſtium nouerant, ſuper ipſum irruerunt & occiderũt. Ac extra caſtrum corpus eius in uehiculo ſine ductore emiſerunt, & caſtrum cum theſauris occupauerũt. Barones uero Lithuaniæ corpus ducis in eccleſia Vilneñ in uno ſepulchro cum duce Vitowdo ſepelierũt. De hoc carmẽ lugubre uſq; in ætatẽ meam Lithuani concinnebãt. Audaces Principes Ruſſiæ occiderunt Sigiſmũdum ducem Lithuaniæ &c. Eodẽ anno in regno Poloniæ & partibus circũuicinis. Erat hyems ualida, mortalitas quadrupedum & cariſtia magna. Nobiles & ruſtici de ſtabulis antiquã ſtramina detrahebant, & utcũq; poterant, eſuriem, boatum, & clamorem gregum atq; pecudum mitigabãt. Nonnulli homines ex herbis, foliis, radicibus, & ex uiſco, panem facientes, uorabãt, qui poſtea æſtate aduenicnte, peſte infecti moriebãtur. Quoniã malæ frutices, herbæ, & triſtia legumina peſtem, præcipue poſt famem & cariſtiã, adducunt. Prout Galienus in principio de Euchimia & Cachochimia docet. Anno quo ſupra. Iſidorus natione Græcꝰ Archiepiſcopus Kiouieñ, Cardinalis nouiter creatus, & Eugenii papæ legatus in Ruſſiam miſſus, uir maturus & prudens, ferens ſecum bullas apoſtolicas blumbeas, & Imperatoris Cõſtantinopolitani aureas. Intrauit in Sãdecz feria ſexta Paraſcheue. Vbi per Sbigneũ epiſcopũ Graccouieñ hoſpicio fuit receptus. Et ad celebrãdum diuina more ſuo Græco, tanq; Romanæ eccleſiæ reunitus, admiſſus, unio tamen illa eccleſiæ Latinæ & Græce breuiuſcule durauit. Græcis & Ruthenis illam irridentibus & contemnẽtibus. Vnde dum præfatus Iſidorus ad ſuos ſuffraganeos in Ruſſiã & Moſquam ueniſſet, & illam unionem eis prædicaret, per principes Moſquæ captus, in carcere reclu

Iſidori Archiepiſcopi captiuitas.

ſus, & omnibus theſauris, quos iã notabiles conquiſierat, ſpoliatus fuit. Expoſt tamen de huiuſmodi captiuitate, fauente deo, per fugam ſaluatus erat. Anno præfato Alberto rege Hungariæ & Bohemiæ mortuo. Bohemi Albertum ducem Bauariæ regem Bohemiæ declarauerũt. Albertus Bauariæ dux, inſigni modeſtia uſus, & a Friderico Romanorũ rege admonitus, oblatum regnum ſpreuit. Bohemi a Bauaro repulſi, ad Fridericũ Romanorum regem miſerunt. Petentes ut tutorio nomine Ladiſlai regnum ſuſciperet, qui oblationem

Albertus dux Bauarię regnũ Bohemiæ ſpreuit.

Amadeus dux Sabaudiæ papa creatus.

Iwan Czartorziczki Lithuanię ducis occiſor.

Sigiſmundi in opina mors.

Intẽſio brumę cariſtiæ, ac peſtis in Polonia

Meinhard⁹ & Ptaczko gubernatores eliguntur.

oblationem eorum perosus, eam reiecit. Gubernatores ergo eligere placuit, Ptaczko & Meinhardus designati. Meinhardus Catholicorũ tutor, Ptaczko hereſis peſte infectus, hereticorum fotor erat. Ptaczkone autẽ ui morbi abſumpto, Meinhardi poteſtas ſenſim creuit. Id dum ægre Huſſitarum pars ferret, ad Georgium de Poſdzebrad ſe contulit, eumq; ſibi ducem elegit. Is Pragam inuadens, paſſim trucidauit reſiſtentes. Meinhardus in eo tumultu captus, moleſtia carceris, ſiue ut alii aſtruebant, toxico, diem obiit. Ex illo itaq; tẽpore, non Praga ſolum, uerũ & uniuerſa Bohemia Georgio paruit.

Georgius Huſſitarũ prẽſes.

Meinhardi interitus.

Barones Polonie Sleſię vaſtatores.

Anno domini 1441 Barones maioris Poloniæ furtis & ſpoliis, per Sleſiæ latrũculos laceſſiti, exercitualiter Sleſiã ingreſſi. Duobus fortaliciis Gorzow & Czeczerzin, ex quibus regno dãna inferebantur, expugnatis & demolitis plurimis dãnis Sleſiæ illatis, in ſua remearũt. Quidã tamen Zaiecz de Auſtria Capitaneus Wratiſlauienſ, Elizabeth reginæ per terram Vieluneñ predas agebat, nec quiſpiã eius conatus reſcindebat. Thartari inſuper eo ãno terras Podoliæ, & Ruſſiæ uſq; ad Leopolim uaſtabant, & homines utriuſq; ſexus abducebãt. Solo Vindica nobili adminiſtratore in Glinyani eis reſiſtẽte, a multitudine Thartarorũ ſuperueniente, uicto & interfecto. Anno domini 1443 quinta menſis Iunii. Motus terræ generalis in regnis Poloniæ, Hungariæ, & Bohemiæ, partibuſq; uicinis adeo ualidus erat, ut turres, edificiaq; domorum corruerent. Maior tamẽ motus in Hungaria fuit, ubi & plura caſtra euerſa ſunt. In Kazimiria illo motu, teſtudo monaſterii ſanctæ Katharinæ decidit, quæ uſq; ãno dñi 1505 denuo reedificata & locata eſt. Anno domini 1444 Sbigneus Cardinalis & Epiſcopus Graccouienſ, eccleſiæ Graccouienſ poſſeſſiones augere, & terminos regni Poloniæ dilatare cupiẽs, terrã Szeuierienſ a Venceſlao duce Teſſneñ pro ſex milibus marcarum latorum groſſorum emit. Eodem anno Boleſlaus dux Oppolienſ hereſi Huſſitarum infectus. Negociatores Graccorum merces ad nundinas Wratiſlauienſ p feſto Ioannis baptiſtæ uehẽtes, eſtimationis ad minus ducentorum milium aureorum. In oppido Cruczbork quieſcentes ſpoliauit, captiuauit, ac impune conſumpſit. Anno quo ſupra 1444 Lithuani cum duce ſuo Kazimiro cõtra Boleſlaum ducem Mazouiæ pro terra Drohicienſ recuperanda, arma ſumpſerunt, Sed pax inter partes concluſa fuit, ut Boleſlaus Mazouiæ dux receptis a Kazimiro duce Lithuaniæ ſex milibus ſexagenarum latorum groſſorum Pragenſ, tam iuri q̃ poſſeſſione terræ Drohicienſ, reſtitutis litteris cœderet. Diſtrictumq; Vingrow ſuo ducatui appropriatum ppetuo retineret.

Vindica Nobilis Thartaris reſtitit.

Motus terre in ſignis.

Teſtudo eccleſie S. katherinæ ex eodem ruinam paſſa.

Graccouienſ p ducem Oppolienſ ſpoliati

Altercatio p terra Drohicienſi.

CAPVT LVIII

ET ſi rumor & fama de caſu regis Wladiſlai, circa lacũ Varneñ, in Poloniam peruenisſet, tamẽ fides non adhibebatur, donec alii qui Poloni & equidem exigui, fuga ſaluati, rem geſtam, redeuntes, plene publicarũt, tunc & credulitas, & ingens mœror regnicolis acceſſit. Alterum attamen regem non elegerunt, quoad Hungari Ladiſlaũ, Alberti regis poſthumum, in regẽ Hungariæ coronarũt, tunc quoq; & Poloni facta conuẽtione, Anno domini 1445 una pro die ſancti Adalberti in Siradia. Altera pro feſto ſancti Bartholomei in Piotrkow, Kazimirum magnum

magnũm ducem Lithuaniæ, in regem Poloniæ elegerunt, & legationem electionis ei miſerunt. Qui ſuſpitione fraternæ ũitæ, perſuaſioneq; Lithuanoꝝ diſſimulabat, & electionem non acceptauit. Anno tũcq; domini 1446 facta conuentione pro dominica Letare in Piotrkow, Poloni in regẽ Poloniæ Boleſlaũ ducem Mazouiæ elegerunt, nõ tamẽ poſtularunt. Quo audito Kazimirus dux, & domini Lithuani ãxii parti ſuæ timere cœperunt. Inſtaurato igitur conuentu pro feſto Michaelis in Parczow Kazimirus electioni conſenſit, diemq; coronationis feſtum ſancti Ioãnis baptiſtæ anni ſequentis cõſtituit & intimauit. Et p die coronationis aſſignato, anno domini 1447, feria ſexta poſt octauas corporis Chriſti Kazimirus Graccouiã poſt meridiem, magna cum ſolennitate intrauit, omnes proceſſiones urbis & uniuerſitas obuiam illi exiuerant. Ad eccleſiamq; maiorem perueniens, adoratis relliquiis ſanctorum, quinquaginta aureos p offertorio poſuit, & in aulam ſe recepit. Sequenti autem die, uidelicet feſto ſancti Ioannis baptiſtæ, Graccouiam dux Boleſlaus, & dux Wladiſlaus Mazouiæ intrauerunt, uterq; in ſua comitiua ſeorſum mille equos habuit. In craſtino uero ſancti Ioanis baptiſtæ die dominico, præfatus dux Kazimirus in regem Poloniæ per Vincentium Archiepiſcopum Gnezneñ. Aſtantibus ei Epiſcopis Poloniæ, inunctus & coronatus eſt. Et obtulit centũ aureos. Aderat huic coronationi Sophia regina Poloniæ mater ipſius, Boleſlaus & Wladiſlaus Mazouiæ, Wladiſlaus & Boleſlaus Teſſneñ, Venceſlaus Rathiborienſ, & Venceſlaus Oſwancimienſ, duces. Item dux Boleſlaus Switrigal cum aliquot principibꝰ Ruſſiæ, ſcilicet Georgio Szemienouicz, Vaſilone Ololkouicz, & Vaſilone Craſni. Itẽ duo fratres Cruciferi de Pruſſia, Henricus de Plawen de Elbing, & Lodouicus de Mewe Cõmendatores, per Magiſtrũ Cõradum de Erlichſhauſzen miſſi. Itẽ plures Barones, Lithuaniæ, Bohemiæ, Morauiæ, & Sleſiæ aderant. Anno ſequenti puta 1448. poſt corporis Chriſti in conuentione Lublineñ, Prælati, Principes, & Boyarii Lithuaniæ, a prelatis & dignitariis Poloniæ optabãt, ut inſcriptiones, fœdera, & uniones terrarũ Lithuaniæ, Ruſſiæ, & Samagittiæ, cum regno Poloniæ tollerentur, rogabant deinde & requirebãt, ut eis terra Podoliæ, Item caſtrum

Kazimirus.

kazimiri ducis Lithuaniç in regem Poloniæ electio.

Electionem aſſumpſit.

Aduentus eius in Graccouiã.

Coronatio.

Hoſpites

Inſtantia petitionis Lithuanię Primatum.

Responsum p cerũ Poloniæ legitimum

castrũ Oleszko, & districtus Viethli, Lopacin, & Hrodlo redderetur. Super quo Proceres Poloniæ responderunt. Non licere eis inscriptiones predictas corrigere, uel ab eis aliquicpiam detrahere, quoniã casse ac uane uiciarentur & redderentur. Ita etem Wladislaus Iagello quattuor suscepit conditiones, & cõfirmauit. Primam ut fidem Catholicam cum omni gente sua acceptaret. Alteram ut omnes terras suæ ditionis regno Poloniæ appropriaret, & perpetuo incorporaret. Terciam ut omnes thesauros suos in regnum Poloniæ induceret. Quartã ut singulos captiuos Catholicos a captiuitate solueret. Is tandem uobis fonte baptismatis renatis, arma nobilitatis q̃ poloni detulerũt uobis dedit, uos regno Poloniæ inuisceradõ ac glutinando. Sed & multas inscriptiões diuersis temporibus habitas, duce magno Vitowdo, totoq; ducatu Lithuaniæ laudante, consentiente, & approbãte, dictauit, appropriauit, & rectificauit. Præterea terra Podoliæ, nunq̃ de proprietate ducatus Lithuaniæ fuit. Constat eñ Kazimirum secundum regem poloniæ, eam sub Thartaris conquisisse, & pacifice tenuisse. Castraq; multa uidelicet Camyeniecz, Chaczen, Chzeczim, Bakotha, Braczlow, Miedziborze, & alia muro aut lignis cõstruxisse. Post Kazimirũ quoq; Lodouicus rex Poloniæ præfatam terrã tenuit. Quo sublato, Wladislaus Iagello in eius possessionẽ, ut rex poloniæ succedit. Et illã iure suo regali Spithkoni de Melstein ꝓpter seruicia eius infeudauit. Deinde eandem eliberãdo, Vitowdo primũ, tãdem Switrigal fratri suo ad tempora uitæ suæ cõtulit. De quo poloni certissima munimenta & testimonia seruant. Liberalitas ergo regis Wladislai tẽporali concessione, nõ uos in usurpationẽ predictæ terræ trahat. Et nõ solum terræ Podoliæ, sed & predictorum districtuum, Oleszko, Lopacino, Viethli, & Hrodlo, quos Sigismundus magnus dux Lithuaniæ, per suas litteras patentes, publice non esse iuris aũt proprietatis ducatus Lithuaniæ, sed regni Poloniæ recognoscit. His auditis Boyarii Lithuaniæ conticuerunt. Venẽte deinceps rege Kazimiro in Voinicz, nuncius aduenit, referẽs Palatinum Moldauiæ, Romanum filium Heliæ Palatini, a quibusdam suis Baronibus toxico propinato, feria tercia in die uisitationis Mariæ diem obiisse, quare rex celerius in terras Russiæ procedens. In Camyenyecz feria sexta in uigilia sãcti Laurencii uenit. Et Petrum Palatinum Moldauiæ super homagio requisiuit Eoq; ad regem Kazimirũ aduenire non audente. Et a Ioanne de Huniad gubernatore Hungariæ suffragia contra Kazimirum habẽte, rex ad ipsum cũ plenitudine potestatis, Ioannem Castellanum Graccouien, Petrum Odrouansz palatinum Leopolien, Ioannem de Konieczpole regni poloniæ Cãcellarium, & Ioannem de Pileza misit, qui iuramentum fidelitatis ab eo, & omnibus suis nomine regis & regni poloniæ cœperãt, & nouas inscriptiones, ac fœdera firmauerunt. Et postea postulante Alexandro Moldauiæ Palatino, rex Kazimirus contra Bogdanum, qui se filium naturalem Alexandri olim Palatini Moldauiæ asserebat, exercitum ex terris Russiæ & Podoliæ misit, cuius curam & gubernationem, Ioãni Oleszki de Senno commisit. Qui Bogdanum ex Moldauia fugauit, & eiecit, & Ilichnoni alias Alexandro castra consignauit. Eo autem cum exercitu recedente, prefatus Bogdan qui in montanis latitauit

Inscriptiões p terra Lithuaniç & Podoliç corroboran

Taciturnitas Boyariorum

Romanus Palatinus Moldauiç moritur.

kazimiri resistentia in Ioanẽ de Huniad.

tanis latitauit, Ilichnonem cum matre sua in Podoliam expulit. Contra quẽ iterum rex Kazimirus exercitum misit, & pace inter partes confecta, recedebat. Cui Bogdan die dominico ante festũ natiuitatis Mariæ, sexta die Septẽbris prelium intulit, quod a mane usq; ad occasum solis durauit. Et q̃uis regio exercitu uictoria prouenerat, tamen ingens multitudo nobilium militum occisa iacuit, unde plus mœror q̃ letitia obtigerat. De numero aut̃e occisorũ, Petrus Odrouansz palatinus Leopolien in clara tumba, Nicolaus Porawa & Michael Buczaczki in Leopoli cum ingenti mœrore sepulti sunt. Ioãnes quoq; Odrouansz Archiepiscop⁹ Leopolien, audita germani sui Petri palatini morte, graui dolore oppressus extinct⁹ est. Et in ecclesia Leopolien post duos menses, obtenta a sede apostolica absolutione, quoniã in sententiis auctoritate apostolica latis obierat, tumulatus est.

Strages partis Vtriusq;

CAPVT LIX.

Accessit & alius mœror. Imperator thartarorũ Szadachmath intelligens nobiles Russiæ & Podoliæ bello Valachico occupatos, eximpuiso terras prefatas inuasit, & usq; ad Grodek & ad terminos terræ Belzeñ grassatus. Homines utriusq; sexus cum armentis & pecudibus in magna multitudine abduxit, & addita fuerat regnicolis afflictio & tribulatio. Item ãno sequenti scilicet 1452 prefatum Bogdanum ebrium repertum, Petrus qui se palatinũ Moldauiæ asserebat, custodiam ipsius fallens, capite trũcauit. Et Alexãdro, cum quo fœdus inierat, hostem se professus est. Anno domini 1452 circa festum Ioannis baptistæ thartari Podoliam ingressi, multa damna intulerũt, urendo & occidendo. Castellumq; Row conquisierunt, & in eo Stogneum Rey, de domo Oxa, cum ipsius uxore captiuauerunt. Circa Bartholomei uero thartari cũ Szadachmat imperatore eorum Russiam ingressi, usq; ad Leopolim grassati sunt, & aliquotiens se cum predis de terra exire finxerunt. Et subito redeuntes, aliquos incautos occuparũt. Quomq; ad terras suas reuerterentur, quida Barones Lithuaniæ, de quibus dicuntur fuisse Gastowdus & Moniuid nunciũm Radwilonem Hostikouiez ad imperatorem thartarorũ Szadachmat cum uariis muneribus miserunt, qui gratias pro uastatione terrarum Russiæ ageret, & ut maiores oppressiones regno poloniæ affatim inferret, rogitaret. Sed quũ Radwil ad imperatorẽ Szadachmat in campestribus accederet. Illico Eczigeri imperator thartarorũ Przecopeñ contra Szadachmat irruit, & acerrime ac diu pugnando eum contriuit & uicit, ut omnis exercitus illius ad Eczigeri transiret. Szadachmat aũt fuga saluatus, in Lithuaniam perfugit, & a rege Kazimiro illic presente, susceptus & necessariis prouisus est. Veꝝ quũ suspectus esset, & etiam ut Eczigeri in fide contineretur, mandato regis & dominorum Lithuaniæ captiuatus, cum omnibus suis in Kowno relegatus est. Vbi in misera senecta, & perpetua captiuitate uitam finiuit. Et pœnas attritionis Russiæ uelut & Bogdan Moldauien, damnabili morte soluit Sed nihil ultionis molestiæue passi sunt inuasores & predatores, terram Vielunen spoliantes & exurentes. Nec ultum est in Boleslao duce Oppolien, q plures stipendiarios Bohemos conducens, terram Szieuierien & Vielunen spoliabat

Szadacchmat Thartarorum Imperator Podoliç, Russiç inuasor.

Bogdan trucatur.

Stogneus Rey captus.

Radwilo Hostikouiez huius.

ſpoliabat rege Kazimiro in Lithuania immorante, & Poloniã non protegẽte. Anno autẽ domini 1453 Kazimirus Poloniæ, & Ladiſlaus Hungariæ reges, per ſuos oratores matrimonium, inter præfatum ſereniſſimũ dominum Kazimirũ, & illuſtriſſimam Elizabeth filiam Alberti olim Hũgariæ, Bohemiæ & Romanorum regis in ciuitate Wratiſlauienſi ſanxerũt, & litteris firmauerũt. Super quo Ioannes de Capiſtrano in prætorio Wratiſlauienſi feria ſecunda poſt aſſumptionis Mariæ diſertam fecit orationem. Cuius thema erat. Hæc dies quam fecit dominus exultemus & letemur in ea. Is Ioãnes de Capiſtrano, fere quadraginta annis uerbum dei in Italia predicando ſparſerat. Et de licẽtia Nicolai papæ quinti, de Italia egreſſus, ãno Chriſti 1451. in æſtate ad Olomuncz peruenit, & in monaſterio minorum ſtetit. Poſitaq; Cathedra in circulo Olomunceñ, quottidie diligentiſſime uerbum dei, per duos interprætes prædicauit, unum Bohemum, alterum Almanũ, rationibus ut ſæpe confutans, nõ eſſe de neceſſitate ſalutis, ut populus laicalis ſub utraq; ſpecie cõmunicaret, & ſermones ſuos prodigiis ac ſtupendis curationibus infirmoꝝ confirmabat. Hũc Sbigneus Cardinalis & Epiſcopus Graccouieñ, tandem & rex Kazimirus per litteras rogauerũt, ut ſi a Bohemis cõtemneretur, ad Poloniam uenire non dedignaretur. Qui per Wratiſlauiam tranſiens, cum legatis ſponſam, ut eſt premiſſum, regi Kazimiro ordinantibus, in poloniã progreſſus, Graccouiam die Martis in feſto ſancti Auguſtini applicuit & intrauit. Cui in obuium tota ciuitate effuſa, ab omnibus ordinibus itum eſt, rex quoq; Kazimirus cum Sophia regina, Sbigneus Cardinalis & Epiſcopꝰ Graccouieñ, cum multitudine cleri & totius militiæ, in campũ ante Cleparz exeuntes, ipſũ exceperunt, & cũ magno honore ciuitatẽ introducẽtes, in domo Georgii Swarcz ſeu nigri in circulo hoſpitauerũt & locauerunt. Qui poſito throno iuxta eccleſiã ſancti Adalberti, quottidie lecta miſſa, uerbum dei in latino duabus horis predicauit. Aliis quoq; duabus horis ipſa predicatio in uulgari per aliquem ſacerdotem Polonum reſumebatur, populo audiente & ſine tedio præſtolante. Vbi uero frigora & niues aduenerunt, locato throno in eccleſia beatæ Mariæ uirginis in circulo propeſa crariũ, ſingulis diebus predicationes continuauit. Manſit autẽ in urbe Graccouieñ a die ſancti Auguſtini, uſq; ad quartamdecimã diem Maii. Sub quo tempore magnam multitudinem infirmorũ, cœcorum, claudorũ, & aliis languoribus oppreſſorum inſpectante populo curauit. Sub eo centum perſonæ & amplius ſacram relligionem ſancti Franciſci de obſeruantia aſſumpſerunt. Quibus Sbigneus Cardinalis & Epiſcopus Graccouieñ monaſterium pro conuentu & obſeruantia, in Stradomia in area germani ſui Ioannis de Oleſznicza Palatini Sandomirieñ erexit. Conſtructaq; eccleſia lignea, illam in die natiuitatis Mariæ, in honorẽ ſancti Bernardini (omnibus proceſſionibus totius urbis ipſum Cardinalẽ & fratres ducentibus) conſecrauit. Et poſt biennium ſumptibus eiuſdem Cardinalis, coctili muro eccleſia edificata & adornata eſt. Habitationes monaſterii fratres ex elemoſinis contribuentium & propriis laboribus conſtruxerunt, & in hanc diem conſtruunt, amplificãt & decorant. Et quia illuſtriſſima uirgo Elizabeth ex compoſito & pactis in

Affinitas kazimiri Poloniç & Ladiſlai Hũgariæ regum iuncta.

Ioannes Capiſtranus diuini verbi interpres celebratiſſimꝰ

Capiſtrani in Graccouiam aduentus.

Pia opera eius

Erectio monaſterij in Stradomia.

Wratiſlauia

Wratiſlauia conditis, pro die purificationis Mariæ in Teſſin conſtitui & adduci debuit. Rex Kazimirus pro tali die purificationis Mariæ anno domini 1454 ad excipiendũ nouã ſponſã duo milia equeſtriũ tranſmiſit, quos uirgo Elizabeth cũ Baronibus Auſtralibus noningentorũ equorum numero, una hora ingreſſu ſuo in Teſſin preceſſit. Exinde per Piſczinam, Oſwanczim, in Skauinam uenit, ubi quom tribus diebus ſteriſſet, domini Auſtrales eſtimãtes uirginem Elizabeth a rege Kazimiro ſpretum iri, clamãtes accelerabãt, ut in Graccouiam progrederentur. Verum alia cauſa pauſationis in Skauina fuit, q̃ ſuſpicarentur, ſcilicet in expeditio ornamentorum regi & ſuis militibus neceſſariorum. Sabato itaq; in die ſanctæ Appoloniæ, rex Kazimirus in ſplẽdore ſuorum apparatuum cum Sophia genitrice ſua in obuium egreſſus, nouam ſponſam hylariter excepit, ſed non fauit cœli diſpoſitio. A mane ſiquidem ad ueſperam largos fudit imbres, & ſuppellectilem nobilium ueſtimentorũ & cooperimẽta equorum de axameto cum puro auro, frena quoq; & ſellas in ualore quadraginta milia ducatorum humectãdo corrupit. Proceſſionesq; omnium eccleſiarum & omnium ſtatuũ, officia ſua explere non poterant, nec loca debita tenere pluuia inundante. Sequẽti autẽ die dominico ſanctæ Scolaſticæ, altercatiõe inter Barones facta, an Sbigneus Cardinalis & Epiſcopus Graccouieñ, uel Ioãnes Sprowſki Archiepiſcopus Gneznen deſponſationem ac matrimonium conferret. Vocatus eſt Ioannes de Capiſtrano, ordinis minorum tãq; ſedis apoſtolicæ legatus, qui cum magna humilitate proſtratus, quom licentiam deſponſandi a Cardinali obtinuiſſet, nõ rite deſpoſationẽ peragere potuit, quia ignarus idiomatis polonici & Theutonici erat. Cardinalis ergo Sbigneus, qui utramq; linguam nouerat, matrimonium confecit. Et Archiepiſcopus Gneznen miſſam de ſancto ſpiritu cũ feſtinatione, quoniã adueſperaſcebat, perægit. Præfataq; Elizabeth in reginam inunxit & coronauit, & octo dies ſequentes in choreis deducti ſunt.

Elizabeth aduentus.

kazimiri obuiam egreſſus.

Dies ingreſſus pluuioſa.

Diſſenſio ſup deſponſatione

Sbigneus Archiepiſcopus Gneznen coronatur.

CAPVT LX.

SVb eo tempore ſcilicet feria quarta ante Cathedram ſancti Petri, legati Prutenorum ad regem Kazimirũ aduenerũt, & procidentes rogauerunt, ut eos in ſubditos & protectiõe contra magiſtrum Lodouicum & Cruciferos Pruſſiæ ſuſciperet. Præcedẽti etiam anno Militares nobiles & ciues Pruſſiæ, diſſenſione inter eos ex una & Magiſtrum Lodouicũ, Comendatores, & Cruciferos ab altera, partibus ſuborta, ex omnibus caſtris & ciuitatibus Cruciferos eiecerunt, & in ſolo caſtro Mariemburk incluſerunt. Et ſuper hoc prodigia in cœleſtibus, & appariciones Cometarũ uiſæ. Omnes itaq; Cõſiliarii regis (præter Sbigneũ Cardinalem & Epiſcopũ Graccouieñ, qui ſummopere diſſuadebat) ſuſcipiẽdos conſulebant & approbabant Prutenos. Et accepto homagio, præſtitiſq; iuramentis remiſſum eſt eis prout poſtularũt, tributum Frintczol. Item oblatio annua dicta Porcus alias Naraſz. Itẽ thelonea in terra & in mari & merces naufragio demerſæ, eis in libertates ſunt conceſſæ. Item Gedaneñ ciuitati cenſus ſeptingentarum marcarũ ex ciuitate proueniens, & omnia molendina ciuitatis cũm inſula & uillis in ea conſiſtẽtibus (tredecim duntaxat uillis

Prutenorum legatio.

Prutheni homagium præſtant

et duabus curiis, pro rege reseruatis) donata sunt. Ea tamen conditione apposita, ut singulis annis ciuitas Gedanen̄ duo milia florenorum solueret, & quattuor diebus regem & curiam ipsius omnibus necessariis procuraret. Et in loco castri per eam demoliti, curiam regiā de lateribus coctis sumptu notabili & magnifico edificaret. Rex ergo Kazimirus, ad tuendum sibi subiectos nobiles & Prussiæ ciues, aduersus Magistrū & Cruciferos in Prussiam exercitualiter intrauit, uituperabant autē Mathematici horam egressus. Et quom oppidum Choynicza obsideret, feria quarta in crastino Lamperti, anno prædicto 1454, circa horam uesperarum, exercitus hostium in tres cuneos tantummō diuisus apparuit. Aciebusq; congressis, primi hostiū occurrentes contriti & confracti sunt, una cum eoꝝ ducibus. Inter quos Baltasar dux Zeganen̄ cæsus est, dux uero Bernardus Szumborski captus. Feruente autē pugna, extremus regius exercitus, ex nouis & insuetis pugnatoribus compositus, quodā subito terrore perculsus, terga uertit, & cæteros in ignominiosam fugam traxit. Rex autē pugnam restituere, & fugientes reuocare cum magna diligentia tentabat, nec potuit, parumq; absuit, q; in manus hostiū perueniisset, donec custodes ei adhibiti reluctantē abstraxerunt, & fugere cum fugientibus compulerunt. Cœsiq; sunt de exercitu regio, q̄plures. Capti uero trecēti triginta. Rex interim anxius, nouo exercitu ex Polonia & stipēdiariis ex Bohemia, Morauia, & Slesia cōparatis, ex uilla Oppoki prope Thorun, ubi locus cōsignatus fuit, cōueniētibus. Feria 5. post Katharinæ castra mouit, & abinde in Prussiā transitū & bellū cœptū continuauit. Pro cōtentādis quoq; & soluēdis stipēdiariis Magistri Prussiæ, ut secundū cōpositionē e castris cœderēt. Ad requisitionē regis, ecclesiæ Gneznen̄, Wladislauien̄, & Posnanien̄, calices, clenodia, cæteraq; ecclesiarū uasa dederūt. Sola ecclesia Graccoꝛcū sua diocesi nō cōtribuit, q̄m Pōtifex ei⁹ Thomas Strzampinski, cū suo Capitulo talem cōclusionē abhorruit. Itaq; maiores Poloni, Vlrico Czirwonecze & suis stipendiariis. 25. milia florenorū tradiderunt. Cui p Gedanen̄. 40. milia aureorū iā fuerunt tradita. De residuo autem soluēdo de resignatione castrorū, & relaxatione captiuorum, pactum proteladi ad festū paschæ fecerūt. Et post festa paschæ, anno domini 1457, Czirwonka cū aliis stipendiariis recepta solutione finali Lodouicum Magistꝝ Prussiæ (cui pantem propter hoc ipsum suos stipendiarios) ex Mariemburk in Tsczow eduxerunt, & castrum polonis tradiderūt, atq; discesserunt. Rex ergo Kazimirus in Gedano commorans, dum talia intellexisset, feria tercia Pentheco, stes, cum suis gentibus ex Gedano egressus, castrum Mariēburk, feria quarta Pentecostes, quæ fuit octaua Iunii, hora terciarū fœliciter intrauit. Summa pro redemptione & resignatione castrorū, sex milibus stipendiariorꝝ eqtum data, ad quadringinta septuaginta sex milia ascēderat. Agente autē rege Kazimiro bellū Prutenicū, & obsidiōe oppidi Laszin occupato, Girzik Stosz de Olbrachczicze, Morauus seu Slesita, & Ioannes Swieborowski Polonus, circa oppida Ilkusz & Slawkow spolia ægerunt, & octuaginta cquos, quibus in fodinis Ilkusiēsibus aqua pellebatur, acceperūt. Oppidoq; Slawkow conflagrato, cum præda abierunt. Tādem in terra Vielunen̄ fortalicium

kazimirus eos tuendos egreditur.

Conflictus mutuus.

Fuga kazimiri.

Exercitum recuperat.

Ecclesiarū clenodia in stipendiarios exposita.

Castrum Mariemburgk a kazimiro adeptū

Ilkusz & Slāwkow spoliata.

talicium Campno occupauerunt, quod per obsidionē uix liberatū est. Præterea quædā coꝛluuies gētium, ex Bohemis, Polonis, & Slesitis in sui ductoris improperium Kawki, appellata, quoꝝ ductores erāt Graeculus, uulgo Kawka & Swieborowski bini fratres, montem qui dicitur Zebracze prope Oswanczim incastellauerūt, & plurima damna regno, præcipue circa Oswanczim irrogauerūt, quoniā stipendium in Prussia ipsis non erat solutum. Ad quos frenandos, depositō Ioanne de Czizow, Castellano Graccouien̄a Capitaneatu Graccouien̄, quem decemseptē annis tenuit, Nicolaus Pienyazek de Vithouicze, aucto sibi salario, ut copiosam foueret familiā, Capitaneus Graccouien̄ creatus est. Anno autē domini 1459 rege Kazimiro Lanciæ cōmorāte. Venerunt ad eum feria sexta, in die sancti Bartholomei, consules & primores ciuitatis Wratislauien̄, q suo & Namislauien̄ nomine rogarunt. Vt in suā possessionē & defensā eos suscipere dignaretur, tūc em̄ Ladislao rege Hungariæ & Bohemiæ extincto, Girzik alias Georgius de Podzebrad Hussita, regnare in Bohemia cœperat. His autē responsum est, regem bello Prutenico sic implicatum fore, ut nullatenus eos suscipere possit. In anno autē domini 1460 mortuo Thoma Strampinski Episcopo Graccouien̄, duo per Capitulares diuisos in episcopatū Graccouien̄, Ioannes Luthkonis de Brzeze utriusq; iuris doctor, & Ioannes Episcopus Wladislauien̄, electi sunt. Iacobus quoq; de Senno, Prothonotarius apostolicus, ad prædictā obedientiam in Concilium Manthuanū, quod Pius papa secundus tenuit, missus, ante electionem Capitularium quindecim diebus, sibi eundem Episcopatum prouideri obtinuit. De quo rex Kazimirus male contentus, Iacobum de Senno, cū ei adherentibus proscripsit & relegauit. Et Graccouiā ueniens, Georgium Episcopum Laodicien̄ & suffraganeum Graccouien̄, eoq; Iacobo Szenensi munus cōsecrationis impendit, de Graccouia propelli iussit. Qui in Oppol secedens, in monasterio minorum sui ordinis moratus & illic uita functus est. Præterea ex statiuis apud Choynicza, rex Petrū Curowski Lublinen̄, & Dobeslaum Kmitha Voiniceñ, Castellanos, ad obsidendum Iacobum de Senno in castro Piendziczow, & ad occupandū bona monitorio apostolico parentium, & ipsos e sedibus eorum exturbandū & eiciendū misit. Nicolaus itaq; Pienyazek Succamerarius & Capitaneus Graccouien̄, bona præbendarū Pauli Decani, Ioannis Dlugosz senioris & iunioris, & cæterorum occupauit ac distraxit. Derslaumq; Crzizanowski Prepositū Vislicien̄, & Canonicum Graccō: ex æde sua Canonicali superpellicio & almucio indutum, ut per familiares suos dinosceretur, de Graccouia extra portam eduxit & expulit. Item Nicolaum Bogdan, Ioannis Dlugossii senioris, Ioānem Bialek, Iacobi Lelouien̄ Canonicales Vicarios, & Martinum Rincza Mansionarium, in superpelliciis ex medio circuitu ecclesiæ, idem Nicolaus Pienyazek Capitaneus extractos, extraq; portā ciuitatis, populo communi ingemiscente, eductos, expulit & relegauit.

Nicolaus Pienyazek Graccouien̄ Capitaneus creatus.

Vratislauiē: & Namislauien̄ ad kazimirū veniunt.

Dissensiōes super Episcopatu Graccouien̄

Nuncii Regis

Derslaus Crzizanowski ignominiam patitur.

CAPVT LXI.

Accidit & aliud malum sub idē tempus. Nā Andreas Tanczinski die Iouis sedecima Iulii, anno domini 1461, quendā Clemen-

tem armificem alias Platnerza obiurgauit, & uiolenter uerberauit, quia ar/ma parum tempestiue illi expediſſet. Qui uiolento clamore ædito, uniuer/ſam plebem concitauit, mox cõſules ad reginam Elizabeth incaſtrum Grac couienſe aſcendentes, quærelas uiolationis contra Andream Tanczinſ ki de poſuerunt, quæ abſente tunc rege utroſq; pacificos in alteram diem eſſe iuſ ſit. Sed Cõſulibus ad prætoriũ redeuntibus, frequens armatorũ numerus ex omnibus ædibus iã aduenerat. Obſeratis igit portis ciuitatis, & cãpana ad

Seditio Grac/couię orta. ſanctã Mariã in unã partẽ pulſata, uehemens ſeditio conſulibus prohibere nõ ualentibus orta eſt. Quod uidens Andreas Tanczinſki, q prius in domo Nicolai Kiſlingk inplatea fratrz ſe cõcluſerat, mœtu correptus, in monaſte rium ſancti Franciſci cum Nicolao Szeczignowſ ki, Spitkone de Melſtein & Ioanne filio ſuo fugit, & in turrim eccleſiæ ſe recepit. Illicq; parum muni/mẽti ſibi ratus, comitibus in ea remanentibus, in ſacrarium cucurrit, & ſe oc culuit, ſed illic ab irruente, rabida, & furioſa turba repertus, teſta capitis ru/

Andreæ Tan/czinſki interi/tus. pta & cerebro effuſo, occiſus eſt, & de eccleſia uſq; ad prætorium per plate/am fratrz, per furioſam plebẽ, mortuus, tractus eſt. Illic quoq; in cadauer ſe uitum eſt, & iuxta prætorium cadauer biduo tentum, tercio demum die ad ſancti Adalberti eccleſiam illatum, & quarto amicis redditum eſt, & tãdem in oppido Xanſz ſepultũ. Citati ergo Graccouieñ ciues anno domini 1462 petebãt feria tercia in uigilia Epiphaniarum, ſe coram Aduocato in urbe iu/re Maydenburgeñ ſecũdum priuilegia eorum iudicari, rege uero & conſilio (qđipſi Gtaccouieñ. in hoc caſu iuris Maydeburgeñ. ordinẽ nõ ſeruaſſent) ad pœnam capitis eos damnante, uenerunt ſabbato infra octauas Epiphani arũ ad prætoriũ, Nicolaus Skora de Gay Caſtellanus Kaliſtieñ, & Nicola/us Pienyazek Succamerarius & Capitaneus Graccouiẽ: a rege miſſi. Et re/perientes conſules ac communitatem ſimul congregatos, quattuor ex conſu libus uidelicet Conradum Lang, Staniſlaum Lamither, Iaroſlaum Szarley, Martinum Belze. Item ex cõmunitate Ioãnem Teſſnar, Ioãnem Volwram pellificem, Albertum pictorem, Nicolaum Serliang calcarificem, & Nico/laũ magiſtrũ lictorũ, ad pœnã popoſcerũt. Qui ut reliquũ corpus ciuitatis ſaluũ fieret omni culpa uacantes, dediti ſunt, & altera die in caſtrũ deducti, in turris partẽ demiſſrorẽ truſi ſunt. Vbi quinq; diebus cõmorati, ſacra con feſſione, ſacroq; uiatico perfũcti, die Veneris quintadecima Ianuarii, per Pe trum de Vaſzmunthow iudicem Sandomirieñ ſentẽciati, ſex tantummodo uidelicet Conradus Lang, Staniſlaus Lemither, Iaroſlaus Szarley, Alber/tus pictor, Nicolaus Szerlang, & Nicolaus magiſter lictorum, publico gla dio in caſtro Graccouieñ, ſub turri quæ Thinczieñ intitulatur, decollati ſũt

Conſules Gra couieñ pœnas pendunt. & in eccleſia ſanctæ Mariæ in medio eccleſiæ in uno tumulo, nõ ſine uniuer ſæ ciuitatis grãdi comploratu ſepulti. Tres reſidui ſcilicet Martinus Belze, Ioannes Teſſnar, & Ioannes Volwram, Ioanni Rapſcinſ ki iuxta condemna tionem traditi ſunt, & altera die in Rapſtin deducti, in cuſtodia habiti ſunt. Nicolaus uero Creidlar tanq̃ mente alienatus, in Melſtein ſe cõtulerat. Ac/cidit & tercia plaga in eadem ciuitate Graccouieñ. Nam die Martis, uigeſi/maſeptima Aprilis, anno domini 1462 ignis e monaſterio ſanctæ Trinitatis (certis fratribus

(certis fratribus ut fertur alchimiã laborantibus) exiliẽs, tectũm eccleſiæ ſu bita celeritate corripiens, late incendium diffudit, & monaſteria & eccleſias ſanctæ Trinitatis, & ſancti Franciſci conſumpſit. Item plateas Caſtrenſem, Fraternitatis, Columbatũ, Argentariorum, Lixarum, Legati, Piſtorũ & Iu/deorum. Et fuit plaga ingens, ducentis milibus florenorũ uix reſtaurabilis. Propter hæc mala & miniſtrorum eccleſiæ perſequutionem, teſta beati Sta/niſlai prodigioſe, a Ioanne Archidiacone & adminiſtratore Graccouieñ in

Ignis ex Clau ſtro ſanctę Tri nitatis exortus

Prodigium. proceſſione portata, ſudauit, & dum abſterſione ſiccaretur, ſudare non deſti tit. Eodem ãno 1462 die Martis, decimaoctaua Maii, rex Kazimirus, genti/bus ſuis in ſex agmina partitis, ex Wſchowa in pulcherrimo apparatu, uer ſus Glogouiam egreſſus eſt. Et dum Glogouiæ appropinquaret, Georgius rex Bohemiæ, ad unum miliare ei occurrit, & in equis ſeſe mutuo ſalutantes rex Poloniæ in arcem Glogouieñ, Bohemiæ uero in pretorium deducti ſunt Superatum ſe rex Bohemiæ Georgius a Kazimiro rege poloniæ, tam appa ratu q̃ numero & robore gentium, pluſq̃ triplicato numero aſſeruit & mira tus eſt. Nouenis diebus conſilio uacabant, & fœdus in mortem utriuſq; regis duraturum ſanxerunt. Et ne ſuper caſtris Oſwanczim, Volek, Zathor, Zi uiecz, & Szeuior regem Poloniæ Bohemus inquietaret, edixerunt. Circa ſe ſtum autẽ Bartholomei eodem ãno Borzny de Skrzin, ex Bithcza & Wlo dek filius eius ex caſtro Lethawa, cum mille quingentis hominibus rapto ui uere ſolitis, in terra Oſwanczimieñ Petram ſitu & natura firmiſſimã, quam fluuius Szola abluit occuparunt, & eam ſpolio oppido Zari incaſtellaue/runt, & Bukouiecz appellarunt. Exinde uniuerſam terram Oſwancimieñ ſpoliis & flammis uaſtabant. Hos feria quarta poſt Mathei, Nicolaus Pie/nyazek Capitaneus Graccouieñ obſedit, & grauiſſima fame præſſos, ad de ditionẽ feria quarta in uigilia Simonis & Iudæ apoſtolorũ compulit. Petrus Donin de domo Agnorum, regii exercitus Capitaneus, ſimili & maiori for/tuna uſus, die Veneris, die decimaſeptima Septẽbris, prope oppidum Puez

Conflictus Po lonorũ & Pru ſenorum. ki, exercitum Prutenicum conflixit, cuius duces erãt Fridericus Rewnecke & Caſpar Noſtwicz, acerrime pugnabãt, & fatigati obmiſſa pugna omnes quieſcebant, ſuperuenienteq; nouo, q̃uis pauco ſubſidio Polonis, bellum re/ſumpſerunt, temerarie pluſq̃ ſtrennue decertãtes. In quo Friderico Rewnec ka ſauciato, hoſtilis acies in fugam uerſa eſt, & in ore gladii perſequuta. Ex/tunc negocia belli regis Kazimiri in Pruſſia dietim meliora ſuccedebant. In Mazouia uero mortuo Boleſlao duce Ploceñ, iudicialiter rex Kazimirus in

Proceſſus iudi cialis kazimiri in Conradũ, p ducatu Ploceñ. Piotrkow cõtra ducem Conradũ proceſſit, q terrã feudalem regi Kazimi/ro debitam occupaſſet. Diffinitumq; fuit per iudicem Staniſlaum de Oſtro rog, uigeſima Nouembris, ducatum Ploceñ regno pertinere, & ideo regem in poſſeſſionẽ ipſius mittendum decreuit. Et rex Kazimirus in die ſancti Ni/colai Rauam perueniens, a Grothone Czeſznik, deinde in Goſtinin progre diens, a Nicolao Kuczinſ ki poſſeſſionem ſibi traditam. A militaribus uero utriuſq; diſtrictus, fidelitatis iuramentum accepit.

CAPVT LXII.

ANno autẽ domini 1466 oppido Choynicza in Pruſſia per obſi/

Inscriptio pacis.

dionem & emaceratione cõquisito. Facta est pax perpetua, die solis decima nona mensis Octobris. Et in priuilegio perpetui fœderis, Rudolphus sedis apostolicæ legat⁹, manu propria se subscripsit, & tres notarii publici. Sigillis insuper regis Kazimiri, & Lodouici Magistri Prussiæ, Prælatorũ quoq; & Consiliariorũ partis utriusq; roboratũ est. Tũc recuperatæ sunt, & ad corpus regni Poloniæ, terra Pomeraniæ, Chelmeñ, & Michalouieñ, redierũt. pro quibus recuperandis centũ & quinquaginta ãnis pugnatũ est. Tunc etiã Culmeñ ecclesia metropoli & matrici suæ ecclesiæ Gnezneñ reunita est, q̃ per annos circiter ducentos, ab ecclesia Polonica abstracta, Liuonicæ Rigẽsi (in rerũ natura dum Chelmeñ fundaretur nondum extãti, & per longa terrarũ mariumq; spacia distanti) adiecta erat. Tunc quoq; bellum Prutenicum quattuordecim annis sub rege Kazimiro agitatum, finitum est. Et rex Kazimirus ad pugnandum & euertendum Bohemos hereticos, per Rudolphum apostolicũ legatum, Lauantinum Episcopum adhortatus est. Et anno sequẽti, Graccouiã feria tercia post Iacobi apostoli, quæ fuit uigesimaoctaua Iulii ueniẽs, idem Rudolphus omnium processionũ & uniuersitatis honore excep tus, supplicauit. Vt rex Kazimirus unanimi electioni, de eo Iglauiæ p Barones Bohemiæ, de mãdato summi Pontificis factæ, consentiendo, regnum Bohemiæ per se uel suum filium susciperet, sed propter fœdus quod cum rege Girzik in Glogouia pepigerat, nõ acquieuit. Aiunt Astrologi regi Kazimiro horoscopasse & ascendisse in suo natali principiũ Capricorni, & ex naturali inimicitia Prutenos sub signo Cancri, quod est oppositũ Capricorno locatos, expugnasse. Non autẽ talis inclinatio contra Bohemos Leoni subiacentes fuit. In anno item domini 1470 Alexander uir insignis electus, confirmatus Forlinieñ, & Orator apostolicus, Graccouiam uenit. Postulauit, ut Kazimirus rex Poloniæ, in Georgium regem Bohemiæ hereticum, & ecclesiæ Romanæ rebellem, cõsurgeret. Item ut affinitatẽ & fœdus cum Mathia rege Hungariæ, per filiam quam antea per Prothasiũ Episcopum Olomucen in coniugem postulauit, iungeret. Et q̃ regẽ Mathiam in ecclesiam Romanam optime meritum, a iure regni non rescinderet. Kazimirus uero nunciis ad Imperatorẽ Romanorum Fridericũ missis, obtinuit, ut primogenitus ipsius filius Wladislaus uiuente & consentiente eo, in regem Bohemiæ coronaretur. Et sequenti anno Georgio Posdzebraczki rege Bohemorũ defuncto, eum in Pragam in regem Bohemiæ coronandũ misit. Mortuus est autẽ Georgi⁹ rex Bohemiæ morbo enormi, & inflatura pedum grauatus, in Pragã, in curia regia anno dñi 1471, die Veneris uigesimasecũda Marcii. Quẽ præceptor suus sceleſtus, & Bohemoꝝ seductor erroneus, Ioãnes de Rockẽczan, quindecim ante diebus fato & morte præcesserat. Cadauer aũt ipsius Girzikonis altero die exenterãdo, epatis medietas corrupta, & in felle lapillus ouo colũbino similis, & abdomen quãtitatis palmæ, reperta sunt. Quod sequentibus diebus in ecclesia sancti Vẽceslai, inter busta regum Bohemiæ debili pompa conditum est. Bohemi ergo reiectis cæteris competitoribus regni, Wladislaum Kazimiri regis Poloniæ primogenitũ, in regem Bohemiæ feria secũda post Vrbani, die Lunæ, quæ fuit uigesimaseptima Maii, hora duodecima

Bellum 150 annorum.

Bellum annorum. 14. finitũ.

Rudolphus legatus apostolicus.

Orator apostolicus Graccouiam venit.

Primogenitus kazimiri in regem Bohemię electus.

Georgij mors.

duodecima, concorditer acclamarunt & elegerũt. Præter trẽs dominos uidelicet Ioãnem Rosemberski, Sdẽkonẽ Konopniczki, & Henricũ Hradeczki q̃ partẽ regis Hungariæ sequebãtur. Audito Mathias rex Hungariæ Bohemos eius parti non fauere, in furorem uersus, cœde, igne, & grauicrudelitate in Bohemos debachatus, arces & oppida eorũ diruit, & in deuictos desæuiit. Wladislaus autẽ in regem Bohemiæ electus, eodem anno die Iouis. 25. die Iulii, quæ est dies sancti Iacobi apostoli, de Graccouia egressus, habẽs in exercitu septem milia equitum, & duo milia peditum exercitatorũ militum, per Skauinam & Oswanczim, usq; in Pragam peruenit, quã die Lunæ decimanona Augusti attingens, summo honore omnium processionũ & omniũ ordinum atq; statuum exceptus est, & in regiam deductus. Die tãdem Iouis 21. Augusti in ecclesia metropolitana Prageñ, per Nicolaum Episcopũ Camienyeceñ, alias Podoliæ, assistẽtibus sibi Paulo Laodicieñ, & Vincẽtio Enesiensi Episcopis, quindecimo gradu Libræ ascendente, cũ ingenti leticia omnium coronatus & inunctus, sacramento eucharistiæ, sub una tantummodo specie deuotissime procuratus est. Auditis his, quæ in Bohemia facta fuere, Hungari, regem Poloniæ Kazimirum, frequentibus nunciis & promissis fatigarunt, ex quibus præcipui fuerunt Ioannes Archiepiscopus Strigoniẽ, Ioannes Episcopus Quinqeccleſieñ, & Rainoldus de Rosgon, ut eis secundo genitum filium suum Kazimirũ pro rege mitteret, quia Mathias rex eorum exterminium, per spolia, & improtectionẽ a Thurco eis struere t. Rex itaq; secundogenitũ suum cum duodecim milibus equitũ & peditum, inter quos mille Thartari erant, in Hungariã misit, qui usq; ad Nitriam peruenit & illic consedit, & nemo ex Hungaris ad eum uenit, nec sumptus in expeditionem, & bellum secũdum promissa præbuit, sed fide uariata, Mathiæ regi in Buda cõmoranti subsidia ferebãt. Et quom donatiuũ deficeret, Almanicus exercitus, qui apud principem Kazimirum merebatur, discessit, quẽ plures aulici regis Poloniæ, Kazimiro principe filio eius deserto, in domos reuersi sũt. Postea obprobria & aliqui eorum carceres passi. Hoc cognito rex Mathias, cum nouo exercitu Kazimirum, in Nitra uallare appropinquãdo disponebat, qui ex Nitra feria quinta in die sancti Stephani Prothomartyris, nocte cum aulicis egressus, tam præcipiti cursu nullo persequente in Ilawa castrum suarũ partium peruenit, ut sexaginta quadrigas illum sequẽtes, ab agrestibus intercipi permiserit. Paulo Iassenski cum quattuor milibus armatorum pro defensione Nitræ relicto, quam egregie contra regem Mathiam defendit. Et facto pacto uersus Turzecz in comitatu quattuor milium armatorum discessit. Hunc rex Mathias rupto pacto, insequutus est, sed cognito Pauli Iassenski, & sui exercitus animo obstinato retrorsum abiit. Et quattuor loca incastellata scilicet Ilauiam, Turcz, Michalow, & Vbyena expugnauit, quintum uero præsidium in Stropkow, in obsidionẽ non peruenit. Inflatus ea fœlicitate Hũgariæ rex, plura figmẽta de suis trophẽis, quasi exercitũ principis Kazimiri, de quindecim milibus acie conflixisset, & pluribus elenodiis, & uasis præciosis spoliatum, de Pannonia turpiter eiecisset, summo Pontifici & pluribus regibus & principib⁹ orbis, ad potentiã & gloriam suæ

Resistentia electionis.

Vladislaus Graccouiam egressus.

Vladislai exceptio & coronatio.

Nuncij Hungarorum.

Dolus Hungarorum in Vladislaum.

Mathias rex Hungariæ dolos kazimiro struit.

Facta victoria

riam suæ uirtutis perscripsit. Ioannem Strigonien Archiepiscopū ex Wratislauia oriundum, Ioannē Quinqeccleslen, & alios afflixit. Armigeri qui apud Pannonias militauerant, in Poloniā reuertentes, dum stipendia illis tardius soluerētur, in bona ecclesiastica dioceſis, præsertim Graccouien seue accrude, deinde in quoslibet obuios grassari libere cœperunt, etiā in suburbiis Graccouien affuerūt, & apparuerunt. Duo Cometes præfatorū malorum causæ, unus in autumno præcedentis anni, ualde magnus & rubens, ante lucem auroræ oriens, caudam antrorsum & in occasum porrigens, uno mense uel circa durans. Ego in puericia mea ad litterarum palestram cum pedagogo ante lucanum pergens, sæpius eum inspexi, artem astrorū nondum sciēs quam quom conquisiui. Cometem Mathucam aut militem de natura Martis, per finem signi uirginis, & per libram gradientem iudicaui. Alter Cometes in proximo scilicet in Ianuario, anno Christi 1472 apparuit, solem post occasum suum sequens, caudam uersus orientē post se satis longam trahens respectu tamen præcedentis multo minor fuit, qui duobus mensibus uel circa perdurauit. Scioq; ꝙ talem Astronomi dominū Astone, de natura Mercurii & parum Saturni nuncupant, primo sub Aquario transiit, postea sub piscibus & Ariete, semper solem sequens. Subsequutus fuit ingens ardor caliditatis & siccitas quasi per tres æstates, liteſq; & bella in Hūgaria, in minori Polonia, Bohemia, Germania, Burgundia, & Francia cinxerunt.

Duo Cometes notabiles.

Duratio insignis.

CAPVT LXIII.

IN hoc anno Marcus, natione Venetus tituli sancti Marci præsbiter Cardinalis Patriarcha Aquilegien, ad Kazimirū Poloniæ regem, a Sixto papa quarto missus, Graccouiam die Saturni, quarta mensis Iulii aducnit. Kazimirus Poloniæ rex, obuiā illi personaliter Vielieczkam uersus, cum Kazimiro filio in comitatu insigni exiuit, Et a processionibus omnium ecclesiarum, ac uniuersitatis magno honore, a tribus tandem filiis regis, Alberto, Alexandro, & Kazimiro pulchre coram perorantibus, exceptus fuit. Altera die splendido prandio refectus, & audientia illi die sequenti concessa, cōmemoratis perniciosis criminibus Thurci, pacem cum Hungariæ rege multipliciter persuasit, obsecrans regē, ut quæ armis quæsiturus erat, per conditiones pacis susciperet, & cum cæteris Catholicis regibus contra Thurcum in arma prodiret. Ex Graccouiaq; transiens, in Nissam & postea in Oppauiam, Cardinalis Marcus pacem inter reges Poloniæ & Hungariæ cōponere nitebatur, nec efficere potuit. Concitauerunt ergo Poloni, & immiserunt in Hungariā belligeros pedites, qui nationis polonicæ fuerunt omnes, fratres appellati. Hos rex Mathias in duobus montibus, Modragora & Bukowiecz, quos in Hungaria incastellauerāt, expugnauit & contriuit. Et in principio sequētis anni 1474, misso Tarczithomasz cum sex milibus armatorū, oppidum Smigrod nocte intempesta, oppidanis nihil suspicantibus, clam conquisiuit, & arcem machinis expugnauit. Deinde oppida Iaszel, Brzostek, Colaczicze, Fristath, Dambrowdzal, Dublia, Pilino, & uillas prope ducentas incendio conflagrauit. Et oppidū Crosno uallando, libere in prædis & cædibus grassabatur. Donec per constitutiones pacis

Legatus papæ ad kazimirū.

Exercitus Polonorū a Matthia rege deuictus.

tutiones pacis a rege Hungariæ Mathia, tarde impetratas, gentes ipsius in Hungariā fuerūt reuocatæ. Conuersusq; contra Petrum Comorowski Polonum de nobilitate ciphorū, sub eo munitiones & castra Rosemberk, Hradek, Zabnyecz, Vetus castrum & sancti Nicolai, & Likawa expugnauit. Castro uero Horawa in quo se concluserat, octo milibus florenorum redempto, cum omni suppellectili in Poloniam ipsum abire permisit. At Kazimirus rex Poloniæ, in rege Mathia, suas & Wladislai regis Bohemiæ iniurias ultum iri uolens, die Veneris duodecima Augusti, anni præfati, ex noua ciuitate in Mstow processit, & exercitum polonorum, Lithuanis & Thartaris illum augentibus, ac sexaginta milia pugnatorū estimatum, collectū, in Sleſiam uigesimasexta Septembris promouit, & duobus oppidis Cruczbork & Biczina conquisitis, cætera obmisit. Odraq; apud Chrapkouicze superato, statiua prope Olauiā tenuit, ubi pabulatores eius die Mercurii, duodecima Octobris in ortu solis, exercitus regis Mathiæ de Wratislauia, in qua se cōcluserat, emissus, iuxta uillam Swonouicze inuasit, & facile fudit. Quomq; tumultuarii milites & caterua Thartarorū accurrisset, grādis instaurata fuit pugna, regeq; Kazimiro uexillum maius cum aulicis & Lithuanis mittente, sub ducatu Pauli Iassenski, extemplo hostilis exercitus terrore nimio agitatus, terga uertit, fugientesq; passim cœsi & capti sunt. Numerus desideratorū mille, captiuorum uero insignium sexaginta erat. De captiuis fuerunt, Vlricus Perstenski, Petrus Haugwicz, Paulus Karwath, & cæteri. Venit tādem die Lunæ. 24. Octobris Wladislaus rex Bohemiæ, cum uiginti milibus quoꝝ maior pars erat peditum, per regem Kazimirum, adhuc statiua circa Olauiā tenentem, hilariter exceptus, & dudum exspectatus. Ipsius enī causa bellum gerebatur, exinde ad Wratislauiā coniunctis exercitibus itum est & ciuitas ex una parte, a longe tamen, est obsessa, sed non expugnata, quia absq; ordine omnia fiebant, populationēq; & pabulationē absq; duce agentes intercipiebātur. Intātum ut omnes turres & omnia ergastula Wratislauien captiuis polonorū impleta fuerūt. Casualiq; exorto incendio, quod uētus augebat uehemens, multi mortales, equi plurimi, & currus cum uictualibus quingenti, tanto exercitu opem non ferente, absumpti sunt. Repertæq; fuerūt in semiustis quadrigis pixides diuinissimum sacramentū eucharistiæ continentes, & intellectum est, conflagrationē ignis, plagam fuisse dei. Videns autē Mathias rex Hungariæ, utrumq; regem cum tot gentibus nihil agentem, timiditate quæ eum inuaserat, depositā, gentes suas in terras Vielunen & maioris poloniæ misit, quæ illas oras frequentibus incendiis, rege Poloniæ non obstante uastarunt. Irruerāt & gentes ducis Nicolai Oppolien in oppidum Clobuczko, sed ab oppidanis magna clade deuicti sunt. Caspar Szak, & Melcher Leber cæteriq; homines ducis Kozuchouien, & terrigenæ Glogouien, oppidum Miedzirzecz, negligenter obseruatū, nocte intempesta incenderūt & receperunt, arcem uero Sandiuogius Capitaneus, auro ut fertur illis tradidit. Qui omnem illam oram usq; ad ciuitatē Posnanien inspoliis & incendiis afflixerunt. Accidit deinde in exercitu Poloniæ & Bohemiæ regū, carestia, fames, dissinteria, & æpidimie. Coactiq; sūt ambo reges sufferentias

Petrus Comorowski.

kazimiri uitio

Ingressus in Sleſiam eiusdē

Conflictus.

Desiderati & captiui.

Captiuitas polonorum.

Ignis uehemētia Vratislauiæ

Mathiæ audētia.

Sinistra fortuna exercitus Polonorum.

sufferentias, quæ ab illis a rege Mathia Hungariæ expetebãtur, concedere & certis habitis tractatibus fœdera in duos annos cũ dimidio conclusa sunt cum maxima Polonorum & Bohemorũ iactura, qui nulla re memorabili gesta, discesserunt. Rex autẽ Mathias Hungariæ, more suo litteras ad summũ Pontificem, ad Imperatorẽ Romanorũ, & alios Reges ac Principes scripsit, suam potentiam efferendo, & regum Poloniæ atq; Bohemiæ extenuando. Litteræ Mathiæ. Scripsit & Gabriel frater minorum Episcopus Agrien, postea Cardinalis, carmina inuectiua contra Polonos, quæ incipiunt. Bruma uenit, nix alba ruit, migrate Poloni. O fugite ad proprios algida turba lares &c. Cui ex aduerso Gregorius Archiepiscopus Leopolien pro Polonis rescripsit. Garrula lingua tace, nec sensu nec ratione, Vlla uales, uerba pudenda uomis &c.

CAPVT LXIIII.

ANno autẽ domini 1477 instigante, ut ferebatur, rege Hungariæ Mathia, Cruciferi Prussiæ defectionem parabant, & Nicolaus Comorowski castra quædã incastellauit. Misso uero Petro Donin Castellano Siradien, cum sexingentis equitibus & quadringentis peditibus. Adiuncto ei Ioanne Biali, in Mariemburk Cruciferi cũ quibus duces Mazouiæ pactũ habuerunt a defectione cesserunt. Iacobo quoq; Dabienski Palatino Sandomirien & Capitaneo Graccouien aduersus Comorowski expedito, castra Barwald, Szefflari & Ziuiecz, per obsidionem sub septem septimanis conquisita sunt. Et castrum Barwald ualde spissum & forti muro munitum, iubente rege Kazimiro deiectum & solo equatum est. Castrum Barwald demolitum. Ziuiecz uero incendio deletum, Szefflari Marco Ratoldi, eo q̃ pecunias a rege in eo haberet inscriptas, est restitutum. In anno quoq; sequenti bellum contra regem & regnum Martinus Treslar Magister Prussiæ, & Nicolaus Tungen occupator Varmien Episcopatus resumebãt, sed ex tempore deciderunt. In annoq; 1479 Nicolaus Tungen in Piotrkow ueniens, regi Kazimiro reconciliatus, iuramẽtum fidelitatis præstitit. Tandem & Martinus Treslar Magister Prussiæ, omni ptinacia deposita, die Saturni, nona Octobris eiusdem anni, iuramentum fidelitatis regi in arce nouæ ciuitatis, in præsentia oratorum regis Hungariæ, Stephani Comitis Scepusien, & Vẽceslai Beczkowski Bohemi, præstitit. Homagia Kazimiro præstantur. Anno autẽ domini 1485, die Iouis, quindecima Septembris, quæ fuit in crastino exaltationis sactæ Crucis. Stephanus Palatinus Valachiæ iuramentũ fidelitatis cum suis Boyariis regi Kazimiro in Kolomya oppido Russiæ præstitit. Vbi nõnulli stipendiarii Bohemi, qui noctu exercitum præfati Stephani Palatini inuadentes deprædati fuerant, rege mandante, capite truncati sunt. Acceptoq; exercitu mercede cõductoq; a rege, Stephanus Palatinus Thurcas grassãtes, de Valachia expulit, & duces exercitus remuneratos, una cũ exercitu in Poloniã remisit. Et quia Thartari sæpenumero terras Russiæ & Lithuaniæ uastabãt, rex Kazimirus contra eos Ioannem Albertũ terciogenitum expediuit, quo aduentante, Thartari ad sua se receperunt. Ioannis Alberti in Thartaris victoria. In anno quoq; domini 1489 iterum contra eosdem missus, decima die mensis Iulii de Graccouia exiuit, & Thartaros circa sceposa loca compræhensos fudit, & reliquos dissipatos e terris Russiæ effugauit, ad

uit, ad genitricemq; cum triumpho & gloria rediit. Mathia autẽ rege Hungariæ, in Vienna Austriæ morte absumpto. Anno domini 1490, die Lunæ, quinta mensis Aprilis, dominica siquidem Palmarũ quom letaretur ex peroratione legatorũ regis Franciæ, inter prandendum ficus afferre sibi iussit, quas quom ab aulicis consumptas didicisset, nimio furore & ira captus, in Apoplexiã incidit, qua oppressus mugitus quosdam ædidit, insensibilis tamẽ iacuit. Mathiæ regis obitus. Donec in crastino post palmarũ spiritũ exalauit, tũc Ioannẽ Albertũ ab Orsag. i. cõmunitate nobiliũ in Rakosz electũ, rex Kazimirus in Hũgariam misit. Successor sibi digitur. Qui die solis 17. mensis Iunii, cum notabili exercitu summo mane diuinis officiis ex mandato festinanter peractis, de Graccouia egressus, per Sandecz & iuxta Cassouiã transiens, usq; ad Pest peruenit. Compertoq; q̃ Wladislaus germanus eius senior natu, & rex Bohemiæ a põtificibus & potentibus regni Hũgariæ dudum uocatus, & dominica circa exaltationis sanctæ Crucis, quæ fuit decimanona mẽsis Septembris, in regem Hungariæ in alba regali fuisset coronatus, & Budæ residentiam tenens, oppidum Pest & loca uicina gente armata aduersus Ioãnem Albertũ opplesset, a Pest retrocedens, Cassouiã obsedit. Dissensio propter regnum. Castrumq; Szarisz & oppida Aperies, & Cibinium cum adiacẽtibus in deditionẽ accepit, sed & nouam ciuitatem seu Riuulum dominaq;, per quosdam suos armigeros expugnauit, quod Hungari perpendẽtes, & Cassouiensibus obsidione laborãtibus subuenire cupiẽtes. Pro concordia fratrum instabant, & eam circa carnispriuium in præsentia præfatorum principum & fratrum in campo iuxta Cassouiam confecerũt. Vt Wladislao Hungariam tanq̃ rege legittime coronato possidente, Ioannes Albertus dux Slesiæ maioris Glogouiæ cum Kozuchow, Wladizslaw & possessione oppidorũ olim ducis Zeganen acceptaret & teneret, quod & factum est. Sub eo tempore puta circa festum Epiphaniarum, sydus crinitum quod Cometẽ uocant, subtercia facie piscium apparitione emersit. Apparitio Cometæ. Ab astrologis dominus Astone nominatum capite nõ magno, cauda uero prolixiore, sed tenui & paruæ lucis, de natura Mercurii, sequebaturq; solem post occasum, cauda post se ad orientem protensa. Tametsi concordia fratrum cõflata fuisset, & decreto firmato, Glogouia cum certis oppidis Slesiæ duci Ioanni Alberto assignata esset, simul & per Capitaneũ ipsius Ioãnem Polak, in usufructum & possessionẽ acceptata fuisset. Attamen Ioannes Albertus persuasus de Hungaria minime exiuit, quod Hungari moleste ferentes, Stephanum Comitem Scepusien, & regni Hungariæ Palatinum ac gubernatorem cum duodecim milibus armatorum aduersus eum destinarũt, quo cum in kalendis Ianuarii alias prima Ianuarii ãni Christi 1492 circa occasum solis cõgrediens, Ioannes Albertus facile superatus est, quoniã dumtaxat bellatorũ duo milia habebat. Ioannis Alberti permanentia in Hungaria. Nox tamen atra non parum adiumenti superatis & fugientibus præbuit. Stephanus Comes Scepusien aduersus eum pugnat. Dux quoq; Ioãnes Albertus a suis in tenebris derelictus in captiuitatẽ Hussaronum uenerat, quem ex loquela quidam aulici cognoscentes, singillatim unus post alterum cum clamore (ut putarentur plures) accurrentes eripuerunt, & in Aperies deduxerũt. Ioannes Albertus superatus. Et sequentibus diebus p compositionẽ facta pace, Hungari uersus Budam, dux uero Albertus Graccouiam

couiam diuertit, quem uenientem, Graccouienſes honorifice ſuſcipientes in arcem Graccouieñ deduxerunt. Et illic uſq; in diem mortis Kazimiri genitoris ſui permanſit. Kazimirus ſiquidem genitor ipſius & rex Poloniæ, poſt feſta paſchæ eodem ãno 1492 ſenſim ex profluuio uentris in Lithuania ægrotare cœpit, & quom ſui philoſophi reſtringere aut noluerunt aut non potuerunt. Monachorũ minorũ de obſeruantia, quos uulgariter Bernardinos nuncupãt, accepto conſilio. Pane groſſiſſimo ac nigerrimo Lithuanico in Grodno uentrẽ conſtrinxit. Et exhilaratus in ſuos medicos inuexit, q; relligioſorũ medicina pluris ualeret q̃ in arte medica doctorum. Cœpit tamen ſtatim ſecũdum pedes tumere, quod quom nec fratres, nec philoſophi curarent, Iacobum de Zaleſze ſuum medicũ percontãdo requiſiuit. An adhuc ſpes eſſet ſanitatis, qui quom reſpondiſſet minime, tanq̃ fortis athleta imperterritus ſubiunxit, ergo moriẽdum eſt, & medico addente, utiq;. Vadas ergo inquit, aſtanti, pro confeſſore & pro ſacerdotibus, ut mihi ſalutaria præbeant ſacramenta. Perceptis itaq; rite ſacramentis, & teſtamẽto facto, in priuatis & abditis locis centũ milia aureorũ oſtendit, quos inter filios partiendo, Ioãni Alberto minimã ſortem deſignauit, quonia inquit in Hũgarico bello multa abſorpſit, ſicq; in pace mortuus eſt, in caſtro Grodneñ, die Iouis, ſeptima menſis Iunii proxima ante feſtum Penthecoſtes, ut eiuſdem menſis principiũ exicium mortis eſſet, cuius finis inicium regni & coronæ erat. Regnauit autẽ in Polonia quadraginta quinq; annis, abſq; decem octo diebus. Nõ computatis duobus ãnis & medio, ab interitu germani ſui Wladiſlai in Thracia, quibus regnum Poloniæ uacauit. Relatus autẽ & adductus Graccouiã, eadẽ die ſcilicet undecima die mẽſis Iulii, quæ eſt dies trãſlationis ſancti Benedicti poſt meridiem, in dextra parte ſacelli noui ſanctæ Crucis, per reginam Elizabeth conſortem eius conſtructi, ſepulturam accepit. Cũius opera mauſeolum eſt ſuperpoſitum marmoreum, cum ſupereminentia lignorum rubefactorum. Erat autẽ maxima pompa tam in ſepultura q̃ in exequiis, cohoneſtãte & funebria peragente regina Elizabeth, cum filiis, Prælatis, Pontificibus, & Baronibus regni. Aderant proceſſiones totius urbis, & equites armati cũ uexillis ſecundum numerũ prouinciarũ, quibus dum uiueret imperabat. Aderat & uniuerſitas ſtudii Graccouieñ: clerici, & plebis multitudo copioſa. Fuit autem rex Kazimirus proceræ ſtaturæ, ſecundũ anteriorẽ capitis partẽ a uertice per totum caluus, faciei oblongæ & macræ, uocis bleſæ, ab ineunte ætate uſq; in finem uitæ ſemper uenator & auceps. Canes uenaticos plurimũ diligens, quod ex uno exẽplo cognoſce. Dũ Wladiſlaus dux Ribniceñ & Plezineñ, fatuus agnominatus, donaria Wladiſlao regi Bohemiæ miſſa intercepiſſet, & parſum iri ſibi præcaretur. Canes inquit uenaticos dumtaxat reddat, & cætera poſſideat donaria, tanq̃ canes maioris ualoris fuiſſẽt rebus cæteris. Fuit homo ſemper ſobrius, aquam bibens, uinum, ſiceram, ceruiſiam, & pharmacũ nunq̃ guſtans, & odorem eorum execrans atq; faſtidiens. Inuenerem procliuus, balnea & fomentationes crebras amãs. Commeſſationi & cõmeſtioni indulgens ac intentus, laboris, frigoris, fumi, uenti, æſtus patientiſſimus. Poſtq̃ ex ducatu Lithuaniæ in regem Poloniæ aſſumptus eſſet, clerum perturbauit

kazimiri ęgritudines.

kazimiri mors

Pompę funebralis deſcriptio.

kazimiri ſtatura, mores, & geſta.

Patientia eius.

rum perturbauit, præcipue pro Epiſcopatu Graccouieñ contendentes. Deinceps uero ad tempora uitæ, eum multũ ueneratus, ad prãdia fæpenumero uocabat, ut quottannis Graccouiã ueniret, Prælatos, Canonicos, Doctores & Magiſtros aleret, & prandiis oppipare inſtructis reficeret. A ſubditis ſuis pecunias corrogabat, petebat, & mutuabat, promiſſi memor & uerax. Mutuata q; perſoluens, regios prouentus, caſtra & oppida arendans & inuadias Edificia negligens, ita ut pleraq; caſtra ſui dominii colapſa ruerẽt, aut tectis denudata priuarentur. Coniugis ſuæ reginæ Elizabeth ferundus amator, & ab ea reciprocis adamatus amoribus, ut fœlix coniugium inter eos ore omnium diceretur. Prolem quoq; frequentẽ & numeroſam, mares ſex, fœminas ſeptem procreauit. Ex quibus quattuor reges fuerunt. Wladiſlaus primogenitus rex Hungariæ Bohemiæq;. Ioannes Albertus, & Alexander. Item Sigiſmundus, reges Poloniæ ſucceſſiue regnantes. Kazimirus autẽ ſecundo genitus, ptiſi præfocatus, in Vilna tumulatus requieſcit. Et ut fertur pro ſanctitate uitæ miraculis coruſcat. Vltimus filius Fridericus, Cardinalis tituli ſanctæ Luciæ in ſeptem ſoliis, Archiepiſcopus & primas Gneznen, Epiſcopuſq; Gracco: fuit. Septẽ autẽ filiæ fuere. Heduigis maior natu Georgio duci Bauariæ deſponſata. Sophia ſecunda filia Ioanni Marchioni Brãdenburgen. Anna quinta filia Boguſlao duci Stolpeñ & Stetineñ. Barbara ſexta filia Georgio duci Miſznen. Vltima earum Elizabeth Legnicenſi duci nupta. Elizabeth autem tercia inter filias immatura morte præuenta, in ſepulchrõ Hedũigis materteræ Graccouiæ tumulata quieſcit. Similiter Elizabeth inter filias quarta in pueritia occumbens, in dextra parte chori ſepulta eſt. Inſuper rex Kazimirus cum Cruciferis fratribus Theutonicis in Pruſſia longum & periculoſum geſſit bellum, quos tandem poſt quattuordecimum annum ſuperauit ac domuit. Et reſurgentes iterũ & iterum tanq̃ Hercules claua, Idram renaſcentem, & Antheum e terra ſurgentẽ occidit & ſilere coegit. Glorificet ergo deum Polonia, q; caſtra & ciuitates munitas, labore alienigenarum conſtructas, per regem Kazimirũ regno Poloniæ contulit, ut cuſtodiret legem domini & iuſtificatiões eius requireret, quẽadmodum in pſalmo centeſimo quarto dicitur. Dedit illis regiones gentium, & labores populorũ poſſederũt, ut cuſtodiãt iuſtificationes eius & legem eius requirant.

Proles kazimiri ſexꝰ utriuſq;

Expreſſio potentiæ ſuę in Pruthenos.

CAPVT LXV.

ANno domini 1447 Sbigneus Epiſcopus Graccouieñ eccleſiam Collegiatam in noua Sandecz cum aliquot Prælaturis & Præbendis fundauit. Eodem anno multa ſpolia & furta in regno poloniæ ſub hyemem per raptores & fures de Sleſia & Hungaria ſuborta fuerunt. Et non erat defenſor, rege Kazimiro in Lithuania manente Anno domini 1448. Veniente ex Lublin a rege Kazimiro in Graccouiã Baptiſta Epiſcopo Camerineñ nuncio apoſtolico. Prælati & Capitulum Graccouieñ, Conſulatuſq; & ciues Graccouieñ in mille quingentis equis, ſplendide obuiam exeuntes, eum ſuſceperunt. Vniuerſitas autẽ Graccouieñ nullam ei, etiam monita & rogata, reuerentiam facere uoluit, quoniã concilio Baſilienſi, & non papæ electo, aſſiſtebat. Propter quod præfatus Epiſcopus Baptiſta contra

Raptores in Poloniam.

Baptista Episcopus Cameriñ Craccouieñ uniuersitatis hostis.

ptista cõtra uniuersitatẽ fremebat, & eam beneficiis priuare conabatur. Ac cum consensu regis de regno expellere, quem Sbigneus Cardinalis & Episcopus Graccouieñ persuationibus suis abducebat & mitigabat. Et ut fertur ipso redeũte Romã, Nicolaus papa quintus, q̃ arrogãter & minus prudenter egisset, eũ in cõspectũ suũ admittere noluit. Et exinde tabefactus, præ tristicia in breui uita finiuit. Eodẽ ãno Ioãnes de Huniad gubernaror regni Hungariæ numeroso & forti exercitu coadunato, Thurciã alias Græciam intrauiit, & quom ad campũ Cossowo peruenisset, Imperator Thurcorũ cũ tricẽtis milibus equitũ, & sexaginta milibus peditum superuenit, ubi feria quinta ante Lucæ euangelistæ æquo marte pugnatũ est. Altero die Hungarorũ exercitus occidebatur, & a multitudine Thurcarũ concludebatur, ita q̃ confractus in nocte fugam iniit. Sabbato autẽ pauci ex Polonis & Bohemis in castris remanentes, a mane ad meridiem machinis & balistis se tutabantur tandẽ ad extremũ uicti, fere quindecim milia occisi sunt. Capti autẽ fuerunt duodecim milia. Ioannes autem de Huniad fugæ se cõmittens, solitarius in Rascia in quodam castro de mandato dispoti Rasciæ captus fuit. Et ad iuramenta ac promissa Prælatorũ & Baronum Hungariæ, dato filio eius in obsidem, dimissus erat, qui liberatus non solum castra promissa non reddidit, sed & quæ iuris Dispoti erãt expugnauit. Anno domini 1449. Felix papa quintus, olim Amadeus dux Sabaudiæ nũcupatus cessit, & publice papatum resignauit, & sublatum est scisma, quod fere decem annis durauit, uersu adagiolo teste. Lux fulsit mundo cessit fœlix Nicolao. Eodem anno Nicolaus papa quintus misit Capellum Sbigneo Episcopo Graccouieñ per Ioannẽ Dlugosz seniorem Canonicũ Graccouieñ. Felix Sbigneus Cardinalis qui trino capellõ redimitꝰ erat. Ab Eugenio quarto, & Felice quinto, Item a Nicolao quinto, quolibet eorũ ad sua suffragia ipsum Cardinalatu allicieẽte. Anno domini 1451 Dauid Imperatoris Thurcorũ fratris filius Mustapha nominati a rege Kazimiro optauit, ut ei per terras suas in Cõstantinopolim transire liceret, quoniã Omarath imperator Thurcoꝝ diẽ ultimũ obierat. Annuit Kazimirus suæ petitioni, & remuneratũ cũ cõductoribus remisit. Cassus tamen suus fuit labor, Thurci enim iam alium imperatorẽ elegerãt. Anno quo supra annum Iubileũ Nicolaus papa quintus, pro uniuerso regno Poloniæ, & magno ducatu Lithuaniæ ad intercessionẽ Sbignei Cardinalis Graccouieñ concesserat, q̃ a mense Decembri ad finem Augusti durauit. Eodem anno grãdis pestis in terris maioris Poloniæ inualuerat. Anno præfato 1451 Iskra de Brandis cum quattuor milibus militum. Ioãnem de Huniad gubernatorem regni Hungariæ, sedecim milia ducentem, feria tercia in uigilia natiuitatis Mariæ, circa Luczencze fudit, quia inchoato prælio, magna pars exercitus gubernatoris fugere cœpit, quam gubernator a fuga cohibere non ualuit. Anno domini eodem feria quinta decima mensis Februarii, quæ fuit dies sanctæ Scolasticæ, dux Boleslaus Switrigal in castro Luczko mortuus est. Anno domini 1453 quoniã duces Ianussius Oszuanczimieñ, & Przemislaus Tosseceñ regionem Polonicã deprædabãtur. Ioannes Sczekoczki Capitaneus, & Ioãnes Kuropatwa Succamerarius Lublineñ, pro Capitaneis electi cum

Dauid Constantinopolim petit.

Iubileus cum peste.

Iskra victor in Ioãne Huniad

Switrigal obitus.

Poloni & Bohemi victi.

Scisma decem annorũ ruptũ.

ctis etiam gentibus præcio conductis contra eos missis, illicõ castrũ Oswãczim obsidione cinxerunt, & ipsum in potestatẽ regis & regni redegerunt. Et Ioãnes de Czizow Castellanus & Capitaneus Graccouieñ in eo locatus est, donec Oswãçimieñ dux pecunias pro stipendiariis expositas solueret, aut ipse cum terra sua feudum regi præstaret. Eodem ãno exercitus Thartarorũ Podoliam uastabat. Ioannes uero Lasez administrator in Zukouiecz, nobilis de domo Pomiany cum aliis administratoribus, uidens se hostibus imparẽ, in campo Krasnew, nocte omne illud robur Thartarorũ prostrauit. Deinde interdiu reliquos exercitus Thartarorũ (qui haud longe aberãt) aggressus ducem Thartarorum, deo fauente occidit, & reliquũ agmen thartarorum in fugam cõuertit, preda de manibus ipsorum erepta. Anno præfato. 53. supra mille quadringẽtos Constãtinopolis Græcorũ metropolis, per Mahumeth imperatorẽ Thurcorũ, die. 29. Maii capta est. Post. 54. diem oppugnationis Imperator Græcorũ Constãtinus nomine, pugnans obtruncatus est, turba populorum trucidata. Matronæ & uirgines ad libidinem raptæ. Saluatoris nostri simulachrũ in cruce pendẽtis derisum & cõemptum præcedentibus qui dicerent. Hic est christianoꝝ deus, in castra delatum, sputo, luto, & sagittis iactatum est. Pera Ianuensium ciuitas, simile periculum uerita, missis nunciis deditionẽ fecit. Thurco autem mandante, turres & mœnia rupta, & solo æquata sunt. Cãpanæ sublatæ & in machinas resolutæ, & 16. milia aureorũ p̃ tributo imposita sunt. Eodem anno dux Ianussius Oszwancimieñ castrũ Oswanczim obsedit, qui cũ ignominia & iactura suorũ repulsus. Antiquum castrũ per patrem suũ ruinatum Volek nuncupatũ reformauit. Et ex eo nõ solum terrã Oswanczimieñ, sed & confinia regni spoliauit. Barones itaq; regni, rege absente & in Lithuania cõmorante, Volek obsederũt, & pacem cõcluserũt. Et quia Polonis ducem Ianussiũ patrimonio suo uiolenter spoliari iniustũ uidebatur, ex pacto ei uiginti milia latorũ grossorum pro terra Oszwancimieñ dederãt, & de ea perpetuo cessit. Ladislaus rex Hũgariæ & dux Austriæ, Pragæ in regem Boheniæ eodem anno scilicet 1453 dominico die qui fuit festum Simonis & Iudæ, per Dionisium Cardinalem & Archiepiscopum Strigonieñ coronatus est. Peracta autẽ coronatione, ut quisq; secundũ arbitrium sub una specie uel duplici cõmunicaret, concessit. Ipse tamen rogatus, hereticorum ecclesias nunq̃ intrauit.

Ioannes dux Oswancimien. victus.

Ioannes Lasez Thartarorũ victor.

Constãtinopolis captiuitas.

Pera Ianuen. ciuitas capta.

Castrũ Volek restauratum.

Ladislai regis Hungariæ coronatio.

CAPVT LXVI.

ANno domini 1455 feria tercia post palmarum, quæ erat prima dies Aprilis. Sbigneus Cardinalis & Episcopus Graccouieñ. Sã domiriæ, dum passio domini in ecclesia Sãdomirieñ cantaretur mortuus est. Ex Sandomiria in Graccouiã delatus, feria quarta paschæ, quæ fuit nona Aprilis, in medio chori sub urna erea, per eũ dum uiueret ordinata, sepultus. Et tres capelli rubei super sepulchrum suspẽsi sunt quoꝝ iã nullus apparet, qm̃ a tribus sũmis Pontificibus Eugenio quarto. Felice. 5. & Nicolao quinto Cardinalis factus erat, quod perraro uni contigit. Exegerat annos uitæ. 66. in pontificatu Graccouieñ annos. 32. in Cardinalatu uero sedecim. Testamentum suum ecclesiis, monasteriis, studentibus,

Sbigneus Cardinalis Episcopus Graccouieñ mortuus.

ægenis & miſerabilibus perſonis, & non ſuis propinquis diſtribui iuſſit. An no præexpreſſo feria ſecunda Penthecoſtes, quæ fuit 26. Maii hora ueſpera rum, dum mechanici in campo auẽ ſagittarent. Ignis de domo Thomæ lori ficis Conſulis Graccouieñ proxima ædi ſancti Petri erupit, & Caſtrẽſem & Canonicalem plateas, & quattuor ædes ſacras ſcilicet ſanctorum Petri, An dreæ, Martini, & Mariæ Magdalenæ cum collegio Canoniſtarũ cõſumpſit. Duæ dũtaxat domus canonicales magiſtri Nicolai Spiczmeri Cãtoris, & Ioãnis Dlugoſz Canonici Gracouiegre defenſæ fuerũt. Ab eo ergo tẽpore ſa gitatio galli ad octauam in diẽ feriale non feſtiuũ, diem ſcilicet Lunæ poſt trinitatis proximum tranſlata eſt. Eodem anno interierant frumenta & ſe quuta fuit caritas annonæ. Inſuper prædicto ãno 1455 tercia Octobris mo naſteria fratrum minorũ de obſeruantia in Poſnania, Coſten, Wſchowa, & Cobilino per ciues fundata ſunt. Anno domini 1456 Nicolaum de Thurza præſbiterum, gerentem ſe pro Scolaſtico Graccouieñ, & germanũ eius pa truelem de Gnoinik clericũ, gerentẽ ſe pro Canonico Graccouieñ (& uterq; eorũ ſub uiuis beneficia impetrauerat) eculei pœna examinatos, & furtum quo ordine egerũt confeſſos. Conſulatus Graccouieñ intra muros Gracco portæ ſancti Floriani proximos mucrone percuſſit. Et ſuppoſita fuit Grac couia interdicto, uſq; quo Wladiſlaus primogenitus regis Kazimiri naſcere tur. Natus autẽ erat feria ſecũda poſt dominicam Oculi, quæ fuit prima mẽ ſis Marcii, poſt horam tertiã noctis, & in octaua paſchæ per Thomã Epiſ copum Graccouieñ baptiſatus. Is diu in Hungaria & Bohemia rex pacifi cus quẽ pax uelut umbra corpus ſequebat, fœliciter regnauit. Anno præ fato Crux auctoritate apoſtolica cõtra Thurcam prædicabatur. Imperator autẽ Thurcarũ Albam regalem Raſciæ, ad fluenta Sawi & Danubii ſitam, obſedit, tredecimq; hebdomadis continua quaſſatione, turres, & muros ſolo proſtrauit. Ioannes autẽ Capiſtranus cum octingentis cruce ſignatis de Bu da per Danubium in nauibus demiſſus caſtrum introiuit. Ioannes uero Hu niad cũ gente armata per terrã aduenit, & fortiſſima pugna, ſine ulla pauſa tam in die q̃ in nocte fuit, donec uictoria ex alto catholicis data, Thurci cũ ſuo imperatore in fugam uerterentur. Et chriſtiani centum inſignes machi nas, ſexaginta quattuor galeas & multitudinem captiuorũ conſequuti fue rũt. Gloriabatur itaq; pater Ioannes Capiſtranus, q̃ cum bubulcis & rurali bus. pugnaces Thurcas deo iuuante contriuiſſet. Gloriabatur & Ioannes de Huniad gubernator regni Hungariæ, q̃ robore, militia, & perſeuerãtia eius Thurcos ſuperatos, & imperatore eorum Mahumete uulnerato, ad extre mum profligauit. Sed ambo eodem anno abſumpti, gloriæ finem impoſue runt. Nam Ioannes de Huniad in menſe Auguſti mortuus eſt, uir in armis & adminiſtratione bellorum celebris. Ioannes uero de Capiſtrano. 23. in Vlak oppido Hungariæ Chriſto ſpiritum reddens. In eccleſia conuentuali .ſ. Ma riæ ordinis ſancti Franciſci eiuſdem oppidi ſepulturã accepit. Eodem anno poſt Viti Cometes ad ſeptemtrionẽ quãtitatis mediocris apparuit, tota no cte uſq; ad ortũ ſolis apparens. Duratio autẽ eius uno menſe exacta eſt. An no domini 1457 Ladiſlaus rex Hungariæ aſſiſtentiam primorum conſiliari orum

Magna incineratio Graccouiç.

Caristia anno ng.

Interdictum Graccouiç.

Cruciferi contra Thurcum

Ioannes Capiſtranus cum ſuis cruce ſignatis.

Mahumetes uulneratus & profligatus

Ioãnes de Huniad moritur atq; Capiſtranus.

Cometes.

orum Hungariæ nactus. Ladiſlaum filium gubernatoris, interfectorẽ Vlrici Comitis Ciliæ capite tr̃cauit, & Mathiã germanũ eius cũ amicis & comẽ ſalibus in carceribus captiuatũ obſeruauit. Eodẽ ãno die Mercurii. 21. Septẽ bris hora completorii, Elizabeth regina Poloniæ in Graccouia Hedwigim filiam parturiit. Anno quo ſupra Kazimiro rege Poloniæ conuentionẽ in Pi otrkow agente. Nuncius eſt allatus Ladiſlaum regem Hungariæ & Bohe miæ ac ducem Auſtriæ, cui uirgo Magdalena regis Franciæ filia, fuit deſpõ ſata, in die Ceciliæ ſubito infirmatum, in die ſancti Clementis diem obiiſſe. Ac in die beatæ Katharinæ in eccleſia Pragẽ, in ſepulchro protaui ſui Ka roli imperatoris eſſe ſepultum. Et nouam ſponſam ex medio itinere reuerſã fuiſſe. Varii autẽ fuerunt rumores de morte eius. Vulgatiori tamẽ & craſſi ori ſermone, Georgius de Poſzdzebrad de morte ſua ſimulabatur, & eo preſumptuoſius q̃ ſe in regẽ Bohemiæ erexit. Inſimulabatur & Ioanna Ge orgii Poſzdzebraſki uxor, q̃ in pomo regi dato, ueneno interlito mortẽ pro curarit. Interiit autẽ rex Ladiſlaus anno ætatis ſuæ decimonono.

Interfector rici Comitis Ciliç.

Ladiſlaꝰ regis Hungariæ & Bohemiæ

CAPVT LXVII.

ANno domini 1458 die dominico. 22. Ianuarii, quæ fuit ſãcti Vin cencii. Mathias Ioannis de Huniad olim gubernatoris Hunga riæ filius, tredecimum agens annũ. Apud Budam nondum ex captiuitate, qua per Georgiũ de Poſzdzebrad gubernatorẽ Bo hemiæ detinebatur ſolutus. Et Michael Szuladin auunculus eius, qui cum quinq; milibus gẽtium aduenerat, in gubernatorem regni Hungariæ electus Et pro liberatione electi regis quinquaginta milia aureorum congeſta ſunt. Apud Pragam uero in quattuor tẽporibus cinerũ, Georgius Poſzdzebrad Gubernator Bohemiæ, in regem Bohemiæ, feria quinta ãte dominicã Ocu li, quæ fuit ſecunda dies Marcii electus eſt. Vir in adminiſtradis rebus belli cis prouidus, ſed erroribus Vicleſ hiſtis plurimum depratuatus. Die autẽ do minico poſt ſancti Georgii quæ fuit ultima Aprilis, per Auguſtinum Epiſ copum Iaurieñ, aſſiſtentibus ſibi Vincentio Vacieñ Epiſcopo, & Prochaſio electo Olomuncen̄ Girzik in regem. Ioanna uero conſors eius in reginã Bo hemiæ coronati ſunt. Eodem anno Hungari contra Nicolaũ Comorowſki, & Thelephum, uictoria potiti ſunt. Ioannẽ autẽ Iſkra, & Petrum Rathko uiecz, certis caſtris & munitionibus exuerũt. Die quoq; dominico Pẽthe coſtes circa Pothok oppidum hungariæ cum Thelepho cogreſſi, omnes eius copias conflixerunt. Preſſit etiã Georgius Bohemiæ rex Auſtriã bello, nec prius deſtitit, donec certa fierent pacta, per quæ illi Vlricus Eczinger de ue nenatione Ladiſlai regis inſimulatus, traderetur. Eodem anno feria quinta, in uigilia ſancti Franciſci, tercia Octobris in aurora. Elizabeth regina ſecun dum filium progenuit, cui nomen Kazimirus impoſuit. Anno domini 1459 Quidam Barones, quorum prin ceps Nicolaus Friſtaczki erat, Mathia re ecto, Fridericum imperatorẽ, & Auſtriæ ducem, in regem aſſumpſerũt. Qui electioni a paucis factæ conſentiens, totam Hungariam bello ciuili inuoluit exercitibus utriuſq; regis concurrentibus atrox bellum fuit. Ad extremũ ta men Cæſarinis uictoria ceſſit. Tãdem pace perpetua compoſita, ſub his co

Girzik in regẽ Ioãna vxor in reginam Bo hemiç inuncti.

Nicolaus Comorowſki & Telephus ab Hũgaris victi

Auſtria op preſſa.

kazimirus.

Fridericus rex electus.

Mathias de huniad e captiui tate liberatus.

Fridericus & successores ritu lum regni Hungarię habent.

ditionibus, ut Cæsar Fridericus titulo regni Hungariæ, sibi & suis successo ribus retento, coronam materialem regni hungariæ, per Elizabeth apud il lum deposita, redderet. De administratione regni hungariæ, ad uitā dumta xat Mathiæ cœderet, post mortem sibi successurus. Pro restitutione quoq; coronæ Mathias rex, Friderico octuaginta milia aureor; solueret. Dum pax sub his conditionibus completa est, rex Mathias a Cæsare in filiū susceptus tum primum se coronari in regem, in alba regali huiusmodi corona obtinuit & procurauit. Anno domini 1460 die Iouis. 27. mensis Decembris in die Io annis euangelistæ filius tercius Kazimiro, ex Elizabeth in Graccouia hora

Ioānis Alber ti natiuitas.

duodecima natus est. Cui nomen binonimū Ioannes Albertus inditū est. An

Alexandri na tiuitas.

no domini 1461 die Mercurii, quinta mensis Augusti, apud Graccouiā Eli zabeth regina quartum filiū enixa est. Qui a Ioanne Pniowski Archidiaco no & administratore Graccouieñ baptisatus, Alexander uocitatus est. Eodē anno Sophia Poloniæ regina, Wladislai regis Poloniæ relicta, ex nimia faci etate melonum febre acuta cōtracta, ad extremum paralisi tacta, omnibus

Sophia Polo nię regina mor tua.

sacramentis procurata, in castro Graccouieñ die Lunæ. 21. Septembris, ho ra uesperarum mortua est. Die uero Lunæ. 27. Septembris, apud maiorem ecclesiā Graccouieñ in sacello. s. Trinitatis, quod a fundamētis quadrata pe tra erexerat, & octenario numero ministrorū, elenodiisq; & indumē is regiis splendide dotauerat, celebri apparatu funeris sepulta, uno & quadraginta exactis annis, ex quo regi Wladislao cōiugio coniuncta, in Poloniæ regnū

Epitaphiū ei⁹.

aduenerat. Carmine tali celebrata. Sāguine clara ducum Russiæ clarissima quondam. Laudibus ipsa meis gloria summi sui. Iuncta Polonorū diuino fœ dere regi. Contraxi populos in mea uota meos &c. Anno domini 1463, Ma humeth imperator Thurcorū, accepto & expugnato regno Bosnæ. Cœpit

Rex Bosnę a Mahumeto ca ptus.

regem Bosnæ in castro fortissimo Iayeze, & cum sagitis militū necauit. Rex uero Hungariæ Mathias, aliquas arces & presidia Thurcarum expugnans Emericum Diak hominem magnæ factiuitatis regem Bosneñ profecit. Ar cemq; Iayeze, quam septem milia Thurcarū egregie tutabātur, longa obsi dione macerans per deditionē cœpit. Sub tempore illo Poloni militares, re gis Mathiæ pauci numero, quorū Felix de Panyow genere Godzaba, & Io anes Albus de Sreczkow genere Doliua, ductores erāt, quattuor milia thur

Polonor; mili tes Hungaris Prelati.

carum noctis tempore inuasorū profligarunt. Septingentos autē equestres Hungaros quorū Sokolopeter ductor erat, quoniā deserētes socios suos pre fatos Polonos, abscesserant, Mathias rex obiurgatos, capitibus eor; braccis impositis & uultibus uelatis, extra castra non nisi post triduum reuersuros, ut cæteris in exemplum forent, propulit. Anno domini 1464 Pius papa sec cundus generale passagium cōtra Thurcam instituit. Ad quod plura homi num milia crucem apud Graccouiam assumentes. Feria tercia paschæ, q̄ in

Crucseror um in Iudeos sęui tia.

terciam Aprilis cadebat, in Iudeos & eorum domos ad uesperū irruerunt, et confractis tam domibus q̄ synagoga iudaica, uniuersas substantias eorum di ripuerunt, triginta q; homines de utroq; sexu trucidarūt. Cætera uero multi tudo iudeotum in æde Ioannis de Tanczin ad portam se receperat. In crasti no uero ampliori seditione glisceute, uix caterua iudeorum defensa, in arcem

Graccouieñ

Graccouieñ est deducta. Eiusdem āni sexta Maii, hora prima noctis regina Elizabeth filiam genuit, quæ die solis quartadecima Iunii per Ioānem Epis copum Graccouieñ baptisata, Sophia nomen accepit. Anno domini 1465. Wladum superioris Moldauiæ principem, Mathias rex Hunga: quasi cū Thurca cōtra illum sentiret captiuauit. Radul autē germanus Wladi Ma humeti thurcarū imperatori adherens, tributarium se illi prestitit, & prefa tam maiorem Moldauiā ab illo regendam sub tributo suscepit. Oppidūq;

Sophia filia.

wladus capt⁹.

Kilia, quod Greci Likostomos appellant, exclusis hungaris occupauit. Ve ritus Stephanus Palatinus Valachiæ Thurci uicinitatem, & ipse in tribu tum Thurci concessit. Habita tandem cōspiratione cum ciuibus Kiliæ, por ta una subserrata, Stephanus Kiliam sub noctis medio comprehendit. Du os; arcis Capitaneos, qui forte ad nuptiarū solennitatem inuitati, delicatius epulati fuerāt, in oppido offendens. Vnum cœpit. Alterū uero in arcem effu gientem, terrore & spe uitæ ac munerum q̄ offerebantur affectū corrupit, & arcem in potestatē Stephani tradidit. Maxima, his auditis thurcarū Cæsar frangebatur molestia & ira. Sed nuncium Stephani cum tributo & muneri bus ad se missum captiuatum quem tenebat, honoratū remisit, & excusatio nes de interceptione Kiliæ ad satisfactionem accepit. Eodem anno die solis, nona Maii, in festum trinitatis cadente, sub missa maiori Elizabeth regina Poloniæ in castro Graccouieñ filiam partu septimo effudit. Quæ altero die solis sedecima Maii baptisata, Elizabeth est uocata. Eodē quo orta fuerat die anno sequenti mortua, Graccouiæ in sepulchro Heduigis materteræ se pulta. Anno prefato die solis. 26. Maii, infra contionem ad populum, Cli peus ecclesiæ sancti Frācisci Gracco: inter chorum & corpus ecclesiæ consi stens, decidit. Post quem turris altissima eiusdem monasterii a Boleslao pu dico duce Graccouieñ, cum ambitu circa summ tatē, magnifico sumptu edi ficata, quoniam & eidē clipeo adherebat, & per incendium debilitata fuerat solotenus decidens, corruit. Et columnas ac testudinem in corpore. In choro uero testudinē pro aliqua parte concussit. Neminē tamē ex hominibus lesit

Elizabeth. 7⁹

Ruina partium ecclesiæ sancti Francisci.

CAPVT LXVIII.

ANno domini 1466 Ioannes Rokiczan, Bohemicæ heresis uer tex, & auriga dolosus, subita paralisi percussus, apud Pragā lo quendi usum amisit. Iustissimo dei iudicio, ut qui lingua scele leratissimam heresim extulit & predicauit, lingua languidata puniretur. Eodem anno circa medium mensis Augusti. Eczigeri impera tor Thartarorum Przecopensiū absumptus est. Qui sub omni tempore sui imperii pacem optimam cum regno Poloniæ & terris Russiæ custodiuit, & tenuit. Eodem anno pestis in regno Poloniæ uiguit. Anno preexpresso Ge orgium Poszdzebradski regem Bohe: tanq̄ hereticum 23 Decembris omni honore. Paulus papa secūdus Romæ priuauit, & omnes subditos regni Bo he: ab eius obedientia & iurisditione absoluit. Ipsumq; ac filios suos & po steros ad consequendas quaslibet dignitates & honores inabilitauit. Anno domini 1467 Rege & regina Poloniæ in uilla Kozmice in Radomiēsi distri ctu, supra Istulam propter pestem cōmorante, quintus filius sed octaua pro les natus est

Paralisis Ioan nis Rokiczan.

Inabilitatio Gyrsik cum p le.

les natus est, die Iouis, prima Ianuarii sub noctis medio in diem succedentem fonte baptismi a Ioanne Episcopo Graccouien, in eodem loco regeneratus, Sigismundi nomẽ sortitus. Post duos germanos reges Poloniæ uita functos, in Polonia his diebus regnans. Die Saturni quarta mensis Aprilis, ante conductum paschæ prefati anni. Lodouicus de Erlichausz en Prussiæ Magister uigesimus nonus, quindecim diebus infirmatus, apud Konigsberk mortuus est, & in ecclesia Zambien tumulatus, quom annos decemocto in Magistratu exegisset. Tribus de Palatinatu Moldauiæ uidelicet Stephano, Petro, & Berenden aliquot annis contẽdentibus, & se de prosapia Alexãdri Palatini descendere differentibus. Stephanus quoniã astu, factiuitate, & solertia prestabat, facile alis duobus excluſis, apud Valachos principatũ obtinuit. Anno autẽ predicto 1467 Mathias rex Hungariæ contra eum ueniens, & Berẽden Valachiæ preficiens, ac Palatinum instituẽs, per Palatinum Stephanũ in oppido Banya profligatus est, tribusq; uulneribus rex sauciatus, de loco certaminis in lectica elatus est, & multa milia Hungarorũ occisa. Hæc est rei ueritas, q̃is hungari regi Mathiæ blandientes, aliter factum retulerunt. Eo ãno Polonia pestis & carnstia turbauerat. Anno domini 1468 die Iouis. 27 Aprilis, post horam sedecimam. Elizabeth regina in castro Graccouien sextum filiũ, nonam uero prolem parturiit, qui Fridericus appellatus est. Hic Cardinalis titul. s. Luciæ in septem soliis fuit. Eodem anno Victorinus filius Girzikonis regis Bohemiæ. Monasterium Pulger in Austria, ejectis monialibus incastellauit, De quo aduenient exercitu Friderici imperatoris, in Moraujam ad castrũ Spelberk, quod Brũnæ imminet, fugit. Mathias autẽ rex Hungariæ, bellum Bohemiæ & Moraujæ illaturus, exercitũ suum circa oppidum Austriæ Lauy, in loco paludinoso collocauit. Ad quẽ Georgius Podzebradski, rex Bohe: cum exercitu haud modico, pedite q̃ equite magis referto, aduenit. Et quattuor heddomadis aut amplius neuter exercitus quom esset ad prope, in dimicationem uenit, sed de pace tractatus fuere, re aũt infecta, & fame premente. Georgius Bohemus campum deserens, Bohemiam rediit. Filium tamen Victorinũ apud oppidum Moraujæ Trebiczow suæ ditionis reliquit. Mouit & illico Mathias Hunga: castra, & illa oppido Trebiczow applicuit. Pro cuius conquisitione suburbana incendit, ex quo incendio oppidum corrupit. Victorinus autem periculum incendii uitaturus, in monasteriũ ante muros oppidi, expulsis monachis, se recepit. Rex uero hungariæ Victorinũ in monasterio obsidere cœpit, fameq; premente, Henricus Girzikonis alter filius cũ nouo Bohemorũ exercitu superuenit. Ad quẽ Victorinus nocte diem Penthecostes antecedente, quæ fuit quinta Iunii, cũ mille tricẽtis peditibus egressus, & hostilem custodiã dirumpens, in castra Henrici deuenit, & magna sui spe hunga: regem fefellit. Arx uero seu monasteriũm Trebiczow, illis discedentibus, regi hũgariæ eo pacto est dedita, ut liceret omnibus incolumibus media parte armorũ & equorũ relicta, discedere. Anno domini 1469 Thartari Pzrecopeñ Nardulab expulerũt, qui in Moskouiam fugiens exulauit, & fratrem eius Mengligeren substituerunt, quem egre illis Caphenses, apud quos hospitabatur, imperii Thartarici ingentem collisionem

Sigismũdus. 8

Lodouicus de Erlichausz en magister Prussiæ mortuus.

Conflictus ob Valachię prefecturam.

Fridericus. 9

Victorinus filius Georgij regis Bohemię

Mathię exercitus.

Regressus Georgij.

Victorini secessus.

Trebiczow Mathię cœditur.

collisionem ueriti, restituerunt. Prefato anno Mathias rex hungariæ Bohemiam uersus montes Cuthne bello pressit. Ad quem Georgius Poszdzebradski cum quinq; milibus equitum, & decemocto milibus peditum superueniens, inducias pacis usq; in diem circũcisionis domini duraturas, solitarii inter se concluserunt. Rex itaq; Mathias primũ in Olomunez intrauit. Deinde Wratislauiã die Veneris 26. Maii aduenit. Vbi cũ magna pompa & gratitudine, ac processionũ honore susceptus est. Et tercia die a ciuibus homagio accepto, sequentibus diebus fere omnes duces Sleſiæ homagium prestiterunt. Exeunte autẽ inde rege Mathia, & oppidũ Visztelie obsidente, Victorinus Girzikonis filius de accenso oppido erumpens, non sine suorũ clade captiuatus est, & in Budam missus. Eodem anno Stephanus Palatinus Moldauiæ cum mille octingentis equitibus tantummõ Transsiluaniã spoliauit. Et Petrum suũ aduersarium, qui patrem eius occiderat, quẽ rex Mathias fouebat, intercepit & capite truncauit. Anno quo supra Mamak Imperator Thartarorum Vltrauolhanus, tripartito exercitu, duas turmas in terras Russiæ & Lithuaniæ, terciam in Valachiã misit. Hanc Valachi conflixerunt, & filium imperatoris Mamak uiuum captiuauerũt. Quem processu dierum Mamak minis recuperare posse ratus. Cẽtum legatis ad Stephanum Palatinum missis, superbe denunciat, ut filium eius libertati redderet. Stephanus autẽ ingentis uir spiritus, ea legatione irritatus, filium suum sub legatorum conspectu, in quattuor petias diuisit. Omnesq; legatos, uno dumtaxat excepto, cui naso abciso, & ad Mamak remisso, ut factum illi nunciaret, in palos subfixit. Eodem anno Hẽricus de Plawen Magister nouus Prussiæ coniter a rege Kazimiro acceptus, ius subiectiõis die solis ultima Decẽbris prestitit. Et ex dieta Protrkouien reuersus, apud Thorun inter prandendum subito apoplexia percussus, e tabula in terrã prolapsus est, & organis loquendi cõclusis, die Martis secũda Ianuarii mortuus est, ac in Konigsberk reductus. Illic die Veneris quinta Ianuarii sepultus est. Post cuius mortẽ Hẽricus de Richtemburk, magnus Cõmendator, ad locum tenendũ Magisterii, donec uerus eligeretur Magister, suffectus est.

Mathias Bohemiã attigit.

Fœdus initum.

Mathiæ aduentus in Wratislauiam. Homagium capit.

Victorinus captus.

Thartarorũ clades enormis in principe Mamak.

Hẽricus de Plawen interitus

Henricus de Richtẽburk magister Prussię.

CAPVT LXIX.

ANno domini 1470 die Veneris tredecima Iulii, Mahumet thurcarum imperator, Euboiam insulam Greciæ tunc a Venetis tentam, inuasit. Et Nigropontum ciuitatem illius insignem expugnando solo equauit. Vndecima uero Octobris exercitus Thurcarum satis debilis, per alpes & nemora Hungariam ingressus, usq; ad Zagrabiam libere grassatus, decem milia captiuorũ utriusq; sexus in miserabilem captiuitatem deduxit. Quo malo inescatus geminata uice, circa festum natiuitatis Christi Pannonicam orã, nullo resistente, iterum uastauit. Anno domini 1471 ex castro Cloczko & cæteris locis presidiũ Girzikonis Wratislauiã & uniuersam Sleſiã, spoliis, incendiis, & cœdib⁹ afficiebat. Item duces Przemislaus Tessineñ, Venceslaus Rathiborieñ, & Ianussius Gliuiceñ ab una. Et Venceslaus Ribniceñ ab altera, partibus, mutuo & ciuili bello se consumebant. Item moneta noua & leuis grossorũ in Wratislauia cudebatur. Eodem.

Mahumetus Euboiæ inuasor.

Exercit⁹ Thurcorum in Pannoniam.

Intestina Sleſitarum bella.

Mors Stiborij Episcopi Ploc̃ensis.

tur. Eodem anno Stiborio Episcopo Ploceñ mortuo, Capitulum Ploceñ die electionis tripartitum, pro festo trinitatis, tres ad pontificatũ, Stiboriũ Archidiaconum Ploceñ, Andream Opporowski, & Kazimirũ ducem Mazouiæ elegit. Sixtus tamẽ papa terms litteris, Friderici imperatoris Romanorum, propria manu subscriptis permotus, Kazimiro duci Mazouiæ minorenni, quia decemocto annoꝝ, de Ploceñ ecclesia die Lunæ, sextadecima Decembris. Andreæ uero Opporowski de ecclesia Varmieñ, Nicolao Tũgen dudum ad illam promoto, in Camieneñ translato, eadem die prouidit. Fuit autẽ Kazimirus dux & prouisus Ploceñ, ex patre Boleslao duce Mazouiæ matre autẽ Barbara principe Russiæ progenitus. Item iã anno expresso Isabek alias Isaac Satrapa imperatoris Thurcarum, Bosne regnum tunc detinens, cum quindecim milibus equitũ, ex Bosna in Croaciã in Carniolam trãsgressus, inopinatam excursionẽ ingerens, & omnia ferro & igne uastans, tribus illic mensibus absq; omni repressione libere immoratus, uiginti milia hominum pecorum ritu, in perpetuã seruitutẽ detrudẽda abegit. Nulla denicq; mora facta captiuis Catholicorũ in arces & ciuitates ditionis suæ conductis per eandem uiam qua uenerat Carniolam reuersus, alia rursus uiginti milia hominũ impune abduxit. Quom uero Fridericum imperatorẽ apud Ratisbonam agere conuentũ sensisset, cum quindecim milibus equitũ mirabili celeritate, per Croaciã in crastino Penthecostes circa occasum, ad portas & mænia Laybaci uenit. Postridie uero copias partitus, partem unam per alpes, qui Carniolam a Stiria diuidunt, transmisit, & triginta milia hominũ capta abduxit. Alteram per Sauum in Illiricũ. Terciam per Transsiluaniã ultra Danubium, cladibus omnia complens ægit. Anno domini 1472 die solis, tre

Captiuitas christianorum a Thurco.

Diuisio exercitus Thurcorũ.

decima mensis Maii in meridie, apud Graccouiã Elizabeth regina quintam filiã, decimam uero prolem, effudit. A Ioanne Episcopo Graccouieñ Rrzeszowski baptisata, Elizabeth nomen accepit. Eo anno Huszakassen imperator Persarũ, qui ex homine obscuro, in uirũ maximum frequentibus uictoriis clarus euaserat. Contra Mahumeth imperatorẽ thurcarũ, & filium eius Baissetum uenit, & eos graui clade conflixit. At illi ignominiam abstersuri, maiori multitudine collecta, iterum contra Huszacassen cum quadringentis milibus equitum, & magna multitudine peditũ uenerunt. Huszacassen aũt auxilia Caramanni & Thartarorũ Cæsaris consanguineorũ suorum habẽs, omnem thurcarũ exercitum mirabili strage deleuit, & ciuitatem Trapesunde in Asia inuadẽs, cum toto imperio Trapesunde cœpit. Exinde mirabili celeritate ciuitatem Sinapolim in Natulia expugnatã, obtinuit, & cõtra thurcas fœlitior indies factus. Nũcios etiã notabiles ad Kazimirũ regẽ Poloniæ circa medium Iulii Graccouiã ingressos, fauores & subsidia contra Mahumet imperatorẽ thurcarum expetens, misit. Qui sibi denegati non fuerunt. Anno predicto 1472 In die decem miliũ militum, quorum festũ in diẽ Lunæ 22. Iunii cadebat. Ioannes Dlugosz senior Canonicus Graccouieñ, contenta to Ioanne de Szebnia plebano duabus prebendis Sando: & Kelceñ. De ecclesia parrochiali in rupella conuentualem per Ioannem Rzesowski Epis-

Elizabeth. 10 proles.

Huszacassen Persarum Imperator fortunatus in Thurcos.

Fundatio fratrũ in Rupella

copum Graccouieñ creauit, & monasterium fratrũ heremitarũ, beati Pauli primi

primi hęremitæ fundari obtinuit. Vt horis diurnis & nocturnis laudes deo & beato Stanislao concinerentur. Contentato etiã Stanislao Bieczki altarĩ sta sanctæ Crucis eiusdem ecclesiæ per aliud beneficium. Et medietate census magistri montiũ in Zuppa Vielicieñ apud Spitkonẽ de Melstẽin coempto, perpetuo consensu regio accedente. Prouentus pro uictu fratrũ prefati loci in Rupella idem Dlugosz adiecit. Eiusdem anni æstate thurcarũ exercitus ex Bosna egressus, Illiricum & Slauoniam uastauit. In mẽse Septembri in terras Patriarchatus Aquilegieñ, a Venetis occupatas, descendẽs, & usq; ad castellum sancti Danielis excursiones in foro Iulii faciens, citra duodecim milia hominum in seruitutem abægit. In mense deinde Nouembri, apud Goriciam & per totam Histriam, terribili clade in sexum utrũq; seuiẽdo, ferro, & igne omnia, nullo principe resistentiã opponente, cõplebãt. Anno domini 1473 Mahumeth Cæsar thurcarũ, contra Huszacassen in Natulia omes gẽtes suorũ principatuum collegit. Preter senes, impuberes, & fœminas, prelio tamen cõserto, uictoria Huszacassen prouenit. Et de exercitu thurcarũ quinquaginta sex milia occidit, & centum quinquaginta sub bassas. Item thurcæ ex Bosna Corinthiam & Stiriam fere totam eo anno sunt depopulati. Eodẽ anno Ioãne Gruszczinski Archiepiscopo Gneznen in domo Abbatis Thinieñ in Graccouia die Veneris, octaua Octobris mortuo, rixa illico & contentio inter germanos eius, Bartholomeũ Castellanum Calissieñ ex una, & Nicolaum Cosmider Pincernam Siradien ab altera, ptibus, pro oppido Coszmin & uillis ad illud pertinentibus, exorta est, quæ Archiepiscopus uiuens grandi pecunia apud Hinczam de Rogow, pro Bartholomeo fratre coemerat. Et lis & occisio pluribus annis etiã inter filios eorum durauit. Anno predicto incendia crebra in regno Poloniæ fuerunt. Nam die Martis 26. mensis Iulii, Stradomia cum ecclesiis & monasteriis sanctæ Heduigis & sancti Bernardini arsit. Altera die apud sanctimoniales sancti Andreæ igne consurgente, monasterium cũ ecclesia sancti Andreæ, platea Canonicalis, Item & platea Castreñ cõflagrauit. Arserũt & oppida Vieliczka, Conin, Belz, Chelm Lubowla. Item clara tumba alias Mogila cum omnibus officinis. Euenerũt talia incendia ex nimia siccitate, qua annus iste in omni Europa, & in uniuerso regno Poloniæ multũ feruidus & siccꝰ fuerat. Intantũ ut flumina desiccarentur, propter Cometes precedentes in anno dñi 1471 & anno 1472. Alii præsumebant Mathiam regem Hungariæ immissis incensoribus Polonis huiusmodi incendia effeciss̃e. Anno quo supra 73 supra millesimũ quadrin: Celeberrimus ac egregius uir magister Ioannes de Canthi, ꝑpe Oswãczim oriũdus, Professor & lector ordinarius sacræ theologiæ in Gymnasio Graccouieñ. 24. Decembris, in uigilia natiuitatis Christi mortuꝰ est. Et in ecclesia sanctæ Annæ sub ambone prefata uigilia sepultus. Qui eodem anno, signis & miraculis coruscare cœpit, & usq; in hanc diem uarios languores, diuersosq; morbos hominum & iumẽtorũ diuina propiciatione, ad uota & inuocationẽ nominis sui releuat, ut ascriptione Decalogi sanctorum dignissimus inueniatur. Verum quẽadmodũ cæteri beati in hoc regno Poloniæ, in factis & ꝑdigiis mirabiles & glorioſi, sic & iste Ioãnes Cãthinꝰ canonisari negligi

Thurcorum seuicia bellica

Mahumeti cõtra Huszacassen conflictus.

Crebra incendia Poloniæ

Causa eorundem.

Doctoris Canthi interitus.

G tur. Hic

Opera pietatis eius.

tur. Hic operibus misericordiæ insudans, pannos, & calciamenta pauperibus quottannis ære suo comparando distribuebat. Nonnunq; diebus frigidioribus uiso paupere non calciato, se exuens de calceis inopi algido dabat, & ipse nudipes demisso uersus terram pallio, ne incalciatus notaretur, domum redibat. Romam peregre proficiscens, a latronibus spoliatus, quom ab eo elongaretur se mentitū fore clamare cœpit, dicendo non plures pecunias habere, quoniā in diploide aliquot reperiret insutos aureos, de quibus immemor fuit, redirent ergo & eos tollerent. Qui sinceritate ipsius cognita, prius ablata etiam reddiderunt. Interrogatus Romæ a polonis cortisanis, cur Romam accederet, ex quo causas non foueret, & beneficia non impetraret. Respondit peregrinationē & Romæ uisitationē esse purgatorium, & ut a uicijs purgaretur Romam frequentare. Quom pro ueritate in Conuocationibus Doctorum & Magistrorū uerba fudisset. Ad cellam & cellas eorū accedens, dicebat se diuina celebraturū, & ideo si in aliquo uerbo quēpiam cōmouisset, sibi parsum iri obsecrabat. Quandoq; in conuocatione probra & uerba iniuriosa audiēs, in pariete dealbato suæ habitationis exterius, uersus ambitum, carbone lineas in alterutrū finē scripsit. Cōturbare caue. Non est placare sua ue. Infamare caue. Nam reuocare graue. Et custodiebatur scriptura hæc ne deleretur, donec edificando, pāries cū cæteris habitationibus eiectus fuit. A die aūt mortis eius, usq; in anum dñi 1512 uariis ægritudinibus oppressi, uoto facto curati sunt octuaginta tres homines. Febricitantes uero tredecim, paralitici quinq. Vere mortui addicti sunt uitæ pristinæ sedecim. Fere aūt mortui & deplorati sex. Frenetici sex: Demoniacus unus liberatus. Iumenta morientia facto pro eis uoto sanata duo. Laus tibi Christe, qui in nostro Doctore Canthino quottidie gloriaris. Epitaphiū postea ad tumbam eius supadditum incipit. Carmine ne fileas mecū mea tibia laudes. Gentis hiperboreæ cuius nunc gloria celsi. Crescat in immensū diuis poscētibus odas. Atq; tuos titulos extremo tempore cerne &c. Vide in ecclesia sanctæ Annæ.

Vitę integritas

CAPV LXX.

Legatio ad kazimirum regis Persarum.

ANno domini 1474 Katherinus Zeno Venetus, uir nobilis & industrius, ad Kazimirum regem Poloniæ, ab Huszacassen rege Persarū cum legatione & litteris in Caldaico scriptis uenit. Summa litterarum & legationis hæc erat. Vt Kazimirus cōtra Mahumeth Thurcam, hostē fidei christianæ, a se aliquotiens uictū, cum cæteris Catholicis regibus, primo uere consurgat, certus existens, ipsum Huszacassen cum decem centenis milibus pugnatorū pro Thurcæ exterminatione uēturum. Eo anno circa Pisczinam Venceslaus dux Ribniceñ, & Hēricus Podebradski bellum agebāt. Mathias autē rex hungariæ inde occasione sumpta, Pisczinam p Bielik intercepit. Agebat & dux Zeganeñ bellum circa Wschowa. Item Aydor filius Eczigeri Thartari in terras Russiæ & Podoliæ, circa festum Ioannis baptistæ exercitū thartaroꝝ pannosum quasi septē miliū induxerat, & cum præda discessit. Anno domini 1475 die Martis decimaseptima Ianuarii, Stephanus Palatinꝰ Moldauiæ, exercitū Mahumeth Cæsaris Thurcorum, centum & uiginti milia pugnatorum habentem, cui & Besserabi

Besserabi auxilia ferebant, Valachiā populantem, circa palum Rakouiecz & fluuiū Berliad, proprio marte, quinq; tantūmodo milibus Siculorū, quorum terram ab hūgariæ rege abstractam in suam ditionē redegerat, magna clade, sed non incruenta suorum uictoria mirabili dei potētia fudit. Vix qua draginta milia pugnatorum habens, in quibus maior pars agrestium erat. Nec in superbiam ex hac uictoria elatus, diebus quattuor continuis ieiuniū in pane & aqua ægit. Per uniuersam quoq; terram suam bannum edixit, ne quis auderet sibi, sed soli deo uictoriam illam appropriare. Cum iudicio omnium uictoria illa ex uno eo stetit, omnem regionē Valachiæ, per quā thurcæ ituri erant, longe ante Stephanus Palatinus flammis exusserat, quæ res maximi adiumenti ad uictoriam fuit, Thurcis & equis eorū macie consumptis. Omnes fere Thurcos captiuos, præter principaliores palis suffixit, cadauera interfectorum cremauit, unde ossium illorum extant aliquot acerui. Quattuor duces Thurcorū principales, & trigintasex signa militaria, manubiasq; nobiles Kazimiro regi Poloniæ in Lithuaniā per primores suos Stephanus transmisit. Rex autē hungariæ Mathias scripsit Papæ, Cæsari, & aliis regibus sublimi iactantia, insignem Thurcarū exercitū per gentes suas quorum Stephanus Valachiæ Palatinus ductor erat, deleuisse, uanitate solita, alienos sibi titulos uendicādo. Stephanus tamen palatinus, aliquos captiuos Sixto papæ misit, & scriptis suæ sanctitatis auxilia popoſcit. Misit & Mathiæ regi hungariæ pares manubias. Nec his legationibus ad amicos Stephanus contentus. Ad ipsum quoq; infestissimum hostem suum Mahumeth Cæsarem Thurcorū, insignem legatū, dona non mediocria ferentē misit. Quæstus est se a quibusdam Thurcorū latrūculis & exulibus temerarie & preter scientiam Cæsaris lacessitum esse. Illam omnē furum & exiliatorū manum, in manu dei potenti confeciſſe. Petens ut relliquiæ huiusmodi latrūculorum, si quæ in dominia sua refugissent, sibi traderētur. Pari supplicio cū cæteris pœnas meritas soluturæ. At Cæsar legatione huiusmodi exasperatus, legatos iure gentiū uiolato, in ergastulis aliq̄diu tenuit. Postea omni substātia spoliatos, pedites & pene nudos Valachiam remisit. O Stephanum uirum admirabilem & uictoriosum, qui sub nostra ætate tām magnificā uictoriam inter Principes mundi primus ex Thurca retulit. Iubileus hoc ānо Romæ celebris, sub Sixto papa quarto, a Paulo antecessore eius prius per uniuersum orbem christianum institutus, agebatur. Eodem anno Mathias rex hungariæ, Ianussium Gliuiceñ ducem captiuauit. Et Bitom, Swirkleniecz, Kosle, Olesznicza, & Volow recepit. Venceslaum etiam ducem Ribniceñ, qui & fatuus appellatus est, fortalicio & oppido Pisczina, & tandem captiuitate diuturna mūctauit. Anno quo supra duodecima mēsis Februarii, Consentiente rege Hungariæ & Bohemiæ, Barones apud Pragam conclusserunt, ut Wladislaus Bohemiæ rex uniuersam Bohemiā, cum utraq; Lusacia & duobus ducatibus Sweidniceñ & Iaworieñ. Mathias uero Hungariæ Moraviā cum residua Slesiæ parte habeant. Quod si Hungarus prior obiret, non suscepto pignore, ad regem Wladislaum uniuersa simpliciter deuoluerentur. Si uero pignore suscepto obiret, ducenta milia florenorum darentur filiis

Stepha. icuoda Mo uiæ victor Thurcis.

Thartarorum strages.

Laus Stephani.

Iubileus Romę.

Ianussius dux Gliuiceñ captus.

Pactū Mathię Hungariç & Vladislai Bohemię regum.

tur filiis ſuis, & de omnibus excedere tenerentur. Et eadē uiciſſitudo in rege Bohemiæ obſeruetur. Stante Kazimiro rege Poloniæ in Lithuania. Iſaac genere Græcus de Trapeſunda, ſed ſecta Mahumetus, inſignis ab Huſzacaſſen nūcius in duodecim equis uenit anno eodem, rogans, ut primo Vere cum cæteris regibus Catholicis contra Thurcū conſurgere dignaretur. Hunc nūcium quom benigne tractaſſet, ſpe optima præditum, Graccouiā qua cupide uidere deſiderabat, miſit. In qua quū prope menſe uno immoratus fuiſſet ad Mathiam Hungariæ regem in Brūnam, deinde ad ſummū Pontificem, & ad Venetos tranſiit, ſimilem legationem apud illos obiturus. Anno predicto die Veneris ultima Marcii, hora octaua noctis, in urbe Graccouieñ ignis a porta noua uſq; ad portā. ſ. Nicolai omnes domos cōſumpſit.

Legatio ab Huſzacaſſen.

Ignis notabilis.

CAPVT LXXI.

ANno præexpreſſo 1475 Exercitus Mahumeth Cæſaris Thurcorum ab Andronopoli ſoluens, ad Caffam inſignem Ianuenſiū ciuitatem, quæ ſe ab eius exicio per āos tres & uiginti, ex quo Conſtantinopolis capta erat, muris fortiſſimis & altiſſimis munire nō ceſſauerat, manu nauali & terreſtri perueniens. Ipſam ſexta Iunii cū Thartarici exercitus auxilio obſidendo & impugnando, ſexta die per fraudem primorū ciuium Italicorū aliis ignorantibus, cœpit. Et ciuitate potitus, cōtinuo traditores cum uxoribus, pignoribus, & omni familia in uincula cōiectos, ad claſſem ſuam deportauit. Vulgo autē pepercit, & in ciuitate illud degere permiſit, media parte omnium ſubſtantiarū ablata. Quodam tamē proceſſu temporis inde remouens, in perpetuā captiuitatem ſuſtulit, & non niſi Thurcas illic locauit. Thartarorum etiā imperatorē Menglikeron, qui tunc caſualiter apud Caffam cum duobus germanis agebat, cœpit. Et tam illos q̄ inſigniores Caffenſium in Conſtātinopolim captiuos duxit. Eodē anno horrenda Iſtulæ fuit inundatio, intantum q̄ circa Graccouiā undæ operuerant Kazimiriā, Stradomiā, & ſuburbia, eccleſias & domos aquæ impleuerant, Pontem maiorem quo Kazimiria Graccouiæ iungitur, & omnes pōtes circa Kazimiriā, fregit euertit, & abduxit. Ex imbribus circa feſtū Iacobi in mēſe Iulii cauſatæ. In mēſe Aug: in terris Lancicieñ, Siradieñ, & Mazouiæ, locuſtæ ad longitudinem unius digiti humani, capita inſtar ueſpertilionum habentes apparuerunt. Quæ ex Pannoniis per Morauiā & Sleſiam p diiſſe ferebātur. Longitudo cōgregationis earū trium miliarium, & latitudo unius, cum medio miliari fuerat. Volabāt ordinatis aciebus, & preliantium more cognatæ ille acies mutuo congrediebātur. Et una quaſi duce ſurgente, cæteræ ordinibus ſuis ſubſequebātur. Loca frugum & arborū in qua cadebāt, deuorabant, nil preter terram & fimū ſordidum relinquentes, denſitatē earū uix ſol penetrare potuit. Anno quo ſupra, in fine æſtatis, Mathias rex Hungariæ, in ripa fluuii Sawe munitionē a Thurco erectam expugnauit & rediit. Thurci uero in magna multitudine ingreſſi, regnum Hungariæ, nemine reſiſtentiam faciente, uſq; ad Varadinum graſſati, ciuitatē Varadieñ, ſexta die Februarii, & uniuerſam eius regionem uaſtauerunt. Locuſtæ etiā eo anno Hungariam afflixerunt. Anno domini 1476 duodecima menſis Marcii, hora ueſperarū

Caffa ab Mahumeti exercitu capta.

Captiuorum primores.

Aquarum inundatio.

Locuſtarum prodigium.

Thurcarum in Hungariam ingreſſus.

hora ueſperarū, in caſtro Nyeſzoua filiam quintam, proleꝫ uero 11. Elizabeth regina parturiuit. Cui in baptiſmo Anna nomen per Vincentium Kelbaſſa Epiſcopum Culmeñ datū eſt. Eodem anno poſt feſtum paſchæ, Przemiſlaus dux Teſſineñ, monaſterium fratrū minorum de obſeruantia āte portam Teſſineñ ſeptemtrionalem fundauit. Mahumeth thurcorū Cæſar, contra Stephanum Palatinum Valachiæ fremens, contra illum hoſtiliter ueniebat. Sub idem quoq; tēpus Thartarorum numeroſus exercitus, thurcò laturus auxilia, in Valachiam intrauit, & eam prius q̄ thurcus cladibus & uaſtationibus affligere cœpit. Stephanus autē Palatinus omnibus frumentis & uictualibus, ne hoſti in pabulum cederent, igne abſumptis, in thartarorū exercitū intrepidus irruit, & magna clade illum contriuit, tātoq; ardore fugientes perſequutus eſt, ut plures in fuga q̄ pugna occideret. Deinde in thurcum, Danubium nauibus ſuperantem, irrupit, & plures occidit. In particularibus quoq; congreſſibus, dum frumentatū ex ſiluis ibant, inuadēs, uictor & ſuperior, ſingulos captiuos thurcorū aut uiuos excoriabat, aut in palos ſuffigens occidebat. Donec Thurca illum in multitudine abundans, exercitu diſpartito, a fronte & tergo circūdedit, & ſic ſtrennuiſſime cū ſuis pugnātem thurcus uicit, & non amplius q̄ ducētos de ſuis proſtrauit. De Thurcis uero prope triginta milia cecidiſſe referuntur. Stephanus autē cū ſuis ad furtura ſe reſeruans, quo ſors ferebat fugit. Cæſar uero thurcorū incendiis Valachiam conterens, & exinde ſibi & ſuo exercitui famē generans, propter inædiam ex Valachia abſceſſit. Mathias autē rex Hungariæ in ſuam laudem traducens, ſcriptis uulgauit, metu ſui proceſſus, thurcum fugiſſe. Quapropter & papa Sixtus quartus, & Ferdinandus Apuliæ rex, principeſq; & cōmunitates Italiæ collatione facta. Ducenta milia aureorū ad conterendum thurcum illi tranſmiſerunt. Qui ipſis uictoriam & perpetuū thurci extermi nium promittebat. Sed interim copioſus thurci exercitus, ex regno Boſnæ ſubito circa ſedecimā Octobris aduenies, totā Carneolam, Corinthiā, partem Stiriæ, Salczburgeñq; & Bombergeñ Epiſcopatus, grauiter afflixit et uſq; ad montes Italiæ graſſatus eſt. Multas Catholicorū catenas in captiuitatem perpetuam abducens. Inſuper quinq; propugnacula fortiſſima ex lignis in littore Hiſtri, in parte inferiori caſtri Smiderow, per regem Mathiā fabricata expugnauit. Quibus papa Sixtus, Principes & cōmunitates Italiæ cognitis, tū ſe primū a Mathia rege Hungariæ circūuentos intellexerūt Anno quo ſupra die Martis trigeſima menſis Iulii, hora duodecima. Fratribus ſub eleuatione Benedictus qui uenit, cātantibus. Fulmen cū terribili ſonitu e cœlo ueniens, pinnaculum per modum turris ſupra eccleſiam ſancti Franciſci percuſſit & incendit. Ità ut totum tectū eiuſdem eccleſiæ exureretur, crucifixum in medio chori pendentem ſcidit & euertit. Lapides ſiniſtri parietis detruncauit & abraſit. Vnum monachum occidit, & aliquot homines propinquos ſuo flatu, non tamen mortaliter, leſit. Eodem anno Mathias Pannoniorū rex, pro Beatrice filia Ferdinandi regis Apuliæ, Rudolphū Wratiſlauieñ, Ioānem Varadieñ Epiſcopos. Itē Ioānem ducem Oppolieñ, & cæteros in comitatu ſexingentorū equitum miſit. Pro die Galli apud Bu-

Monaſ. ad Teſſ. datum.

Mahumetus et Thartari Valachiā ingreſſi

Stephani belli cōlitas.

Thurci victoria.

Falſa laus Mathiæ.

Thurci chriſtianos clade affecerunt.

Fulminis ictus notabilis in eccleſia ſancti Franciſci.

coro dam diem nuptiarū constituens. Quæ adducta in Albam regalem, feria qn/ta in die sancti Lucæ euangelistæ coronata est. Et die dominica sequenti tho/ro regio iuncta est. Eodem anno rex Mathias Hungariæ Wladislaum Dra/

cula Besse rabię Voieuo/da occisus. culam Voieuodam Besserabiæ, annis prope duodecim in captiuitate tentū, restituit, & in Besserabiā remisit, qui fraude serui sui, currendo in equis uelo/cibus decapitatus occubuit.

CAPVT LXXII.

Przemislai Tessinensis inte/ritus. ANno domini 1477 Przemislaus Tessineñ dux, tristitia & mœ/rore (ut aiunt) confectus, ꝙ Mathias Hungariæ rex, illum de di/mittenda arce & ciuitate Tessineñ, aut de soluendis sumptibus in bellum Slesiticū in eius liberationē impensis, graui molestati/one requirebat. In arce Tessineñ undecima Marcii diem obiit. In mona sterio fratrum prædicatorū in Tessin sepultus, unicā tantūmodo filiam Heduigim relinquens superstitē. Non tamen illam, sed nepotē suum germanum Kazi/mirum, filium Boleslai germani ducis Fristateñ, testamento omnium princi/patuum suum heredem reliquit. Heduigis uero postea Stephano Trēcineñ Palatino & gubernatori Hungariæ, Comitiq; Scepusieñ nupsit. Eodem an/no Wladislaus rex Bohemiæ, auxilia imperatori Friderico tercio laturus in

Vladislai Bo hemię regis Vi ennam aduen/tus. Austriam uenit, certificatus per Cæsarem de regalibus q̄primum ueniret illi consignandis. Gratissimeq; fuit a Friderico ab uniuersitate & cunctis stati/bus ciuitatis Vieneñ exceptus. Altera autē die aduentus, feria scilicet tercia post Viti sub magna frequentia populi, in ecclesia sancti Stephani, Frideri/cus imperialibus indutus regalia regi Bohemiæ contulit. Et tradēdo sibi ue/xilla Bohemica, ipsum de pincernatu imperiali inuestiuit. Omnibus autē pa/catis, rege Wladislao ex Austria discedente. Mathias rex Hungariæ intra/uit, in Austria & Stiria omnia perturbando, & usq; ad Bauariam grassādo. Factaq; cōpositione, imperator ei regalia secundo cōtulit, quæ primo Wla/dislao contulerat & renunciauit de regno hungariæ & octuaginta milia flo/renorum soluere promisit, quæ tamen non adimpleuit. Anno præexpresso

Thurci cum triginta milia armatorum circa festum Michaelis Thurci cum triginta milibus armatorum, omnem re/gionem circa forum Iulii usq; ad Kunianum, alias ad Kingilianū depopula/ti sunt. Tria quoq; milia stpēdiariorum, quos Veneti circa angusta & clau/suras alpium locauerant, facta impugnatione & conquisitione loci, trucida/uerūt. Et multos captiuos uelut pecora abduxerunt. Anno domini 1478 qn/

Barbara 12. decima Iulii. Elizabeth regina in Sandomiria sextā filiā, prolem uero duo/decimā, enixa est. Quæ a Ioanne Rzeszowski Episcopo Graccouieñ bapti/sata, Barbara nomē accepit. Eodem āno circa festum sancti Laurencii, thur/ci omnem Chorinthiā ab oppido Malburgeta, usq; ad Villacum & prope Grecz celeriter trāscurrēdo, cœdibus & captiuitate omnia fœdarūt. Thar/tari quoq; sub idem tempus Braczlaw spoliarunt & incenderunt. Anno do/mini 1479 in Iunio dieta Olomūceñ, inter Mathiā Hungariæ, & Wladisla/

Fœd⁹ Mathiæ Hungariæ & Vladislai Bo hemię regum. um Bohemiæ reges agebatur. Concluſa fuit pax inter reges sub conditioni/bus priorū fœderum, ut Wladislaus rex Bohemiæ uniuersam Bohemiā ha/beret. Mathias uniuersam Morauiā, Slesiam, & Lusaciam. Fouebatur tunc

Wladislaus

Wladislaus rex, munificentia & expensis regis Mathiæ. Eodem anno circa festum Galli, Exercitus thurcorum maximus, quinq; Bassarum, in terrā Se/ptemcastreñ circa ciuitatem Cibiniū irrupit. Batherystwan autē cum suo ex/

Congressus Batherystwan cum Thurca. ercitu coactus pugnam init, & multitudine thurcorum conterebatur. Inte/rim duo Capitanei partis hungarorū, Knezi pauel & Iaxi, frequentibus nū/ciis Batherystwan sollicitati, habētes secum omnes aulicos regios, & nonin/gentos Rascianos, superuenerunt. Et dimissa fronte thurcorū, in latus studi/ose irruerunt, magnamq; stragem in thurcis facientes, in fugam eos conuer/terunt. Ita ut nō amplius pugna sed strages fuit. Anno prædicto Iwan quod/

Expolium ducis Mosko/uię. sonat Ioānes dux Mosquæ, uir singularis factiuitatis, ciuitatem amplissimā Nouogrod, a Kazimiro rege Poloniæ neglectam, in suam redegit ditionem. Omnibusq; ciuibus spoliatis, tercia tantūmodo parte cuilibet relicta (quod/dictu apud posteros forsan erit parum credibile) tricentos currus, auro dum/taxat & argento, margaritis & lapidibus preciosis, usq; ad summū refertos, ante se de spoliis Nouogrodensium ægit. De suppellectili uero nobilissima si/ne numero. Anno domini 1480, die Veneris. 29. Maii. Vir celebris conditio/ne, ac insignis reputatione Ioānes Dlugosz senior de Nyedzelno, Canonicus

Ioannis Dlu gosz intentus Graccouieñ, diem uitæ clausit extremum. Erat autē staturæ proceræ, faciei/gracilioris & macræ, nasi longi & aquilini, ætatis grandetuloris & prouectæ, ut ipse de se scripsit. Sexaginta qnq; ānorum, moribus probus, uirtutibusq; fulcitus, industria sagax, sermone eloquens. Inter alia historiarum maximus/

Vitæ & mortis eius descriptio amator ac lector, & Chronicarū scriptor. Huius Aeneas Siluius de Piculo/minibus, Poeta Laureatus, deinceps Cardinalis & papa creatus, Pius secun/dus uocatus, meminit, & in epistolis Sbigneo Cardinali tituli sanctæ Priscæ Episcopoq; Graccouieñ missis, magnifice extollit. Asserendo eum hominē/doctissimū, & in promptu habentē eloquentiā, multo sale cōditam. Quem/præter nullus tā clare tā diserte tamq; prolixe, res Polonorū in pace & bel/lo intus & foris gestarum, quoadusq; uiueret scripsit. Vnde in hoc anno do/mini 1480 uita & Chronica ipsius finitur. Preterea scripsit diserto stilo legē/dam beatissimi Stanislai, Presulis Graccouieñ & patroni Polonorum glori/osi, uitamq; beatæ Kunegundis coniugis & perpetuo uirginis Boleslai pudi/ci ducis, ac monarchæ Polonorum, in Sandeceñ Cenobio uita functæ & se/pultæ. Scripsit & Geographiā, immo uerius Corographiā regni Poloniæ, urbes, castra, oppida, flumina, montes, atq; uillagia, cuius situs & dispositio/nis sint. Scripsit & libros inuentarios prouentuū cathedralis ecclesiæ Grac/couieñ, & cunctarū ecclesiarum Collegiatarum Conuentualiū & parrochia/lium diocesis Graccouieñ. Ad quem uel ad quos pertineāt, distinctius anno/tando. Item scripsit familias, arma, & clenodia nobilitatis Polonorum cum origine & causa eorum, & alia opera regno Poloniæ frugi & decorē æternū/

 paritura. Erudiebat preceptor constitutus, illustrissimos natos Kazimiri ter/cii regis Poloniæ, quibuscū nō paucis annis contritis, dum postulatus & ele/ctus fuisset in sedem Archiepiscopalem Leopolieñ, obiit anteq̄ consecrare/tur, anno, mense & die quibus supra. In ecclesia sancti Stanislai Kazimiriæ Graccouieñ de Rupella nominate, iuxta sepulchrū beatissimi Stanislai tu/

mulatus

mulatus. Cuius ecclesiam prefatā in Rupella personis religiosis Pauli primi heremitæ, & prouisionibus largis ac priuilegiis ante prouiderat ac dotauerat. Principibus filiis regis, ipsius discipulis, cū cœtu uniuersitatis, prelatorum ac populorum funus eius sequentibus, & exequias cohonestantibus, quibus interfui & predicta omnia uidi. Eodem āno Thurci ciuitatē Rhodis obsederūt, & machinis partes murorū rumpentes, & uarios uariis modis occidentes, murum ascenderūt. Pluribusq; ex utraq; parte cadentibus, repulsi, illatis innumerabilibus damnis, discesserunt. Et in regnū Apuliæ traiciētes, multas clades fecerunt, oppidū Bestiam ad mōtem Garganum deleuerunt, & Hidruntū ciuitatem expugnantes, Archiepiscopū per medium secuerūt, & pene omnes in urbe occiderunt. Sequenti anno audita morte Mahumeti Cæsaris Thurcarū, Alfonso filio regis Apuliæ, & duce Calabriæ expugnāti & subsidia Mathiæ regis Hungariæ generi sui habenti, sese subdiderunt, qui in mancipia ipsos redegit.

Rhodis a thurca obsessa.

CAPVT LXXIII.

ANno domini 1481 die tercia Maii. Mahumetes imperator thurcarum, qui triginta annis, multos populos atrocissimis bellis afflixerat, & suo imperio subiecerat, mortuus est, & in Constatino poli sepultus. Fuitq; idē mensis mortis, qui adeptionis & expugnationis urbis Constātinopolis fuit. Eodem anno Baissetus, filius ipsius natu maior, in Cæsarem thurcarum electus, Zeliabum fratrem suū minorem imperare gestientem expulit. Qui in insulam Rhodis, causa salutis fugiens, captus est. Et in Franciam per Cruciferos religionis sancti Ioannis de cruce alba missus, in captiuitate pluribus annis detinebatur. Donec ab Alexādro papa sexto acceptus fuit. Sed Karolo rege Franciæ in Apuliā per Romam cum magna potentia transeunte, & uim papæ inferente. Inter alia clenodia & obligationes a papa Alexandro extractas, acceptus erat. Et anteq̄ Apuliam rex attigerat, Zeliabꝰ in Campania extinctus quieuit. Anno dni 1482 pestis seuissima ex Hungaria progressiue transiens, in minori Polonia uigu/it. Ab octaua corporis Christi ad assumptionem beatæ Mariæ uirginis, hoc est a medio dierum Iunii usq; ad medium dierum Augusti perdurans. Moriebantur Graccouiæ singulis diebus quadraginta, interdū quinquaginta homines in parrochia sanctæ Mariæ in circulo. Ad sanctum Stephanū uero singulis quibusq; diebus triginta, interdum quadraginta, sic suo modo in cæteris parrochiis. Anno antē sequēti scilicet 1483 deuenit & inualuit pestis in maiori Polonia, Mazouia, & eorum uiciniis, multam frequentiā mortalium occidendo. Eodem anno Pater Simon ex oppido Lipnicza natus, frater minorum prædicator glorioſus & feruidus. Peste quindecimo kalendas Augusti, die Iouis, decima octaua Iulii, quæ fuit dies sancti Arnolphi mortuus est, in choro ecclesiæ sancti Bernardini in Stradomya p fratres tumulatus. Sed quum miraculis coruscaret, a fratribus honorifice in corpus ecclesiæ ad sinistram partem translatus & conditus est. Cuius Epitaphium unum est hoc.

Mahumeti mors.

Expulsio fratris.

Pestis magnitudo Graccouiæ

Simon de Lipnicza mortuꝰ.

Lipnicius iacet hic Francisci ex ordine Simon
Diuino frater feruidus eloquio.

Cuius perpetua fruitur iam spiritus aurā
Quod probus hic sancte uixerit atq; pius.
Quod decorare dei studuit genitricis honorem
Doctrinam factis atq; probare bonis.
Hunc miranda uides testantur signa beatum
Qui miseris meruit ferre salutis opem.
Hunc igitur studeas tibi conciliare patronum,
Vt uoti compos efficiare tui.

Anno domini 1483, die Iouis in crastino cinerū. Dux Kazimirus secundogenitus Kazimiri tercii regis Poloniæ, ptisi suffocatus Vilnæ interiit, ubi & sepulturam accepit. Et post mortē prodigiis miraculorū splendescere ferebatur. Anno domini 1484 Baissetus imperator Thurcarum, qui ut ferebatur ocio deditus, uoluptatibus immersus operā dabat, per suos excitatus & inductus, cum maxima potētia tempore Veris in Besserabiā uenit, & Kiliam & Bialagrod obsidendo expugnauit, & in hanc usq; diem possidet. Eo tempore magister Michael de Vielun Collegiatus maioris Collegii Graccouiī cū magistro Nicolao de Glogouia maiori prædicatore Theutonico, & Georgio de Lanczhuth præsbitero ad sanctā Mariā in circulo Graccoī uolentes per terram pedestres sanctā ciuitatem Hierusalem uisitare, quū in Valachiā intrarent, Thurco exercitualiter appropinquāte, Kiliam ingressi, captiuati, & uenditi fuerunt. Biniq; eorum magister Nicolaus prædicator, & Georgius de Lanczhut in Constātinopoli, per mercatores Venetos redempti, in Poloniā per Venetias & terras christianorū redierunt. Magister uero Michael de Vielun ter uenditus & liberatus, de terra sancta cum uno cōuerso minorū natione de Kaliſſ peregre rediens, quia caumata & aeris feruorē nō uitauit. In Rhodis febribus acutissimis correptus, diē obiit extremum. Hic fuit in omni facultate doctissimus & promptus, Hebraicāq; linguam perfecte profitens & sciens. Eodem anno domini 1484 die Saturni quinta mensis Maii, quæ fuit uigilia Pēthecostes. Cristophorus Saffranyecz de Pyesz kowa Skala, mercatores Graccouieñ ad nūdinas in Lublin trāseūtes, hos, Stanislaum Lanthman, Ioānem Reichil, Ioānem Nonert, Conradū Enczi/ger, Swantoslaum & Bartholomeum Sinrich trucidauit. Qui in Graccouiā adducti, in choro ecclesiæ. s. Mariæ in circulo prope sacrariū iuxta subsellia Vicariorꝫ maturā missā cantantiū sepulti sunt. Ob hoc itaq; crimē & spolia quæ fecerat, primū de regno bannitus, tandem per Pyeczik & Szuf circumuētus, captiuatus est, & Graccouiā adductus, in testudine reclusus in arce Graccouieñ detinebatur. Donec sub nundinis post festū sancti Michaelis mandato regis Kazimiri capite truncatus, in ecclesia sancti Bernardini sepultꝰ est. Anno domini 1485 Frater Michael ordinis. s. Mariæ de metro de pacientia beatorū martyrū ad sanctū Marcum Graccouiæ quarta die mensis Maii uitam finiuit, in choro ad ualuas sacrarii septētrionem uersus sepultus. Fuit statura breuis de natura Gnawoꝫ, miraculis ut fertur glorioſus & clarus. Hic uerentibus fratribus & mœtu concussis, ne ignis non longe exortus, monasterium sancti Marci corriperet dixit. Non timendū pro hac uice, sed dum

kazimiri secundogeniti mors

Besserabia a Baissēto vastata.

Tres præstātes peregrini Graccouiam exeūt.

Cristophori Saffranicez grassatio.

Interitus eiusdem.

Fratris Michaelis mors.

ſed dum moriar, plaga per ignem grandis huic monaſterio accidet, quod ita factum, poſt mortem ipſius uerificando ſuperuenit, ſemper humilis, orãs & deuotus fuit. Eodem ãno domini 1485, die Mercurii, ſedecima Marcii. Fuit eclipſis ſolis undecim punctorum, ſuper quinto gradu arietis, in regno Poloniæ, ante occaſum ſolis ſatis notabilis defectuoſitatis & diminutionis lucis. Hãc in Mirandula ciuitate Lombardiæ ſatis claritatis habentẽ inſpexi, nec illic aliqua obſcuratio, aut ſplendoris diminutio notabatur. Anno domini 1486, die 28 mẽſis Marcii, quæ fuit feria tercia paſchæ. Maximilianus in Aquiſgrano in regem Romanorũ, p Archiepiſcopos Maguntineñ, Colonieñ & Treuerieñ, in preſentia patris eius Friderici tercii imperatoris Romanorum, & multorũ principum, prout ãte concluſum in Frankfordia tẽpore electionis fuerat, coronatus eſt. Anno domini 1488 die ſolis, tredecima Aprilis quæ fuit dominica conductus paſchæ illuſtriſſimus Fridericus Kazimiri tercii regis poloniæ filius poſtremo natus. Per Capitulum Graccouieñ ad poſtulationẽ prefati ſereniſſimi domini regis Kazimiri, in Præſulem Graccouieñ fuit electus. Et octaua die quæ fuit uigeſima Aprilis, minores ordines de manu Reuerendiſſimi domini Vrielis de Gorka Antiſtitis Poſnanieñ in Piotrkow in eccleſia predicatorũ ſuſcepit. In craſtino alias 21 Aprilis per Paulum de Glouina Decanum Graccouieñ cum eius collegis, nomine Capituli Graccouieñ poſtulatꝰ, ſpiritualibus adiectus fuit. In his omnibus principio Leonis aſcendente. Eodem anno die Mercurii ſedecima menſis Iulii. Concordia inter Conradum & Ianuſſiũ germanos Mazouiæ duces, ſuper bonis hereditariis, per Boleſlaum & Kazimirũ fratres eorũ uita functos derelictis facta eſt. Anno domini 1490 die Lunæ qnta menſis Aprilis, Mathias rex Hũgariæ apoplexia (qua precedenti die oppreſſus erat) in caſtro Viẽne auſtralis ſuffocatus & extinctus eſt. Et in Hungariã relatus, ſepulturam in alba regali abſq; pompa cõmunem accepit. Eodem anno die Mercurii, tredecima menſis Octobris Graccouiã in pulchro comitatu Ioannes Varadieñ idẽ & Olomunceñ epiſcopus aduenit, in circulo Graccouieñ apud Sebaſtianum hoſpicio exceptus, Kazimiro regi Poloniæ perſuadebat, ut filiũ eius ducem Albertum tercio genitum ex Hũgaria reuocaret. Et Wladiſlaum primogenitum regem Bohemiæ in hungariam pacifice regnare annueret. Is rege Kazimiro diſſentiente, die Lunæ, decimaoctaua menſis Octobris, quæ fuit Lucæ euangeliſtæ, inconſolatus e Graccouia per Sleſiã & Morauiã in Hungariam receſſit, poſtea in breui monachus factus. Anno domini 1491 Cometes dominus aſtone dictus, de natura Mercurii, circa feſtum epiphaniarum ſub tercia facie piſcium, ſolem poſt occaſum ſequens apparuit, Et circa carniſprium reſolutus diſparuit. Eodem anno die Solis, octaua menſis Maii & fuit dies celebris ſancti Staniſlai Polonorũ patroni, & dominica rogationum. Accidit eclipſis ſolis nouem punctorũ ſuper 26 gradu Thauri. Subſequuta q; fuit gregum & pecudum miranda contagio & infectio, preſertim boum & ſuũ ſiue porcorum. Iacebant etẽ inualidata artubus & iuncturis, & ſurgere nõ poterant. Linguaq; eorũ abraſa, excoriata, & fere ulcerata, pabula contingere & maſticare nõ ualebãt. Anno domini 1492 Mortuo & tumulato

Eclipſis ſolaris

Maximiliani coronatio.

Fridericus epiſcopus Graccouienſis.

Mathiæ regis Hungariç obitus.

Ioannes Epiſcopus Olomũcen Graccouiã aduenit.

Cometes.

Eclipſis ſolis

Peſtis ſubſequutio.

tumulato Kazimiro tercio rege Poloniæ, incendiũ de domo aciali Mikoſz nuncupata, iuxta portam ſutorũ exiliit, & omnes domos iuxta eccleſiã ſanctæ Annæ Graccouiæ, cum collegio artiſtarũ maiori, & horalogio nouiter immutato, die ſolis 29 Iulii in nocte ſequenti conſumpſit & conflagrauit.

Collegĩ artiſtarum conflagratio.

CAPVT LXXIIII. Ioannes Albertus.

AD eligẽdum nouũ regem, poſita conuentione pro feſto aſſũptiõis Mariæ in Piotrkow eodem ãno domini 1492 Conuenere optimates & Satrape regni poloniæ, Prelati, Magnifici & Nobiles. Et quia Alexandrum quarto genitum, Lithuani mortuo Kazimiro tercio rege Poloniæ, ſtatim aſciuerunt & in magnum ducẽ ſibi prætecerunt. Et duobus ſuper remanentibus alterũ Poloni in regem cũ quadã animorũ infenſione & cõtrouerſia eligere adnitebãtur. Cõmunitas nobilium, familiaq; Roſarum & urbs Graccouieñ cũ aliis ciuitatibus regni, Ioãnem Albertum tanq̃ maiorẽ natu regnare uoluerunt. In cõtrariũ Sbigneo de Olcznicza Archipreſule Gneznen, ducibus Mazouiæ Conrado & Ianuſſio Raphaele Iareſlawſki Marſalco regni, & omnibus de armis bipenniũ. Cæteriſq; ei aſſiſtentibus adnitente, & Sigiſmũdum minorem natu deligere & erigere conãte. Donec dux Ioãnes Albertus iuuamine genitricis ſuæ Elizabeth reginæ Poloniæ armato milite in Piotrkow miſſo, ad minus tricentoꝝ ſtipendiatorũ electioni ſuæ renitentes, & ſpolia parti eius inferentes compeſcuit. Die itaq; Lunæ 27 menſis Auguſti, luna applicante ad aſcendens radicis eius. Ioannes Albertus in Piotrkow rex poloniæ proclamatus & publicatus eſt. Ioanneq; de Tarnow filio Palatini Graccouieñ ad electum ducem Albertũ uelociſſime in Graccouiã aduolante, & electionẽ publicãte. Te deum laudamus in craſtino electionis Graccouiæ (mirũ inmodum omnibus gratulantibus & gaudẽtibus) ignes multis locantibus, uaſa quoq; uini & ceruſiæ exponentibus decantatum eſt. Coronatio tandem eius in regem Poloniæ dominica in craſtino Mauricii, quæ fuit 23 Septembris celebrata. Coronatus autẽ & inunctus eſt per Sbigneum Gneznen Archiepiſcopum, debilem & hidropicũ, aſſiſtentibus ei Friderico electo Graccouien confirmato, Petro Moſczinſki Cuiauieñ, Vriele de Gorka Polnanieñ Epiſcopis, cæteriſq; Pontificibus & Prelatis, Regina quoq; Elizabeth genitrice

Conuentus p rege eligendo.

Partes Ioãnis Alberti.

Partes Sigiſmundi.

Ioãnes Albertus rex eligitur

Mox coronat.

beth genitrice ipſius inſpectante, ac multitudine populi copioſa. Sbigneo Archiepiſcopo Gneznen Marſalco regni Iaroſlawſki, aliiſq; eius coronati onē dedignantibus, depoſt breui mortuis. Et quom anno ſequenti rex Ioannes Albertus in Poſnania eſſet, inſignes legati imperatoris Thurcarū & dominii Venetorū ad eum uenerunt. Retentis autē ſecum in Poſnania legatis Thurci de pactis induciarum tractantibus, Marcū Dandalum doctorē utriuſq; iuris & principalem Oratorē cum collega ipſius Paulo Capello, & reliquis Venetis gratulatū iri de Venetiis miſſis de ſublimatione Ioānis Alberti in regem Poloniæ Graccouiā ire iuſſit. Qui die Iouis ſecūda Maii Graccouiā ingreſſi, & in circulo apud Nikel Karle hoſpicio honorifice ſuſcepti & optime tractati uotorūq; ſuorum cōpotes facti, die Lunæ, tredecima mēſis Maii receſſerunt. Anno autē domini 1494 die Iouis, decima ſeptima mēſis Aprilis, conuenerunt in Leuczouia germani, Wladiſlaus Hungariæ & Bohemiæ, Ioanneſq; Albertus Poloniæ reges, dux Sigiſmundus & Fridericus Archiepiſcopus Gneznen, Epiſcopuſq; Graccouien & Cardinalis pronunciatus. Item Fridericus Marchio Brādenburgen regū ſororius, cum magnificis & cōſiliariis regnorum Hungariæ atq; Poloniæ, multiſq; ac uariis inter poſitis tractatibus ſuper regnorū unione ſuper bello in Thurcas & extirpatione Valachi. Irritatis & omnibus articulis fere concluſis reiectis, uacui ad propria diſceſſerunt. Anno præfato die Martis, tercia menſis Iunii, notabilis legatus imperatoris Thurcarū. 12. camelos habēs, Graccouiā aduenit, in domo ducū Mazouiæ in acie circuli Graccouien hoſpicio exceptus. Preparabantq; & quaſi ſingulis diebus thurci in circulo Gracco: ſub pretorio fimū & pabula camelorū deſiccabant. Aſtruebant tūc memores & ſeniores, eum fore ānum quadrageſimū, quē diuus Ioannes Capiſtranus prædicādo Graccouiæ pphetice dixerat. Veniet thurcus huc, & equos ſuos in circulo Graccouien locabit, ſi correctio morum & uitæ in uobis non aderit. Vtq; narratores affirmabāt, tametſi de Thurcarū imperatore non fuit uerificatum, in nuncio tamen eius ſub conditione expreſſa ueriſſime impletū fuit. Terribile quoq; dictu, horribilis plaga eo tempore accidit. Nam die ſolis, 29 menſis Iunii, quæ fuit apoſtolorū Petri & Pauli, in nocte ſequenti, maximus ignis a piſtoribus circa nouam portā exortus, omnes ſtructuras iuxta murum & in mediis plateis, preter circulum uſq; ad plateā ſutorū conflagrauit & cōſumpſit. Ceciderunt portæ ſancti Nicolai, ſancti Floriani, Slawkouien. Eccleſia ſancti Marci & clipei eius cū toto monaſterio ceciderunt, turres ciuitatis in prædicto circuitu, & turris eccleſiæ ſancti Stephani cū campanis & dote paſtorali exuſtæ ſunt. Iudei poſt ſanctū Stephanum cōmorantes uehementer arſerunt, & immiſericorditer p ſtipendiarios, quorū magna copia illis diebus Graccouiæ aderat, direpti ſunt. Noſq; in domo aciali Turzonis plateæ ſancti Stephani arſimus. Hæc quū uidiſſent thurci, ſtolidam gentē Polonorum, improuidā, inertemq; ad prohibendum exuſtionē cū exprobratione dixerunt, & omnia ſua in camelos ac equos impoſita ligarunt, parati de ciuitate egredi. Sic & Cardinalis Fridericus quæ ſua fuere, in currus cūcta impone iuſſit. Et ſi incendium Epiſcopali curiæ appropinquaret, e Graccouia excedere diſpoſuerat. Cōtinuata eſt hæc plaga incēdii, a prima hora noctis uſq; poſt

Legati Venetorum.

Legati Thurcarum.

Regum ac principum in Leuczouiam conuentus.

Legatus Thurci Graccouiā venit.

Capiſtrani uaticinium.

Ignis maximꝰ Graccouiæ.

uſq; poſt ortūm ſolis, legati quoq; Thurcarum extūnc quārtā die, ulteriora non expectādo, die Iouis tercia die menſis Iulii de Graccouia abſceſſerunt. Ad inſtātiam autē ciuium Graccouienſiū, tanq; propter ipſos huiuſcemodi plaga conflagrationis eueniſſet. Rex Albertus, iudeos de Graccouia in Kazimiriam ſub murū, iuxta eccleſiā ſancti Laurēcii, ubi cellæ pro collegio & lectoriis per Kazimirū ſecundum regem Poloniæ extructæ fueranr, ubi in hanc diem morantur, tranſtulit.

Iudei uſa expu

CAPVT LXXV.

ANno domini 1497 his calamitatibus, grandius malum ſucceſſit nam rex Albertus a Valacho iāpridem iniuria laceſſitus. Bellum ingēs atq; idem periculoſum concepit. Quo uniuerſam Poloniā, Ruſſiam, Mazouiam, Ioannemq; de Tiffen ma giſtrum Pruſſiæ, reliquas terras in arma concitauit, præterea mercenarium militem equeſtris, pedeſtriſq; ordinis, immodicū his iunxit, atq; inſtructū exercitum ad dies Iunii apud Leopolim recenſuit. Quo reuiſo, ordinatoq;, die 26 Iunii, feriæ ſecundæ poſt diui Ioannis baptiſtæ diem, cū toto exercitu, & Sigiſmūdo fratre, a Leopoli ſoluit, iterq; in Valachiā non ſine malo omine dirigens. Hæc inter prodigia infœlicis expeditionis merito numerāda, preceſſere, boues ducenti poſt exercitum pulſi, Leopolim uerſus dilapſi, nulla ui ſiſti potuerunt, partim in ipſo ſuburbio foſſatis ſe immitentes, colla fregerunt, partim denſis ſyluis errabundi diſperſi, ex omniq; numero uix octo recollecti fuerunt. Rege ipſo fluuium, exiguo alueo dilabentem, tranſeunte, equus candidiſſimus regiq; charus ipſo inſidente corruit, neq; omni opera a ſubmerſione ſeruatus eſt. Præterea quidam Sropſki genere nobilis, alioqui pauci ſenſus, Leopoli iteratis uocibus, noſtros ſuccubituros occidendoſq; non ſine terrore exclamabat. Fulmen item caſtris dilapſum, nobilem unū, & equos duodecim interemit. Sacerdoti apud regē diuina celebranti, hoſtia ter manibus excidens in terram uſq; prolapſa. His terrorem incutientibus, nihilominus a ſceleribus nihil temperatum, exercitus permiſſis mulieribus refertus, ferunturq; ipſi Primores & Duces, nocturna libidine non ſaciati, clara luce publicis balneis, & tina, inter amplexus mulieꝝ uoluptatibus indulſiſſe. Quūq; ingreſſi Valachiam pertranſirent, tantus metus & tremor eos concuſſit, ut plerūq; multi Poloni a paucis Valachis in ignominioſam fugā uerterētur. Et fortunati, ut ſæpe aut occiderent aut captiuarent ſecūdum illud Deutronomii 32, & pſalmi ſabbati ultimi. Quomodo perſequebatur unus mille, & duo fugauerunt decem milia. Nonne ideo quia deus ſuus uendidit eos, & dominus concluſit illos. Ipſeq; Stephanus Palatinus Valachiæ plures captos exenterabat & euiſcerabat, & in extis quid comederent inſpiciebat & extimabat, alios ſuſpendebat aut partiebatur. Nonnullos alia dira morte affici ebat & conſumabat. Iccirco Poloni ad regem Albertū, ut in domos redirēt, clamabāt. Nec potuerūt, quoniā poſt ſe nullis caſtris incaſtellatis, nec exercitibus locatis itinera concluſerant. Peruenitq; rex ad Szoczawa, & caſtrū miſſis aliquotiens machinis bellicis fruſtra oppugnabat. Valachis illudentibus & deridentibus, caudiſq; murū ſubſanatiue abſtergentibus, quod rex uidens non

Expeditio in Valachiam.

Præſagia infœlicis belli.

ho.

dens non proficiens, fœdus cũ Stephano Palatino pepigit. Qui inter loquẽ dum ab exercitibus alienigenarum regẽ non auisauit, sed ut prouideret mo/ nuit. Itaq; dum redirent atq; omnia negligenter custodirẽtur, & maiores Po loni syluam cum rege febricitante & egrotante primum pertransirẽt. Mino res Poloni tanq̃ magis armati, postrema custodiẽtes subsequebantur, & pri ma luce orto sole, 26 Octobris, quæ fuit feria quinta ante Simonis & Iudæ apostolorum, a Thurcis præcio conductis ab Hungaris Septemcastrẽsibus & Transsiluanis, ab ipsis quoq; Valachis inuasi, occisi & deleti sunt. Inter quos plures de domo & nobilitate bipennium corruerunt, præcipue Nico/ laus Palatinus Russiæ, & Gabriel de Morauicze germani ãbo de Tanczin qui perierunt. Ioannes filius Sbignei de Tanczin, qui in thurciam uenditus erat, postea per fugam liberatus. Deinde hostilis exercitus Prutenos & Ma zouitas castra Polonorũ sequentes & diuisos, aut occidit, aut captiuos uen/ didit. Aliqui Poloni ligati crinibus capitis crispatis longis & simul iuncti in cõspectum Palatini Stephani pellebãtur. Reliqui a thurcis & hostibus di/ stracti, in thurciam aliasq; regiones abducebãtur. Exercitus autẽ regius su/ perremanens, tota hebdomada donec Russiam intrauerat persequutiones & molestias ppessus est. Fuitq; ingens ac inestimabilis in Polonia de tali ca su mœror. Insuper afflictis addita est afflictio. Nam sequenti anno in princi pio Maii, Thurci, Thartari, & Valachi iuncti, Russiã irrumpẽtes, plurimã stragem in hominibus crudeliter fecerũt, iacebãt passim in uiis & campis oc cisi. Omnia oppida sub montibus & in medio circa Leopolim & Przemisli/ am, usq; ad oppidum Canczugam incenderunt, uastarunt, & diruerunt. Et cõmorati quantũ uoluerunt, cum maxima præda & hilaritate salui discesse/ runt. Hæc nouitas quom die Mercurii sedecima Maii Graccouiã esset dela ta, non parum omnem statum terruit, etiam nonnullos fugæ accinxisset, nisi uel timor, uel spes a rege ꝓhibuisset. Extunc Graccouieñ fossata uersus cã/ pestria & Cleparz expurgari cœperunt. Et iacto fundamento ad propugna culum extruendum ante portã sancti Floriani (quod proximis ãnis magnis impensis finierunt) oppidũ Cleparz in magna sui parte, quæ fluuio Rudaw ka superimminebat demoliti sunt, deiecerũt atq; diminuerunt, turres quoq; muri Graccouiensis uersus Cleparz, quas post exustionem muro in altum erigere cœperant, cõplebant & edificarunt. Cœpit deinde rex Albertus que rere modos resistendi hosti, auxiliaq; a Wladislao rege Hungariæ & Bohe miæ, germano suo atq; ab ipsis Hungaris expetere. Et ueniente legato eorũ Episcopo Vesperimeñ Graccouiã, prima Iulii anno præfato 1498, concor/ diã inter Hũgaros & Polonos ad ꝏponendũ cõmuni marte se hostibus con cluserunt, & Te deum laudamus, die Iouis, quæ fuit duodecima Iulii decan/ tauerũt. Sed talis concordia, nil iuuamẽti attulit, Thartari namq; Russiam in fine Iulii inuadentes, ad libitũ grassati, cum præda ad propria remearũt. Contra quos rex Albertus, regnicolarũ exercitu collecto, de Graccouia die Martis, septima mensis Augusti exiuit, & nihil effecit, sed circa Sandomiri/ am omnibus uillis destructis & exhaustis, exercitum ad sua abire permisit. Post thartaros, Thurci circa diem sanctæ Catharinæ sub montana Russiæ eodem

Clades Polonorum.

Thurcarum Thartarorũq; incursio.

Fœdus cum Hungaris.

Thartarorum incursio.

Thurcorum incursio.

eodem anno circa Sambor & Halicz deuastauerũt, neq; aliquo certam[illegible] lacessiti. Verum uel deo, uel eorũ infortunio sic cogente, frigoribus aerisq; in/ temperie inedia atq; niuibus, supra q̃ quadraginta milia equorum hominũq; periere, reliqui tamẽ quoq; ultra uiginti milia dicuntur fuisse, salui post dam na illata recesserunt. Alium itaq; modum pacis nanciscendæ aggressi, quo niam absq; Valachis, exteras ac barbaras nationes ad inuadendum regnum excitantibus pax non fieret, persuasi & uocati Graccouiæ conuenerũt. Epis/ copus Varadieñ nomine Hungarorum, Oratores Stephani Palatini Vala/ chiæ, oratores Alexandri magni ducis & Lithuanorũ, & Poloni. Hi omnes post longas moras & consilia, anno domini 1499, die Veneris, decimanona Aprilis sibiinuicem mutuam assistentiã & auxilia contra thurcas & tharta/ ros iurarunt. Episcopo autẽ Varadieñ de Graccouia 22. Aprilis quæ fuit feria secunda ante Adalberti recedente, legati ducis Iwan Moskouiæ in cra/ stino, & fuit dies sancti Adalberti aduenerunt. Et hi similiter de pace requisi ti tractauerunt & promiserunt.

Pacis stu[illegible]

Oratores du/ cis Moskorũ.

CAPVT LXXVI.

ANno autem domini 1500 die Martis, 25 Februarii quæ fuit dies sancti Mathiæ apostoli in ãno bissextili. Oratores imperatoris thurcorum Baisseti Graccouiã aduenerũt, & anteq̃ inducias pa cis cũ rege Alberto firmarent, Kurzanoga habitaculum & spe cula regia castri Graccouieñ, in præsentia eorum die Veneris, decima Apri lis, & fuit feria sexta ante Ramispalmarũ exusta est. Deinceps Cometes do minus astone, flagellum iræ dei, feria quarta 20 Maii, in parte Septẽtrionis sub signo Capricorni apparuit & notatus est, supra Lithuaniã, Russiam & minorem Poloniam girans. Et eo disparente in diebus Pẽthecostes, alias cir ca octauã diem Iunii, statim thartari regnum Poloniæ intrauerunt, & circa Lublin, Thurobin, Belsz, Krasnistaw, & alia loca eis propinqua depopulan do uastauerunt. Eodem tempore Iwan dux Moskouiæ, altera uice Lithuani am ingressus, circa Smolensko uastauit, & eam, non habito respectu affini/ tatis (quia ipse fuit socer & dux Alexãder gener) attriuit. Rex Albertus ad uersus thartaros die Veneris, decimanona Iunii, ãte uigesimamprimã horã egrediẽs, nihil memorabile effecit. Et ad matrem die Mercurii, 22 Iulii in die Mariæ Magdalènæ rèdiit. Ad quem legatus Alexandri papæ sexti Caspar Episcopus Callensis (homo callidus & facundus) aduenit. Et iubileum cũ cruciata cõtra paganos, die dominica quæ fuit 30 Augusti, Graccouiæ de ec clesia. s. Mariæ in circulo processionatim in ecclesiã Cathedralem incedẽdo rege Alberto sequente, publicauit. Et mox thartari iterum irruerũt, & terri biliter Russiam, Lithuaniam, Sãdomiriam, Mazouiam, & Lublineñ terras Vrzadow, Lanczhut, Lasensko, Crasnistaw, Zauichost, circa Oppatow, circa Lublin, in Brzesko Lithuaniæ & uiciniis eorum uastauerũt. Magnaq; præda abacta, omnibus magnificis misere dormitantibus, & defensam nul/ lam opponentibus, libere abscesserunt. Qui autẽ transitum thartarorũ op/ posuerant & obsiderant, dñi Petrus Miszkowski palatinus Siradieñ, & Ca pitãneus Leopolieñ, Nicolaus Camyenyeczki palatinus Sãdomirieñ & Ca

Oratores Baisseti imperato ris.

Cometes.

Thartari Polo niã depopulati

Moskus Lith/ uaniã vastauit

Legãtus sum mi Pontificis.

Thartaro rum incursio.

pitaneus Graccouieñ,& cæteri nobiles,quom supra numerum plurimi fuis/
sent,timidi in thartaros non insiluerũt. Rex autẽ Albertus die Lunæ,quarta
decima mensis Septembris,& fuit exaltationis.s.Crucis, contra eosdẽ thar
taros de Graccouia circa horam quindecimam cum quibusdam cruce signa
tis exeundo,eadẽ sorte qua prius,nihil defense adducens rediit. Verum cru/
ce signati,inter quos plures relligiosi & monachi fuerunt,post discessũ regis
de Graccouia,Iudeos in Kazimiria per uiolentiã,effracta porta Kazimiriæ
Glinyana,cæterisq; portis & ostiis hebreorũ,die Mercurii, sedecima Septẽ
bris tumultuose spoliauerunt. Et ex eis de utroq; sexu prope uiginti occide
runt.Et Graccouiam clausis portis ingredi prohibiti,per uallum ad campe
stria iuxta Cleparz progrediẽtes,legatis thurci in domo Pileczki supra mu
rum hospitatis,manibus & armis tensis minitarunt, & die tercia regem uer
sus Russiam insequuti sunt. Anno domini 1501 rex Albertus in Martio,ex
conuentione Piotrkouieñ in Graccouiã diuertens,Heliam Valachũ(ut fer/
tur heredem Valachiæ)propter uiolatas litteras suas, de consilio consiliari
orum suorum in Czchow in præsentia nunctiorũ Stephani Voieuodæ Va
lachiæ docollari iussit. Fuit autem Helias filius olim Petri cõpetitoris Ste/
phani in principatu Valachiæ. Post festa paschæ anno præmisso 1501 die
Martis uigesima Aprilis, quæ fuit feria tercia post conductum paschæ,rex
Albertus Graccouiam relinquens,in Prussiã perrexit & in oppido Thorun
splendide extructo,apoplexia die Iouis,decimaseptima Iunii, & fuit octaua
corporis Christi,& tercia dies post Viti, hora quartadecima occubuit.Hoc
fato tãtus rex immatura morte non sine suorũ mœrore absũptus est.Cui ma
gnanimitas,fides,dexteritas,consilium,prudentia,& in rebus gerendis,indu
stria nũq̃ defuere,sed fortuna quæ nõ ex æquo sedes suas apud homines lo/
cauit,plerũq; illius rebus contraria fuit,hincq; factũ est ut quũ in oñi reip.
euẽtu sapiẽter citoq; cõsuleret, iniqua fortuna,oñe consilium euerteret. Al
berti aũt mors uti Sarmatis luctũ,ita plerisq; exteris nationibus qbus tanti
regis ingerẽdis rebus industria suspecta esset,leticiã attulit,tãto maiorẽ,quo
magis inspata mors oñia cõsilia intercipet, potuisset hic princeps, si fortu/
nã cũ cæteris animi dotibus habuisset,oĩm maiorũ uirtutem adæq̃re. Alber
tus quoq; prudentia & audacia nulli ducũ secũdus fuit, ut etiã sũmis se peri
culis nõ subtraheret. Sed quũ ad maximas iã res aspiraret,iniquo fato subla
tus est.Signa mortẽ eius portẽdentia,fuerat Cometes predict9 Septẽ: Kur
zanoga regia habitatio exusta,& globus turris prætorii Gracco: suprem9
uento abruptus,ac die Mercurii.20. Februarii, q̃ fuit dies Fabiani& Seba/
stiani martyris in nocte sequenti deiectus.Præcedenti siquidẽ æstate hũc glo
bum faber lignarius nouiter posuerat, & omniquaq; firmauerat, ut huma/
na estimatione hunc cadere non fuit possibile, & postq̃ cecidit casum capitis
regni & ciuitatis Graccouieñ signare.Exiueram ad eum de Graccouia tanq̃
medicus,post uesperas eiusdem octauæ corporis Christi, & die mortis suæ.
Et circa tabernam in Prandnik, curru in limum & profundũ lutum deuexo,
q̃uis octo equis Podwodorũ seu conductoꝝ extraheretur,incassum laborã/
do,penitus extrahi non potuit.Equis ergo ad postrema curruꝰ aredatis & li
gatis, nobis

Cruce signati Iudeos inuadunt.

Iudeorum exclusio

Helię Valachi occisio.

Alberti regis obitus.

Signa mortem præcedentia

gatis,nobis prius ad ripas exilientibus,uix & ægre retrorsum, Graccouia
uersus extractus est,quod fuit omen mali,& ad Graccouiã inconsolate red
undi.Et adhuc nobis in Piotrkow ueniẽtibus,obtentoq; subuectigali & pod
wodis atq; discessum parantibus,oppidani insurrexerunt(quoniã regem Al
bertum uita functũ intellexerant)& aulicos regis gladiis,fustibus, & lignis,
grosse sectis persequuti,occidere conabantur. Qui fuga sese saluarunt,& in
hospicio apud Adam Scribã oppidi clauserunt. Tarde igitur egressi & mo
lestias plures admodum & frustra passi,in Graccouiã incõsolati & insalaria
ti de Piotrkow reuersi sumus.Funus autẽ regis Alberti,post hoc Graccoui/
am die Lunæ uigesimasexta Iulii, quæ fuit dies sãctæ Annæ post meridiem
adductum est,& hora uigesima,cum decentia & honore regio, in sacello san
cti Ioannis euãgelistæ,ecclesiæ Cathedralis Graccouieñ ad dextrã chori si/
tam,sepulturæ traditũ est.Cuius sacelli alteram partem, regina Elizabeth
pariete facto diremit & secluſit.Et tã sarcophagum q̃ ipsum sacellum,pro/
priis impensis prout matrẽ decet adornauit, duosq; lectores missarũ pro ani
ma defuncti in perpetuum fundauit.Post huiusce modi quoq; sepulturã, Fri
dericus Cardinalis,Primas Gnezneñ & Episcopus Graccouieñ,quosdã spi
rituales aulicos mancipauit,turbauit,& cum sua societate tanq̃ reos & the/
saurorũ ablatores,in carcere,reliquos in seraculis recluſit. Qui excusatione
adhibita,liberati sunt.Fuit autẽ Ioannes Albertus rex Poloniæ proceræ sta
turæ,oculorum rubicundorũ & faciei cum quadã morpheatione & exituris
Robustus,ossosus,& audax,secundũ pectus,manus,& pedes, pilosus,secũ
dum caput paucis,raris & nigris crinibus respersus. Fuit prudentia atq; so/
lertia præditus,lingua expeditus,sermone latino tanq̃ alter Rhetor (ultra
Polonicũ & Theutonicum)ornatissime & sufficienter imbutus. Historias le
gebat,& disputationes Doctorum amabat.In incessu maturus,et in incedẽ/
do(ut sæpe)cultro ad latus suum accincto progrediens,uoluptatibus & libi
dini tanq̃ homo martialis indulgebat.Et quom multa pertinẽtissime & pru
denter,consultando atq; respondendo differebat, in hoc defectuosus diminu
tus,& sine laude fuit,q; bene tractata & dicta nõ exequebatur, nec effectui
demandabat.In obeundis bellis infortunatus,In edificãdo negligens ac nul/
lus,& regnicolis ultimatim inuisus.Regnauit supra Polonos.8. ãnis,octoq;
mensibus & uigintiquattuor diebus.Vixit annis quadraginta uno,mensibus
quinq; & uiginti uno diebus.

Sepultura Alberti.

Statureę ac vitæ suę descriptio.

Morum qualitas.

CAPVT LXXVII.

ANno domini 1493 per omnes dies usuales Ianuarii,usq; ad medi
um Februarii, adeo calidi dies fuerũt,ut gemmæ & pullulatio/
nes in hoc regno Poloniæ turgerent & uiderentur. Puluis e ter
ra uelut in æstate surgebat & spargebatur. Aues nidificabãt &
fœturã nouam educabant. Verum post mediũ quadrageſimæ,intantum fri/
gus duabus hebdomadis fuit intẽsum,q; omnia arefacta & destructa fuerũt
Eodem anno die Lunæ,26 Augusti.Fridericus imperator Romanorũ,postq̃
in imperio a sua coronatione, per Nicolaum quintum regnauit fere quadra/
ginta uno ãnis Vienne mortuus est,ibidem tumulatus. Huic crus & pedem

Temporis qualitas prẽter cõmunẽ cursum.

Friderici Romanorũ imperatoris monopedis mors.

irurgici in senio resecuerūt & absciderunt, quia aliter in uitā ipsum conser uare non potuerant. pauco tñ postea tēpore supuixit. Eodē ānō circa sedeci/ mam Septembris, Thurci per Croaciā diffusi, ipsam uastauerūt, & prædā abegerunt. Anno quo supra 1493, die Veneris. 20. Septēbris Fridericus Ka zimiri tercii regis Poloniæ natus. Ad promotionē Wladislai Hungariæ & Bohemiæ, atq; Ioannis Alberti Poloniæ regum, Romæ per Alexandrū pa/ pam sextum Cardinalis pronunciatus est. In cuius honorē Te deum lauda/ mus Graccouiæ uigesimaquarta Octobris decantatū est. Attamē capellū summus Pontifex ei non misit, usq; anno domini 1495. Quem tali anno die Lunæ, uigesima Aprilis, quæ fuit feria secunda paschæ suscepit. Primā autē missam cecinit, anno domini 1493 in die natiuitatis Christi in porticu latera li hostii ad meridiem, quoniā propter Iubileum per Alexādrum papam se/ xtum, omnibus huiusmodi solennitatem diuinoꝝ præsentiis suis decoranti/ bus a culpa & pœna cōcessū. In ecclesia Cathedrali Graccouieñ, & per om nes areas iuxta ecclesiam uix homines consistere propter præssuram potue runt. Rege Alberto in porticu & circa populum cōpescentē, dirigēte & am mouente. Morbus gallicus hoc anno domini 1493 sub oppositione duorum ponderosorū, Saturni & Iouis in partibus mediis inter meridiē & occidentē ubi est dominiū Martis scilicet in Mauritania, Cæsarea, Hispania apparuit. Et anno sequenti in Italiam & Franciā uenit. Deinde pedetentim ad orienta les processit regiones, apud nos in Graccouia prima mulier hoc morbo infe cta, anno 1495, fuit coniunx cuiusdam seruitoris Burgrabiorū castri Grac/ couieñ, nūcupati albus Albertus, ex opposito monasterii sanctæ Trinitatis cōmorantis, quæ ex peregrinatione de Roma redeūdo, præfatum morbum secū Graccouiā attulit. Deinde ex Hungaria eodem anno 1495 & 1496 ad/ uenæ tali morbo infecti adueniebant, & morbus per Graccouiam spargi ac multiplicari cœpit. Merito plaga dei uocitandus, quoniā præuaricatores et homines supflue uiuentes, in libidine, uino, acutis & grossis, deus uindex ma lorum, hoc morbo tanq̄ singulari plaga puniuit. Et ex aduerso homines so/ brie uiuētes, perraro aut nunq̄ hoc morbo laborare comperti sunt. Vnde & moderamē huiusce mali Franczosi, potior cura inter alias reperitur. Et quū cœlestiū rimatores Mathematici & prognostici hūc morbū molestissimum a coniunctione Saturni & Iouis, que consequenter fuit in Cancro anno Chrī sti 1504 destituendum & finiendū prædixissent, tamen (predictionibus eorū haud uerificatis) usq; in hanc diem, anni 1519, post prædictā coniunctionē debachatur & seuit, q̄uis minus acute & paulo tollerabilius q̄ antea. Voca/ tur autē hæc labes pro uarietate regionū in quibus accidit uariis nominibus Nam Italici malam franczosam aut morbum gallicū uocitāt, quia rege Ka rolo cum Francis circa ānum domini 1494 Italiam ingresso, hæc pernicies in Italia seuire cœpit, & nomen ab euentu eorū accepit. Parisius & in aliis ci uitatibus Galliaꝝ, grossa uariola nuncupatur. In Hispania propinquiori et in Aragonia, morbus sancti Semēti, eo q̄ malum prædictū inuocatione san cti Semēti, q̄ in Britānia reqescit curatur. Cuius sororiū ac ꝓximū in morbo gallico mortuum credūt, ultra Hispanias & in Granata morbꝰ curialis (qa curiose

is ka/ tlius inalis p/ iciatus.

Primordialis morbi gallici origo atq; in crudescentia.

Varię eiusce nuncupatiōes ex gentium di uersitate.

curiose ac crāpulose uiuentes insequitur) appellatur. Ego uero sub Defloratione/ tionibus, prout apud Galienum in decem tractatibus & Alsahaphati pro/ ut apud Auicennam in 7 fen quarte, aut sub scabie fœda, hoc pernicio sum ma/ lum locando curabam, & deo propiciante affatim prosperabar. Anno domi/ ni 1494, die Veneris, 27 mensis Iunii, domini Collegiati maioris Collegii arti starum, in platea sanctæ Annæ Graccouiæ, inuenerunt in muro lectorii So cratis thesaurum 2508 aureorū, & tantundē in annulis, unionibus, ac gēmis Et fuit dies sancti Ladislai regis Hūgariæ. Ob hoc præfatam diē sancti La dislai illa domus festiuat & colit. Quomq; rex Albertus inuentū thesauꝝ co gnouisset, aureos intitulatos Maria regina Hungariæ, a Collegiatis redemit & eis monetam medientum largitus est. De quo collegiati bene contenti fue rūt. Fridericus uero Cardinalis ab eisdem gēmas & annulos præciosos tulit quos dilapidauit & distraxit. Et 50 dumtaxat marcas monetæ requisitꝰ pro eis tribuit. De quo male cōtenti oīes sūt & fuerūt. Anno predicto die Mer curii. 22. mensis Octobris. Quædam mulier in nigra uilla ante Graccouiā a pud filiū Stauouy, monstrum peperit, quod collum & aures leporis habuit & loco stomachi unū intestinum, oreq; distento spirabat. In antea uero alte/ ra mulier in platea sanctispiritus Graccouiæ, Lazurkowna cognominata, pueꝝ mortificatum & serpentē uiuum peperit, qui cauauit, exedit, atq; pro funde dorsum infantis corrosit.

Monstri pro ductio.

CAPVT LXXVIII.

IN hoc quoq; anno die Saturni, in uigilia Bartholomei apostoli aulici & stipendiarii regiæ maiestatis, circa Visznyeuiecz, per Thartaros fere omnes profligati & occisi sunt. Inter quos Hen rzich Camyenyeczki germanus Nicolai Palatini & Capitanei Graccouieñ. Et Dzersek nepos Pauli de Glouina Decani Gracco: occisi ce ciderunt. Anno domini 1495 die Lunæ. 25. Februarii. Ianussius dux Mazo/ uiæ & germanus ducis Cōradi, absq; uxore & prole mortuus est. Iccirco rex Albertus Mazouiā, tanq̄ terrā feudalem repetiuit & obtinuit, cum ciuitati bus & castris Ploczko, Gostinin, & cæteris quæ ipsius ducis Ianussii fuerūt Eodē anno post coniunctionem Iulii, quæ fuit ad finem dierū Iunii, diluuium Istulæ, supra, q̄ memoria hominū teneret maximū fuit, priora diluuia aqua rū ubertate præcellens. Anno domini 1496 Philippus Callimachus Floren tinus, Poeta laureatus, regi Alberto inseruiēs, fluxu uentris resolutus, Grac couiæ in kalendis Nouembris quæ est dies Omniū sanctorum de mane occu buit, in ecclesia sanctæ Trinitatis Graccouiæ, in sinistra parte introitus cho ri sub altari sepulturā percepit, tectusq; est urna ærea, erecta in altare, Epita phio supraposito. Hic tpe Pauli papæ secūdi, cōprehēso Platina cū reliquis poetis, e Roma in Poloniā fugit. Scripsit carmina elegiaca de amore plura, Item uitam & successus Wladislai regis Poloniæ & Hungariæ in Thracia circa lacū Varneñ, per Thurcas profligati & perempti. Item de Attila, or/ tuq; & progressu Hungarorum. Item epistoliū longum in fauorē & laudem regum poloniæ ad Innocentium papam octauū &c. Epitaphium suprapositū est tale. Hic iacet heu patria procul a regione sepultus. Progenitus Tus/

Thartarorum victoria.

Mors Ianussij ducis Mazo uiæ.

Diluuium Istu læ.

Calimachus Poeta laureat⁹ Florentinus mortuus.

Scripta sua.

Epitaphium.

uiuè Calimachus. Quem fatū uariis aduersum erroribus ægit. Inui-
um his tandem cōstitūitq; locis. Illius ut postquam uirtutem regia sensit.
Vidit florentem sarmatis ora uirum. Qui memor hospicii tam mitis contu
lit isti, Consiliis regno commoda multa suis. Quod sentit præsens & futura
sentiet ætas, Cuius iudicium sanctius esse solet. Plura quoq; aggressum & q̄
dam maiora parātem, Haud oportuno tempore mors rapuit. Anno domini
Thurci ingressus. 1497 post principium mensis Aprilis. Thurci per Croaciam ingressi, Corin
thiam & Stiriam deprædati sunt, & captiuos secū abduxerunt. Et iterū eo
dem anno circa Ioannis Baptistæ clam ingredientes Thurci, prædam & ca-
ptiuos quasi sex milia de eisdem Chorinthia & Stiria abegerunt. Eodē āno
circa festum Ioannis Baptistæ, Ioānes de Tieffen magister Cruciferoꝝ Prus
siæ, bellicam expeditionē cum rege Alberto contra infideles obeundo, in Le
Ioannis magistri Prussię obitus. opoli infirmatus, mortuus est. Et ad sepeliendum in Konigsbergk eductus,
pugna infidelium non gustata neq; uisa. Cui per Cruciferoꝝ uocationem, &
Elizabeth reginæ Poloniæ ad regem Albertū promotionē, Fridericus dux
Misznensis successit. Anno præfato die Lunæ. 26. mensis Iunii, quæ fuit Ioā
nis & Pauli martyrū, dux Nicolaus Oppolieñ Nissæ āte pretorium plexus
Nicolai ducis Oppolieñ interitus. & capitè truncatus est, quoniā insiluerat primū contra ducem Hēricum Glo
ceñ, deinde in Ioannē Roth Episcopum Wratislauieñ, tandem in Kazimiꝛ
ducem Tessineñ & Capitaneum Sleſiæ, cum pugione intentione trāsfodēdi
eum accurrerat, & sese inter iurgandum & defendendū tenentes, de gradu in
terram ceciderūt. Et quū ereptum pugionem dux Nicolaus Oppolieñ sen-
sit, in ecclesiam fugit. De qua etiā præcepto Ioannis prænominati episcopi
Wratislauieñ extractus & reductus, per cōsules Nissenses iudicatus, gladio
Pestis incredes centia. decapitat9 est. Anno pretacto 1497 in æstate & autumno maxima pestis in
minori Polonia, in districtu scilicet Gracco: & Sandomirieñ uiguit. A Grac
couia incipiendo orientalem & septētrionalem plagam uersus, quæ seuiēdo
plurimos rapuit & consumpsit mortales. In anno uero precedenti uidelicet
1496 in ptibus occidentalibus a Graccouia & uersus Sleſiā ad Hūgariam
eadē sorte præssit mortales pestis. In inicioq; hyemis Graccouiam uenit. Et
paucis absumptis, intensum gelu superueniens & perdurans, pestē diremit,
quinimo prohibuit. Ita q; sequēti āno puta 1497 prætermissa Graccouia in
uno miliari scilicet a Mogila Crzeslauicze &c. reincepit, & satis acriter ut
præmissum est afflixit & cōtinuauit. Præterea eodē anno 1497 in Leopoli
feria quinta in uigilia conceptionis Mariæ, Ioānes Albertus Poloniæ rex ad
Vniuersitas Graccouieñ iu repatronatus donata est. uniuersitatē Gracco: singularem gerens affectum, cultū diuinum in ecclesia
Przemislieñ adaugere uolens, Ius patronatus, Canonicatus, & prebendæ ec
clesiæ Przemislieñ, qui de iure patronatus regis Poloniæ extitit, uniuersita-
ti predictæ pure & donatione perpetua ac irreuocabili motuq; proprio do-
nauit, quam donationē Alexander Poloniæ rex subsequutor approbauit. Et
has, donationē & approbationē, Mathias Drzeuiczki, Episcopus Przemis
lieñ & regni Poloniæ Vicecancellarius auctoritate ordinaria cōfirmauit. Lit
teras desup nouas dando & concedendo. Anno domini 1498 Magister Ioan
nes Vels de Posnania Licenciatus medicinæ olim preceptor & informator
filiorum

filiorum regis Kazimiri tercii ecclesiæ parrochialis sācti Stephani
uiæ rector, diem clausit extremum, die Martis, decimaseptima Aprilis,
fuit feria tercia paschæ. Hic coemptis aliquot areis extra urbē Gracco:
occidentem, amplum & spaciosum construxit cimiterium, ad sepulturā par
rochianorū sancti Stephani, & aliorū quorumcūq; illic sepeliri uolentiū. Ec
Ci-
tri &
postolo
cum eccle
erectum.
clesiam quoq; in eodem cimiterio intra robora muratā, in titulum & uenera
tionē Petri & Pauli apostolorū erexit. Et lectorem missaꝝ in eadē ordinauit
Et ut in nocte tempore necessitatis ingruentis confessiones in lingua Alma-
nica & Polonica audiret instituit. Ante fores ecclesiæ prefatæ ad partē meri-
dionalem, prout uiuens mandauerat, sepultus est. Anno predicto die Mer-
curii, tercia mensis Octobris, Illustrissimus dux Sigismundus de Graccouia
Sigismundus. in Hungariā exiuit, & germano suo maiori natu Budæ Wladislao rege Hū
gariæ & Bohemiæ commansit.

CAPVT LXXIX.

ANno domini 1499 die Mercurii, quinta mēsis Iunii. Natus est ui
tulus in Kazimiria Gracco: inter iudeos, cū duobus capitibus,
unum caput ātrorsum ut solet naturaliter produci. Aliud in po
Portentū Grae couię genitum stremo in loco caudæ. Ipsa uero cauda in medio dorsi excreuit,
pedes septem in latere dextro habuit, in sinistro nullum. Cætera membra cō
pleta fuere in suis locis admodum duorū gemellorū, complicatorum ante &
post. Expositūq; fuit tentum & inspectum hoc monstrū, aliquot diebus āte
portam Glinyana alias glebeam. Eodē anno bella gerentibus summa potē-
tia Thurcis cum Venetis in mari Egeo & Adriatico. Submissi octo milia
Thurcorum per latera maris in Guriciam & Feriolam intrauerunt, & iuxta
Thurcarū in manitas. mare & fluuium Mincinū depopulati sunt. Precipue inter Teruisium & san
ctum Danielem, usq; ad montana occidētis, receptāq; predam absq; ulla re
sistētia abduxerunt. Sed & peregrinos ad iubileum pergētes, aliquos inter-
ceperunt, nonnullos uero excruciatos occiderunt. Nos quoq; ad Iubileū Ro
mam transeuntes, & in proximo existentes, continuimus nos in Villaco in fi
ne dierum Octobris, donec Thurci abscesserunt. Quapropter rumor disse-
minatus erat usq; ad aures regis Alberti, per Andreā Rosam Archiepisco-
pum Gneznen delatus, nos captiuatos fuisse, & per Thurcas abductos. An
Insignis Iubileus Romę. no domini 1500 Iubileus annus centesimus sub Alexandro papa sexto, toto
anno Romæ durauit & peragebatur. Confluebatq; multitudo hominū pro
capescendis indulgentiis ex toto orbe christianorū. Eo ipso anno supra soli-
tum regni Poloniæ messis ante festum Ioannis Baptistæ fuit. Fuerunt namq;
uer & æstas satis calida. Canicula autē a principio ad Iacobi pluuiosa ac fri-
gida, & reliquū tempus serenum & calidum fuit. Eodem anno Thurca insu-
lam & ciuitatē Modon, duodecima mensis Augusti obsedit. Expugnauitq;
Modon insula a Thurco vastata. & eam sub Venetis uigesimaquarta eiusdē mensis recepit. Muros demolien
do, omnes mares occidendo, mulieres uero & impuberes abducendo. Anno
præexpressato, in mense Septēbri, multi Morani & Poloni in frarernitatē
Polonorū Moranoꝝ, Lithuanorum, in Mos kum concors egressus. pro Lithuanis contra ducē Moskouiæ ibāt, quoniā Alexander dux magnus
Lithuaniæ, litteris ad diuersas prouincias missis, gener contra socerū suū, de
illatis

miuriis conquirẽdo, præsertim q̃ circa illa tempora abstraxerat & sibi appropriauerat, & usq̃ in hanc diem possidet, de ducatu Lithuaniæ ad septuaginta miliaria in longitudine, & tantũdẽ in latitudine, euocabat, & iure iurando manutenere fraternitatẽ stipendiariorũ per aliquot annos promittebat. Quomq̃ conuenissent, & supremus rector exercitus Ian Polak constitutus, armatos de Vilna educendo, ducem Alexãdrum percõtando interrogabat, quorsum duceret, & q̃diu exercitum tenere, quibusq̃ modis ac conditionibus adiiciẽdis seruare deberet. Dux ipse magnus nec unũ edixit uerbũ, etiam atq̃ etiã repetitis uicibus rogatus. Quapropter Ian Polak discerpendo suum pileum, & in terram iactãdo male contẽtus discessit. Et exercitu haud longe a ciuitate Vilneñ producto, inscius ulterioris commissi & facti, tũ & hyeme præmente, in Vilnam nihil penitus efficiendo rediit. Binum itaq̃ dãnum Lithuanis exinde prouenit. Vnum ex hoste duce Iwan Moskouiæ. Alterum ex propriorum stipendiariorũ depopulatione, & de rapina suorum de more ipsorũ uiuentium. Anno prædicto 1500 Illustrissimus dux Sigismundus, Kazimiri tercii regis Poloniæ natus, ducatũ Glogouieñ per germanos suos, per reges Wladislaum Hungariæ & Bohemiæ cõferentem, per Ioannem Albertũ cedentẽ atq̃ resignantem obtinuit. Et eodẽ ãno Ioannes Thurzo coadiutor Wratislauieñ factus fuit. Anno domini 1501, die Saturni, nona Ianuarii, nuncii imperatoris Thurcarũ Baisseti de Graccouia discesserũt fere integro anno cõmorati, & per regẽ Albertũ in Graccouia seruati. Post quorũ discessum Oratores Szachmet czar imperatoris Thartarorũ Zauolhensium, tercia die quia undecima Ianuarii superuenerũt, & perpetuã amicitiam, ligam atq̃ societatẽ interpositis iuramentis concluserunt, rege Alberto cum suis optimatibus, sic & oratoribus ducis magni Lithuaniæ Alexãdri præsentibus, super sacra euangelia deponentibus & iurãtibus. Legatis uero Thartarorũ Zauolhẽsiũ supra frameas iurantibus, ritu eorũ & aquam abintionis gladiorũ atq̃ framearũ epotantibus, atq̃ uerba talia adiicientibus. Quicũq̃ pacta, ligam, & fraternitatẽ uiolauerit, aut contra eam uiolandam insurrexerit, uel aliquicpiã intentauerit, a frameis incidẽdus occidendusq̃ pereat, & tãq̃ aqua defluat atq̃ euanescat. Misit itaq̃ rex Albertus Cristopherum Teszlik, & Alexander dux magnus Lithuaniæ alterũ propriũ nunciũ, ambos thartarorum sermonẽ callentes & intelligentes. Qui in mense Septẽbri præfati anni 1501 rege Alberto iam defuncto atq̃ sepulto, Thartaros Zauolhenses cũ imperatore eorũ in terras Lithuaniæ prope Krow induxerũt & locauerunt. Et statim Thartaros Przecopenses (contra hos siquidem adducti fuerũt) occurrẽtes, & castrametationẽ prohibentes strauerũt. Sicq̃ in hyemem plurimã rigidãq̃ perdurãtes in cãpestribus cõmanserunt. Anno eodem 1501 Ioannes Roth Episcopus Wratislauieñ, episcopatũ Friderico filio ducis Kazimiri Tessineñ maiori natu tamẽ minorenni resignauit. Ideo contra eũ Capitulum Wratisla: quæstum iri in Budam Wladislao regi per relationẽ Doctoris Oswaldi Strawbinger, plebani ad. s. Mariam Magdalenã, & Sigismũdi Gussinger Canonicorũ Wratis: misit. Et rex Wladislaq̃ factum non admisit, quinimo prohibuit, prima mensis Septẽ: anno 1501.

Detrimentum Vilneñ.

Sigismundus ducatum Glogouiæ possidet.

Legatio imperatoris Thartarorum ob pacem.

Alberti regis legatio rursus.

Duplices thartari pugnam ineunt

Vratislauiensis episcopatus resignatio.

CAPVT LXXX.

Alexander.

DVm in conuentionibus particularibus, de substituendo altero rege Poloni tractarent, anteq̃ negotiũ generale diffiniretur, miserunt Petrum Miszkowski Palatinũ Siradieñ, cum Nicolao Wroblowski Canonico Graccouiẽ: in Budam ad Wladislaũ Hungariæ & Bohemiæ regẽ, postulatum ire, ut regnũ Poloniæ uacans tanq̃ prior natu acceptare dignaretur. Qui ãnuit ac suscepit, & litteras gratulatorias ad amicos, præsertim ad Maximilianum Romanorum, & ad Lodouicum Franciæ reges scripsit, q̃ deus optimꝰ maximus, ultra regna Hũgariæ & Bohemiæ, ad solium paternũ ipsum euexisset. Post quod in conuentione uniuersali Piotrkouien, tuatu quorundã ductores reip. potentiores, Fridericus Cardinalis Primas Gneznen, & Episcopus Gracco: Creslaus de Curoswanki Pontifex Wladislauieñ, & Cancellarius regni cũ sibi adherentibus, Alexãdrum ducem magnum Lithuaniæ in regem Poloniæ substituerũt & elegerũt, spe utilitatis ut homines fuerũt illecti, delitias tamẽ dñi, nec quod sperabãt habebãt. Breui siquidẽ defuncti sũt Celerrimo itaq̃ ac uelocissimo nũcio super hoc rex Wladislaus certificatus maxima cũ festinatione dromedarios & cursores reuocatũ ire & intercipere suas litteras regibus destinatas misit. Iussumq̃ est ut ãte præsentationẽ exhibitionemq̃ litterarũ, nuncii præuenti reuocarẽtur. Et quom Poloni multas super hoc rationes electionis Alexandri regi Wladislao scripserũt, molestetamen & male tulit. Factis ergo articulis in Piotrkouv cũ Alberto episcopo Vilneñ & Ioanne Zabrzesynsky Marsalco Lithuaniæ super inuisceratione & perpetua unione ducatus Lithuaniæ cum regno Poloniæ, ut ex utrisq̃ foret unum regnum & una gens, & in ipsis unus rex unumq̃ ius. Quod in antea in intronisatione ducum & regũ semp attentatũ & repetitum fuit, uix autẽ custoditum. Vt igitur deinceps inuiolabiliter custodiretur & sempiterne firmaretur. Ad acceptandũ iuramenta ducis Lithuaniæ Alexandri, & dominorum Lithuaniæ, ex Polonia in Vilnam Lithuaniæ, Andreas Rosa archiepiscopus Leopolieñ, Ioannes Lubranski episcopus Posnanieñ, Andreas de Szamotuli palatinus Posnanieñ, Ioannes Szram Tharnowczik palatinus Lublineñ, & cæteri cum eis missi fuerunt. Suscepit autẽ dux Alexander cum suis Lithuanis

Diuersi tractatus super electione regis Polonorum.

Cretaius Fundator Eccles Pñ Semp.

Factiones non nullæ.

Cautelæ circa electionem.

Iuramẽtorum exactio.

Lithuanis omnia iuramenta, obligationes, & inscriptiones pēr Polonos inductas & requisitas. Et ex Lithuania procedēs, per Lublin, Radom, Szidlow, Visliczam, & Prossouicze transiuit. Donec die Lunæ uigesima Nouembris alias feria secunda in uigilia Andreæ, cū notabili apparatu Polonico & Lithuanico, in numero quattuordecim centorū militum Graccouiā ingressus in regiā castri Graccouieñ est perductus. Ad quē die Martis, septima Decembris, Legati Szachmetczar imperatoris Thartarorum Zauolhensiū uenerunt, illum in ciuitatibus & castris cōmorari dicentes. Ipsos uero Thartaros intensissimo frigore & inædia in campis sterilibus cōsumi, requirebantq; ut celerrime accingeret se, & cū eis pariter in hostes secundum prius concluſa egrederetur. Et accepto responso, q; peracta coronatione, susceptoq; regno postulata prosequeretur & ad bellandū exiret, ad suos redierunt. Dux uero Alexāder tercia dominica aduentus domini, quæ fuit duodecima mensis Decembris, in regē Poloniæ, in ecclesia Cathedrali Graccouieñ hora decimaseptima, per Fridericū germanum suū, assistentibus ei Andrea Rosa Archiepiscopo Leopolieñ, Creslao Cuyauieñ & Cancellario regni, Ioāne Lubrāski Posnaniē: Vincētio Przerapski Ploceñ, Luca de Thorun Varmieñ Episcopis, & pluribus abbatibus infulatis. Præsentibus insup & inspectantibus Elizabeth regina Poloniæ genitrice regis, Cōrado Mazouiæ, Item principe Mosaiczki, Michaele Glinski, Georgio Grodzinski Lithuaniæ ducibus, & maxima copia plebis ac nunciorū, inunctus & coronatus est. Deinde prandis Prælatos, Duces, Barones, & uniuersitatē Graccorefecit, hastiludiis & solaciis interpositis, quibus homines ut apparebat, non multū applaudebant. Aduenerūt tandē ad regem Alexandrum Illustrissimus dux Sigismūdus ex Hungaria frater eius die Saturni, decimaoctaua mēnsis Decembris, Ioānes Baduarius Orator Venetorū, ad cōmendandū sese Alexandro regi nouiter intronisato. Et Helena coniunx regis Alexādri, filia Iwan ducis Moskouiæ, quæ solēniter per Graccouiā in arcem regiam, die Veneris, quarta Februarii, in medio horæ uigesimæprimæ inducta est. Constitutoq; Friderico Cardinali & germano in gubernatorē regni Poloniæ, rex Alexāder in Lithuaniā die Martis, tercia Maii, hora tredecima, & fuit dies inuentionis sanctæ Crucis exiuit. Et quom omnia pacata uiderentur, Thartari Przecopeñ prope festum sancti Michaelis propter negligentiā præfectorum, crudeliter gladio, igne, & occisione Russiam & districtum Sādomiriæ uastauerūt. Exusserūt Rzessow, Jaroslaw, Radimno, Bels, Dabnicza, Cunow, Lagow, & magnā Oppatow, quoniā hucusq; Cometes precedens girabat. Depellentesq; innumerabilem prædā, in aquis ultra q̄ mille homines tranatando Istulam suffocarunt. Fertur autē Thartaros dumtaxat quattuor milia fuisse, & ad mediū regni Poloniæ peruenisse. Dux insuper Moskouiæ Iwan eodem tempore p filium suum Demetrium, castrum Smolensko obsidebat, quod gentes regis Alexandri strennue defenderunt. Verum plurima negligebantur per præfatum Alexandrum & defensa carebant.

Alexandri aduentus.

Inopinus thartarorum aduētus.

Assistentes coronationi.

Alexandri coronatio.

Sigismundi aduentus.

Alexandri in Lithuaniam exitus.

Thartarorum vastatio in Russiam.

Smolensko castrū obsessum.

CAPVT LXXXI.

ANno autē sequenti scilicet 1503 Friderico Cardinali longa ægritudine male franczosæ fatigato, & in Marcio defuncto, rex Alexander in

xāder in Aprili circa dominicam Palmarū in Lithuaniā cum suis, duc. Moskouiæ tenere inuiolabiliter pacē sex annis iurauit. Et ecōtra dux Moskouiæ pari uicissitudine custodire & seruare pacem duci magno Lithuaniæ Alexādro & ipsius Boyariis iurauit. Redienſq; ex Lithuania rex Alexāder cōuocationē in Lublin, pro die apostolorū Simonis & Iudæ, pro metis & resistentia opponenda Stephano Palatino Valachiæ, atq; pro defensa a thartaris tenuit. In eadē conuentione Ioannes Laszki secretarius regis creatus & pronunciatus est Cancellarius regni Poloniæ. Stipendiarii autē ære cōmuni conducti, & in Russia positi, pro defensa ab incursu Barbarorum, in Poloniam redeuntes, uillas spiritualium Episcopi Graccouieñ, Abbatis Andrzeouieñ, Prepositi Miechouieñ & cæterorum expilarūt & uastauerūt. Nec contributio spiritualium liberabat, quoniā rector gregis aberat. Rege Alexandro in Prussiam cum reprobatione multorū secedente. Anno quoq; domini 1505 die Saturni, undecima mensis Ianuarii. Rex Alexander de Graccouia in Brzesczе Rutheniсū, ad tenendū conuentionē Lithuanorum & Rutherorum exiuit, & non fuerunt admissi ad consilium (ut ferunt suasu & indignatione ducis Michaelis Hlinski) Albertꝰ Episcopus Vilneñ, Ioānes Zabrzesinski Palatinus Troceñ. Item alii duo magnifici, Kiszla campiductor exercitus Lithuanorum, & Capitaneus Samagittiæ. Ibidem aduenit Szachmetczar imperator Thartarorum Zauolhensiū, quē rex Alexander ad unū miliare in obuiū illi pompose exeundo, honorifice suscepit & tractauit. Is Szachmet in illa horride frigiditatis hyeme, qua regem Alexādrum ad bellandum requisierat, ab imperatore Przecopeñ Mendligeri, contra quē fuit adductus, profligatus (uxore Zauolhensis & maiori parte exercitus eius horrente frigus, miseriā, & defectum uictualiū, imperatori Przecopeñ Mendligeri adherente) solus ipse Szachmet Zauolhensis cū tricentis equis, ad Bialagrod fugit, ad Thurcam pro subsidio transiturus. Vt autē certa relatione didicit imperatorem thurcarum Baissetum commisisse Capitaneo Bialagrodensi, ut Szachmetczar detineretur ac incarceraretur. Celeriter de cāpis Bialagrod se arripiens, fugit & non substitit, donec prope Kiow peruenit & illic resedit. Hunc Capitaneus Kiouieñ circūdando, detinuit, captiuauitq;, & in Vilnam Lithuaniæ misit. Quo longo tempore, mora & expectatione afflicto, fugere pluries ad Thartariam tentauit, tamen consequutus reducebatur & illibertabatur, donec regi Alexādro in Brzesczе adduceretur. Rex autem in Poloniam ad conuentionē Radomieñ transiens, præfatum Cæsarem Zauolhensem secū adduxit. Et primum locato eo in Noua ciuitate Mazouiæ. Accersiuit tandem ipsum, & in quadam uilla iuxta Radom posuit. Hic Szachmetczar personaliter in concilio regis Radomieñ constitutus, tum lamentabiliter, tum rationabiliter, tum etiā audacter regi Alexādro & eius cōsilio exposuit & imputauit, q; propter eos & ligam eorū tam exercitū q̄ omnia sua perdidisset. Agerent itaq; q; libertate donaretur, & sua per eosdē ueluti cōfratres rehaberet. Aliter deus iustus iudex, coram quo cum rege Alexandro æquo pede, certissime constitui asserebat, iudicabit causam nostram in condemnationē Alexandri uiolatoris iuramēti & promissorum. Hæc Barbarus. Et

ducem Russiæ.

Ioannes Laſky Secretarius factus.

Stipendiariorū præda.

Conuentio in Brzesczе.

Impator Thartarorum ibidē in conuentiōe.

Mandatum Thurci.

Conuentio Radomieñ.

Et quom expectare iuberetur, donec gentes ad bellandū ōrdinarētur Inspecta multitudine hominū, & hi, inquit, cur nō bellarent. Et reſpouſū eſt illi, non ſicut in thartaria chriſtianos omnes paſſim bella obire. Et quia gratus, prudens, & acceptus apud conſiliarios regis uideretur ac reputaretur, eum cum gente armata Polonorū, Lithuanoꝝ, & thartaroꝝ in Lithuania deducere promiſerunt. Et ut illic Zauolhenſes thartari (ſi q reperirentur) occurrerēt ei præmiſerunt & expediuerūt Koſak Soldan germanum Cæſaris Szachmet ultra flumē Volham iturū, gēteſq; thartaricas Zauolhenſes, ac imperatorē Nohayſki incitaturū ut occurrerēt exciperent, & interras ſuas deducerēt Szachmet czar uenientē. Qui germanus Cæſaris ad fines Lithuaniæ deductus, trās Volham fauſte peruenit, & ei cō miſſa fideliter ordinauit. Interim rex Alexander contra graſſatores, raptores, & deprædatores in conuentione Radomieñ agens, iuſſit quādam mulierem nobilem Ruſſinowſka nuncupatam, in ocreis & calcaribus (quoniam fur erat equeſtris, multos nobiles in illis locis ſpolians & domos diruēns) ſuſpendere. Alios uero raptores de quibus erant Oſſuchowſki & Michowſki decollare iuſſit. Item reconciliationem dominorū Lithuaniæ infamatorū (ut dicitur ſine cauſa) conſiliarii regni Poloniæ curabāt cū rege Alexandro componere. Nec poterant efficere rege nolente, & maliuolis ac ſuggeſtoribus ei impedientibus. Iccirco infecto negocio Lithuani poſt dominicā trinitatis diſceſſerunt. In eadē cōuentione minores Poloni oblationem fertonum admiſerunt, Maiores uero denegauerunt. De hinc rex Alexander ſoluens habenas (cōſulentibus medicis quoniā paraliticus erat) ad Graccouiā tranſiēs. Szachmet czar cum Lithuanis in Vilnam miſit ad oras proprias expediendum Lithuani uero rācore agitati, & aduerſus ducem Michaelem Hlinſki amaricati, metuentes ne quādoq; ſe contra Lithuanos iuuarent, fuerūt namq; mutuo amore uincti. Inſuper ueniente legatione Thartari Przecopeñ Menligeri, ut ſi ſaperent in uincula & carceres Szachmet czar conicerēt, quēadmodum patruo ipſius, priſci & antiquiores Lithuanorū fecerūt. Siq; ipſum exaudirēt, eis pacem & adiutoria ſempiterna promiſit, quæ cōpetentius & melius præſtaret ipſis tanq̄ propinquitate & adiacentia loci iunctus, q̄ imperator Zauolhenſis remotus. Crediderūt Lithuani uerbis Przecopeñ Cæſaris ſatis doloſis & nunq̄ uerificatis. Apprehenſoq; Szachmet czar exprobrauerunt illi, q; ea tēpeſtate qua in campis Kiouienſibus cū exercitu ſtetit, multa rapuit, plurimoſq; homines & pecora Barbaris tranſmare uendidit. Ideo in caſtrum Kowno, prope mare Balteum ſitum, ligatum miſerunt, & perpetuis carceribus incluſerunt, rectēq; tunc Sietachmet, hoc eſt mortificatus apud Thartaros dictus eſt, qui prius Szachmet. i. religioſus ſeu humilis dicebatur. Sed & octuaginta nuncios Nohayenſis Cæſaris in Vilnam ueniētes, & Szachmet czar ut in Thartariam iret requirentes, contra phas, iuſq; gentium apprehenſos, Lithuani in uincula coniecerunt, nec unq̄ dimiſerunt. O ſeuiſſimā crudelitatem, ſocios & liga iunctos incarcerantem. O inſanum cōſiliū peruerſo hoſti & nunq̄ ſaciabili, magis q̄ iuramēto & fœderi credulum Fides ſiquidem & iuramenta etiam Barbaris & infidelibus ſeruanda ſunt.

Alexandri furorem Lithuanos infamatos

Alexandri ad Graccouiam reditus.

Promiſſio Cæſaris Przecopeñ Thartarorum.

Szachmet czar captus.

Nuncij p Szachmet czar.

CHRONICO. REG. POL.
CAPVT LXXXII.

NVnc ad regem redeamus. Ex Radom rex Alexa uiam diuertens dominica decem miliū militum, geſima ſecunda Iunii, hora decima octaua eam in ſequuti ſūt Oratores Bogdan Palatini Valachiæ, qui in Radom Et Elizabēth uirginem ultimo natam, ſororem regum in matrimon principi poſtularunt, quod ut facilius aſſequeretur diſtrictus Ruſſiæ, iūc Valachiæ Czeſſibieſzi & furcati, quos pater eius ui & armis occupauerat, regi Alexandro reddidit. Sed uirgine penitus diſſentiēte, & q; eſſet homo alterius ritus, ac monoculus obiiciente, infecta re inconſolati abſceſſerunt. Reginaq; Poloniæ Elizabeth, regum & uirginis genitrice, penultima Auguſti moriente, ſpem cōiugii protraxit & abſtulit, Excuſationemq; propter lugubritatem opportune intulit. Tandem rex in kalendis Octobris e Graccouia peramplius eam non uiſurus, hora decimanona exiuit, & conuentionem in Lublin in menſe Ianuario anno domini 1506 celebrauit. In qua primū diſſenſio ſuborta fuit ſæcularium aduerſus ſpirituales, ut ſcilicet iuxta regem ſpirituales non ſederent, præſertim ambas partes eius cingētes. Et q; ſpirituales ad bella irent, & maiores expeditiones (quia plura q̄ ſæculares poſſiderent) facerent & expedirēt. Quibus ſedatis, pro defenſione regni nouam monetā ultra mediētes cudere conſtituerunt. Et q; ſtipendiarii cōducerentur, in Ruſſiāq; mitterentur, tunc rex ex Lublin, in Lithuaniā circa Gregorii perrexit. Et Thartari Przecopeñ circa feſta paſchæ Ruſſiam & Lithuaniā ingreſſi, tyrannide terribili uſi, domos & aceruos cum frumentis exurebant, homines & pecora quæ abducere non ualebāt, ſecabant, utq; certificatores referebāt ſuper prædicta fere infinitum populum, quia centum milia abduxerunt. Et quom uix quinq; milia Thartarorū fuerūt, cuiq; thartaro uigintiquinq; homines ſorte ceſſerūt. Illiſq; diebus erat quidam deceptor prope oppidum Ilkuſz in uilla Balin ab euētu propheta Balinſki agnominatus. Is quom eſſet Polonus in Hungaria & Septēcaſtreñ terris Empericā medicinam exercēs, & ut ſæpe plures occidens, in præfatam Balin perueniens, Græcum genere & lingua ſe aſſerebat & peritiſſimum medicum. Ad quem ex uniuerſo regno, præcipue tamen ciues ex Graccouia plures confluebant, & in ædibus ipſius uillanis iacentes, remediis ac incantationibus utebantur, fiducia & p miſſis pleni. Ex ditioribus non niſi centum aureos exigēs, propter quod a certis medicis Centurio uel Centenarius, a mercede centum ducatorū nuncupabatur. Hunc itaq; ex fama multorum rex Alexander languidus & paraliticus reſciens, ad ſeſe curandum accerſiit, qui nullatenus acquieuit nec ire uoluit, niſi prius tricentis aureis pro uia ſubarratus, & equis optimis cum curru & equitibus deducentibus prouiſus. Et fere totam Apotecā ex apotecario regio ſecum recipiens, iuxta Graccouiam per Cleparz (non eñ in Graccouiā unq̄ deſcendebat) ad regem Alexādrum in Lithuaniam perrexit, in caſtro Vilneñ (cœdentibus medicis regiis) ex ſtuba grandi facto balneo, uapores ex coctione herbarum producens, regem ad ſudandum deſuper locabat. Ad bibendumq; uinum & malmaticum ei porrigebat, quæ in paraliſi apud

Conuentus in Lublin.

Morſus in ſpirituales.

Thartari Ruſſiam Lithuaniamq; vaſtant.

Fícti medici de fraudatio.

Medicus Balinſky ad regē accerſitus.

Medela ſua mira.

ines medicos ſuſpectiſſimà ſunt. Et quom rex debilitatus, uiribuſq; deſtitutus in peſſundationē ac deſperationem deductus erat. Lithuani prophetā Balinſki incarcerauerūt, & omni argento ac ſuppellectili exuerunt. Qui nudus ex carceribus fuga ſaluatus, per Pruſſiam ad monaſterium ſanctimonialium in Swierzinyecz ante Graccouiā perueniens, uxorem ſuam filiā Balinſki cum propheta prædicto commorare, ob infamationem & deluſionē eius recuſantē, requirebat ac repetebat. Et ea non rehabita, in Teſſin ſe trāſtulit. Deinde in Rupellam Kazimiriæ ſancti Staniſlai, ad monaſteriū heremitarum ſancti Pauli declinauit, & clam permanſit. Quem Laurentius Miedzileſki, Notarius Cancellarie regis, qui olim in cura eius fuit, reperiēs, cū ſocietate ſua prophetam Balinſki traxit, & in carcerib⁹ loci ordinarii, in curia epiſcopali concluſit. Inde ne moreretur dimiſſus euaſit. Et poſtea interecto lōgiuſculo tempore, Alchimiam & Philoſophiam denuo in Graccouia clandeſtine practicare cœpit. Quomq; in ambabus tam Alchimiaq̄ Philoſophia defeciſſet & notatus fuiſſet. Acceptis in mutuum ab aliquibus ciuibus pluribus ducatis, nocturno tempore fugit, nec uſq̄ comparuit. Et quom tales ſeductores pluries apparuerūt, noſtri tamen homines uanitatibus oblectati, uſq; in hos dies cauti eſſe nolunt. Amplius ante feſtum ſancti Laurencii Lithuani prope caſtrum Kleczko thartaros Przecopeñ, ut fertur quinq; milia proſtrauerunt. Duo autē Cæſareoli ſeu filii Cæſaris, ad paludes & loca limoſa fugientes, noctis obſcuritate ſaluati, euaſerūt, præfata uictoria duci Michaeli Hlinſki, & eius prouidentiæ attribuebatur. Sub eodem tēpore puta die Saturni, octaua menſis Auguſti. Stella crinita, nigra nuncupata de natura Saturni, circa polum ſupra ſeptiſtellium apparuit. Altera nocte inter prædictas ſeptem ſtellas, quæ currus dicuntur, tādem ſub eis aliis noctibus, continuo declinans per Cancrum, Leonē, & Virginem, uſq; prope oriſontem Septemtrionis inclinata, in uigilia aſſumptiōis Mariæ diſparuit. Et rex quoq; Alexāder, quia Cometes ille per horoſcopū eius trāſiit. Itē qa globus igneus clariſſimus eo tēpore ſuprà turrim prætorii Graccouieñ, in una noctium de ſuperioribus uelociſſime deſcendit, obitum principis loci ſignificās, mortem obiit Vilnæ, die Mercurii, quæ eſt decimanona Auguſti, noctis ſequentis hora quarta. Sepultus in eccleſia Vilneñ, in ſacello iuxta germanum ſuum ducem Kazimirum, die dominica, undecima mēſis Octobris. Iſte unicus rex Polonorū in Lithuania tumulatus quieſcit. Fuit autē rex Alexander mediocris ſtaturæ, faciei aliquantulum oblongæ, oſſoſus, neruoſus, & uiribus corporis præditus, ſed uiribus animæ diminutus. Nam inter omnes fratres ſuos, minus bene diſcernebat. Et in perſuaſionibus ac rationibus oppoſitis, quid ſequēdum, eligendumq; foret, nō diiudicabat, unde ſæpenumero taciturnitate, plura interrogata, propoſitaue abſoluebat. In bellis fortunæ expers, nec unq̄ bellum tentauit. Sub principatu eius maximæ incurſiones, prædationes, populiq;, pecorum, & utenſilium abductiones fuerunt. Vt quotiens hoſtes uoluerūt, libere intrarūt, & ſecuri abſq; illorum damnis diſceſſerūt, terrarū quoq;, præcipue Lithuaniæ & Ruſſiæ occupationes, & alienationes ſub ipſo fuerunt, inde uox populi depræcatoria ſæpius inſonuit.

Thartari a Lithuanis victi.

Cometes notabilis.

Indicia mortis Alexandri futuræ.

Mors Alexandri, Vilnę.

Statura et mores eius.

O deus

O deus omnipotēs, fauemus regi Alexandro ſaluationē, ſuſcipe eum mitte nobis liberatorē. Adeoq; liberalis erat (ſi liberalitas & prodigalitas nuncupanda ſit) ut quicquid peteretur, tribuebat, priuilegia, admiones, inſcriptiones, poſſeſſiones, cenſus, caſtra, uillas, domus, molendina, macella, pecunias, & ueſtes. Curiā tenuit copioſam, tamē dilectoribus plura donabat. Cantores quoq; & fiſtulatores habuit. Propter dilapidationē autem ad pauca poſſidenda delapſus, mortuus eſt. Et quia cōiunx ipſius Helena de Moſkouia ſciſmatica, prolem ædiderat nullam. Feſtine pro principe Sigiſmundo germano regis in Glogouiam Sleſiæ miſerūt. (Erat enī dux Oppauiæ, maioriſq; Glogouiæ, & Capitaneꝰ ſupremus utriuſq; Sleſiæ) Qui propere per Poſnaniā & Mazouiam procedens, in Lithuaniā deuenit. Et prius per ducem Michaelem Hlinſki, qui eius hoſtis aſſerebatur, cum ſuis gentibus inuitatus & exceptus eſt. Demum per alios dominos Lithuanos ſaluatus, uſq; in Vilnam perductus eſt. Vbi reperto fratre mortuo rege Alexandro, ſubſtitit, & uſq; in diem ſepulturæ permanſit. Pro qua adaptata erāt feretra præcioſe tecta triginta unū. Equi axamēto, adamaſco, & cæteris præcioſis tecti, triginta duo. Vexilla octo, & quattuor equites ſingillatim haſtā gladium & ueſtes regis ferentes. Cōmendatus eſt ergo ſepulturæ, die qua ſupra, quom expleſſet ætatis ſuæ annos quadragintaquinq;, & dies quattuordecim. Regni uero Poloniæ ānis quattuor cōpletis, mēſibus octo & diebūs octo. Magni ducatus autē Lithuaniæ ānis quattuordecim, & quaſi duobus menſibus. Poſt prædicta eodem anno 1506, die Martis, uigeſima Octobris quæ fuit tranſlationis ſancti Adalberti. Illuſtriſſimus dux Sigiſmūdus in magnum ducem Lithuaniæ, hora ſedecimā, cum ſolēnitate magna, & ſubiectorum eius, etiam ducis Michaelis Hlinſki iuramentis, ſublimatus eſt.

Sigiſmundi in Lithuauiā vocatio.

Aduentus eius ad funebralem pompam.

Sigiſmundus magnus dux Lithuanię electus.

CAPVT LXXXIII.

ANno domini 1502 in conuētione Corczin, feria tercia infrā octauas corporis Chriſti. Alexāder rex Poloniæ, de conſenſu expreſſo cōſiliariorum regni, ad petitionem Reuerendi patris domini Creſlai Lubelczik Epiſcopi Wladiſlauiē: & regni Poloniæ Cācellarii, ac Ioannis Laſzki Decani Wladiſlauieñ faciētes compenſationem pro iure, quod Capitulum eccleſiæ Wladiſlauieñ ad præpoſituram ſancti Michaelis in caſtro Graccouieñ incorporatione apoſtolica habuit, Capitulo Wladiſlauieñ facta. Iuſpatronatus parrochialis in Gambin dioceſis Poſnanieñ, quæ de iurepatronatus regis Poloniæ exiſtebat, donatione perpetua & irreuocabili, eccleſiæ Wladiſlauieñ donauit. Litteras deſuper nouas ſub ſigillo ſuo decernendo. Quam donationē Ioannes Lubranſki epiſcopus Poſnanieñ, auctoritate ordinaria confirmādo, eādem eccleſiā Capitulo Wladiſlauieñ incorporauit, confirmatione apoſtolica ſubſequuta. Eodem anno in menſe Iulio Thurcas obſidentes caſtrum Iaicza, Hungari profligauerūt et repulerunt, uerum cū multis ſuis deſideratis & occiſis. Item eclipſis ſolis, decem punctorum ſuper 16 gradu Libræ, eodem anno in kalendis Octobris fuit, ut Mathematici teſtati ſunt abundantiæ boni ſignificatiua, quoniam Venus principalis ſignificatrix eius fuit. Anno quo ſupra quingenteſimoſecun

Iuriſpatronat⁹ permutatio

Eclipſis ſolis.

pra milleſimũm, Sereniſſimus Wladiſlaus Hũgariæ & Bohemiæ rex accepit in coniugem uirginem Annam de regno Franciæ, quæ per Italiam & Venetias in Hungariam ante feſtum ſancti Michaelis introducta. Coronata fuit ipſo die ſancti Michaelis, & fuit dies Iouis uigeſimanona Septembris in alba regali. Deinde Budam adducta, nuptiæ more regio die Iouis, ſexta Octobris cum pluribus triumphis & ſolaciis celebrabantur. Eiſdem tẽporibus ex commiſſo Hungarorum, intrauerunt Thurciam Petrus Palatinus Tranſſiluanieñ, Ioza, & Ioãnes alias Hanzlig olim regis Mathiæ naturalis filius. Et Bodon ciuitatem habentem emporium exuſſerunt, oppidaq; ac uillas uicinas, & ſine offenſa redierũt. Anno dñi 1503, die Martis, quarta decima menſis Marcii, alias poſt dominicã Reminiſcere, feria tercia in nocte ſequenti. Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus dominus Fridericus Cardinalis præſbiter ſanctæ Romanæ eccleſiæ in ſeptem ſoliis, Primaſq; Gnezneñ, et Epiſcopus Graccouieñ, in curia epiſcopali Graccouiæ, uitã tẽporalem morte conſumauit & finiuit. Cauſa fuit reſolutio uirtutum, ex pernicioſo morbo gallico, cum inobſeruatione regiminis. Bibit ſiquidẽ ultra modum & menſurũ fortia potagia, & ut ſæpe nocte, ſpreta philoſophorum doctrina & obedientia. Extinctus eſt & Marianus Suffraganeus eius Graccouieñ, dominica Reminiſcere poſt occaſum ſolis. Signum præbens mortis domini Cardinalis, ut ſicut in uita, ita & in morte illi fideliter famularetur ac præcederet. Fuit Marianus genere Slauus dẽ Hungaria relligioſus ordinis ſancti Dominici Theologus acutus, lingua facundus, plura genera linguarum callens, & expedite pronunciãs, Latinum, Slauonicũ, Polonicum, Almanicũ, & Hungaricum. Traditus autẽ fuit ſepulturæ dominus Fridericus Cardinalis, die Mercurii, quinta Aprilis, & fuit poſt dominicam Iudica, in ſcalis ante maius altare eccleſiæ cathedralis Graccouieñ, ſub crate tumulatus. Extant ac eminẽt ſecti lapides in præfatis ſcalis pro ſempiterna memoria eleuati. Hic Fridericus Cardinalis fuit proceræ & altæ ſtaturæ, ſecundum collum procliuus & inclinatus. Hic cum matre ſua Elizabeth regina Poloniæ, tabernaculum & incluſorium teſtæ ſancti Staniſlai patroni noſtri glorioſi, de puro auro, unionibus, & lapidibus præcioſis circũdatum ordinauit. Cuius ualor & ſummæ præcii cum labore compenſando atq; cõputando, ad ſeptem milia & mediũ millenariũ aureorum ſe extendit. Et hoc uulgariter mediuſoctauus millenarius uocitatur. Hic in diebus ſuis clerum non patiebatur nec permittebat a nobilibus opprimere. Requieſcat ergo in pace. Eodem mẽſe Aprilis, & eiuſdẽ anni, die Mercurii poſt dominicã Iudica ante meridiem, & fuit quinta mẽſis Aprilis, in qua Fridericus Cardinalis erat tumulatꝰ, Creſlaus Lubelczik Epiſcopus Wladiſlauieñ, ac regni Poloniæ Cãcellarius diẽ clauſit extremũ in conuentione Piotrkouieñ, ut qui fuerunt ſodales conſenſus & ſolacii, forẽt pares exicio mortis. Et eſt mirabile in oculis noſtris. Sepulturã in ſua eccleſia accepit. Anno præexpreſſo 1503 Manſionarii. ſ. Crucis in ſacello Hieruſalem, foris oppidum Sweidnicz in quartali cinerũ inſtituti ſunt. Anno præfato 1503 Continuabatur cultura montanarum Thatri in cupro & argento quam anno præterito inchoauerant poſt oppidum Nouifori tribus miliaribus. Et non

Friderici Cardinalis mortui.

Mariani ſuffraganei ſui obitꝰ

Friderici Cardinalis ſtatura.

Creſlaus Lubelczik epiſcopus Vladiſlauieñ mortuus.

Manſionarij in Sweidnicz inſtituti.

bus. Et nõ fuit æqua ſors factorum cum dominõ, quõniã rex Alexandra milia aureorũ impendebat. Factores autẽ paucis redditibus datis, ſigem & promiſſis, non lucro implebant. Anno quo ſupra, die dominica, ſimatercia Iulii, quæ fuit ſãcti Appollinaris martyris, nata eſt regi Hungariæ & Bohemiæ filia primogenita, hora medii horalogii ſeptima, aſcente tercia facie uirginis. Quæ ſõte baptiſmatꝫ renata, nomine matris ſuæ Anna eſt nuncupata. Eodem ãno die Saturni, uigeſimaoctaua Octobris, quæ fuit Simonis & Iudæ apoſtolorũ. Cõradus dux Mazouiæ & dominus Varſzouiæ, finem rebus ſuis imponens mortuus eſt. Et rex Alexander iure deuolutionis & feudi, ducatum eius & Varſzouiã poſſedit. Qui denuo magnis ꝑſonis inſtigantibus uxori eius Annæ & filiolis in feudum locauit. Quemadmodum idẽ rex Alexander terram Szanoceñ, quam rex Albertus legittime pro ſe & regno a domina Odrouazowa litteras ſufficientes non habente receperat. Inſtãtibus pro ea quibuſdam magnis uiris, minus prouide reſtituit.

Conradus Mazouię dux mortuus.

CAPVT LXXXIIII.

ANno domini 1504 feria quinta ante dominicã Letare, in conuentione generali Piotrkouieñ Alexãder rex Poloniæ, ad petitionẽ domini Mathiæ Drzeuiczki Prepoſiti Scarbimirieñ, & Vicecancellarii regni, Iuſpatronatus eccleſiæ parrochialis in Brudzeuicze, dioceſis Gnezneñ ad regẽ Poloniæ pertinens, eo reſpectu & ad illũ effectum, ut Manſionariæ in oppido Drzeuicza ex fructibus utriuſq; eccleſiæ uidelicet in Drzeuicza & Brudzeuicze erigerentur, de conſenſu conſiliariorũ regis pure & libere donatione perpetua & irreuocabili donauit. Quã donationem Andreas Roſa Archiepiſcopus Gnezneñ, auctoritate ordinaria confirmando, ac eccleſiam prædictam in Brudzeuicze parrochialem, eccleſiæ in Drzeuicza parrochiali auctoritate ordinaria uniẽdo, annectẽdo, ac incorporando. Manſionarios ad decantandũ, matutinũ, miſſas, ueſperas, & horas de beata uirgine ꝑpetuis tẽporibus erexit, Litteras deſuper nouas concedẽdo. Eodẽ anno in fine dierum Marcii & in Aprili diluuia fluminum propter exuberãtes pluuias cum frigore fuerunt. Anno quo ſupra quingẽſimo quarto ſupra mille: die Martis, ſecunda Iulii. Stephanus Valachiæ Palatinus, bellis, ætate & podagra attritꝰ, fato abſumptus in æternã clauſit lumina noctem poſt ortum ſolis una hora. Hic fuit a natura præditus, fortuna, aſtutia, & pluribus uictoriis. Hic Mathiam regẽ Hũgariæ in oppido Banye bello ſuperatum, & tribus ſagittis non letaliter in dorſo uulneratũ, de Moldauia eiecit. Hic Mahumetũ imperatorẽ Thurcarum cum centũ uiginti milibus in Valachia parua manu (mirabile dictu) fudit, & cum ignominia expulit. Hic deniq; Ioannem Albertũ regem Poloniæ poſt pacta, & firmatam pacem cõflixit, & uſq; ad extrema ſuæ prouinciæ perſequutus eſt. Hic thararos Zauolhenſes & Przecopeñ ſæpenumero ſtrauit, & fauſte repulit. O uirum triumphalem & uictoriоſum de omnibus regibus uicinis glorioſe triumphantem. O fœlicem hominẽ, pleraq; omnia munera fortunæ pleno cornu tenentem. Quodq; aliis natura per partes donauit, quibuſdam prudentiam cum aſtu, quibuſdã heroicas uirtutes & iuſticiam omniũ uirtutũ præclariſſimam,

Iuriſpatronatꝰ impetratio.

Stephani Valachię Palatini interitus.

Geſta eius celebria.

n. Nonnullis uero de hostibus uictoriam, huic cuncta simul largita
ōcessit, ut esset in omnibus, iustus, puidus, astutus, & de omni impeti
uir uictoriosus. Non immerito inter heroas in nostra ætate computan/
Successit ei in principatu Valachiæ Bogdā unicus filiꝰ, ut dicitur uno
lio orbus. Eodem anno die Iouis uigesimasecunda mensis Augusti Kazi/
miria Graccouieñ a circulo usq; ad muros ciuitatis partis meridionalis, præ
sente rege Alexādro & magnificis in castro Graccouieñ post meridiem usq;
in noctem arsit, & totam partem meridionalem ciuitatis, & turres supra mu
rum præcipue portam magnam uersus mōtem sancti Benedicti cōsumpsit.
a Ma
no vi
Anno quo supra in mēse Septembri. Quinq; milia Bohemorum in Baua/
ria pro Falczgraff seu Palatino Rheni, contra Maximilianum regē Roma/
norum ad bellandum procedentia, per eundem Romanorū regem conflicta
Croaciæ vasta
tio.
sunt, suntq; de eis occisi bismille & centum. Septingēti uero capti, cæteri ue
ro dispersi. Item eodem anno in medio dierum usualium Nouembris Thur/
ci in Croacia unum castrum uastauerunt, & mille personas abduxerunt, no/
uitas huiusce rei uenit in Budam in crastino sanctæ Elizabeth, me illic præ
sente & commorante. Prefato anno domini 1504 Ciues Wratislauieñ nomi
Nōtarij wratis
lauieñ cum sa/
cerdote capti.
ne Hawnoldi Capitanei Wratislauieñ, sacerdotem cum notariis consistorii
Wratislauieñ captiuauerūt. Causa fuit quia nocturno tempore aperuerant
portulam ad suburbium & exiuerunt ad Summum. Officialis itaq; interdi
Controuersia
spiritualium et
sæcularium p̄/
latorum.
ctum in ciuitate Wratisla: posuit, & concertatio ac controuersia inter Præ/
latos clerumq; longo tempore fuit. Duces autē Slesiæ in consilio congrega/
ti, noluerunt locum dare spiritualibus consedendi in medio eorum, nec pro/
tectionem, neq; amicam conuersationē eis exhibuerūt. Anno domini 1505,
Grando nota/
bilis.
die Lunæ, decimanona mensis Maii, hora uigesimasecūda. Grando magnæ
quantitatis, maioris q̄ oua columbarū, cum crepitu, fremitu, & sonitu maxi
mo, cum horrēdissimis tonitruis, terribilibusq; fulminibus descendit, & fron
des ac tecta perfregit, turrimq; Lubranka nuncupatam in castro Graccoui/
eñ fulmen percussit, cum abruptione tegularum & muri eiusdem turris. Eo
dem āno ad finem dierum usualium Augusti, Thartari Przecopeñ Minsko
ac loca ei uicina spoliauerunt, & magnam prædam abegerunt. Anno præ/
Elizabeth regi
na mortua.
fato 1505 die Saturni, trigesima mēsis Augusti. Elizabeth regina Poloniæ
mater plurium regum, fato absumpta est. Sepulturæ demandata, dominica
in die Mathei apostoli & euangelistæ, quæ fuit uigesimaprima mensis Se
ptembris, in sarcophago proprio per eam dum uiueret cōstructo, in sini
Exequiarum
præsentes.
parte sacelli sanctæ Crucis ecclesiæ Cathedralis Graccouieñ, Præsentibu
ac sepulturam decorantibus Alexandro rege Poloniæ, & magno duce Lith
uaniæ. Item Sigismundo Oppauieñ & maioris Glogouiæ duce, filiis eius.
Item Andrea Rosa Gnezneñ Archiepiscopo, Ioanne Conarski Graccouieñ
Ioanne Lubranski Posnanieñ, ac Mathia Drzeuiczki Przemislieñ, episco/
pis. Hæc præclarissima Elizabeth, fuit ex Cæsareo regioq; sanguine proge/
nita. Et quod mirabile dictu ac stupendū uidetur. Fuit filia regis, uxor regis,
soror regis, mater regis, immo plurium regum, quod in multis sæculis uix &
perraro accidit, Nec ulla filiarum eius æqualem fœlicitatē usq; in hāc diem
est assequuta.

est assequuta. Et ut sententiā Plinii de fœlicitate fœminārū e
retro, dextrorsum, sinistrorsū, in situ & sua positione regibus et
Fuit nāq; filia regis, quia nata Alberti ducis Austriæ, Hunga: Bo
ma: regis. Fuit uxor Kazimiri tercii Poloniæ regis fœliciter eius co
sortita. Soror regis Ladislai Hunga: & Bohe: regis in Praga extincti.
ter regum, sereniss̄imorum dominorum nostrorum, Wladislai Hung: &
hemiæ regis defuncti. Ioannis Alberti, & Alexandri. Item Sigismundi fœli
citer regnantis, Poloniæ regum. O fœlicem Elizabeth tot regibus undiq; se/
ptam. O fœlicem Elizabeth copiosa prole refertam, quia ut præmissum est
de Kazimiro tercio, marito ipsiꝰ, sex mares & septem puellas genuit. E qui/
bus filiis, fuerunt quattuor reges coronati, & quintus Cardinalis præsbiter
Romanæ ecclesiæ. Sextus uero ptisi suffocatus interiit. Hæc Elizabeth sa/
cellum. s. crucis de petra secta, ad dextram partē in introitu ecclesiæ Cathe/
Fundatio eius
dralis Graccouieñ, propriis impensis fabricauit. Et in ea octo præsbiteros
& nonum clericum, officium de sancta Cruce, matutinum, missas, & omnes
horas quottidie cantantes dotauit. Domumq; muratam ex opposito eiusdē
sacelli pro prefatis præsbiteris ad cōmanendum emit & ordinauit. Hæc ea/
dem Elizabeth Mansionarios octo in ecclesia sancti Michaelis Archangeli
castri Graccouieñ instituit & stipendiauit. Domum pro eisdem ligneam, iu/
xta scolam sub turri comparando & relinquendo. Hæc Elizabeth domū ex
opposito porticus meridionalis ecclesiæ Cathedralis, iuxta domum Vicari
orum eiusdem ecclesiæ perpetuorum, a fundamentis erexit, edificauit, & cō/
pleuit. Et moriēs, in manibus filiæ ultimo genitæ Elizabeth ad disponendū
de ea testamentaliter reliquit. Preterea eadē regina Elizabeth cortinas pro
Pia eiusce opa
ornamēto parietū chori supra subsellia, ecclesiæ Cathedrali donauit. Et ue/
xilla cum crucibus argenteis deauratis, eidē largita est. Alia quoq; pia ope/
ra fecit, præcipue lintea, casulas, & quæ suis elaborauit aut texuit ornamen/
ta manibus, ecclesiis tribuit. Et quia pietas ad omnia ualet, pietas illius ualu
it ei & ualet ad obtinenda beneficia diuina temporibus æuiternis.

CAPVT LXXXV.

wratislauieñ
erigere vniuer/
sitatem machi
nati sunt
EOdem anno in æstate. Ciues Wratislauieñ instigatione Haw/
noldi Capitanei & Gregorii Notarii Wratisla: animati, Gym
nasium generale omnium bonarū disciplinarum, quod uniuersi/
tas Wratisla: diceretur, erigere conati sunt. Et super hoc Wla
ai regis Hunga: & Bohe: consensum, auxilia, litteras erectionis. Iurispa/
natus omnium prebendaꝝ ecclesiæ Collegiatæ. s. Crucis de collatione re
ia, donationem, & litterarū promotorialium, tā regis q̄ reginæ Hunga: ac
episcopi Wratislauieñ, ad Iulium papā secūdum, expeditionē obtinuerunt
& multo ære Budæ in Cancellaria regis soluerunt. Quibus cū litteris & pro
notionibus, tria milia aureorū Romā, pro expediendis bullis papæ & con/
firmatione destinarunt. Vniuersitas autē Graccouieñ euigilans, ad sedē apo
Vniuersitas
Graccouieñ re
stituit.
stolicā, dominica post omnium sanctorū, quæ fuit secūda Nouēbris, litteras
Alexādri regis Poloniæ, cassatorias & rationes cōfutatorias p doctores con
ceptas, misit, quibus Iulius papa secūdus acquiescēs, erectionē uniuersitatis

slauieñ inhibuit. Et quũ putarent homines dormire, post duós annos
auieñ iterũ apud sedem apostolicã enixius ac occulte pro uniuersi/
tione laborare cœperunt. Sed eadẽ q̃ prius difficultate perculsi, de
runt atq; repulsam passi sunt. Anno quo supra. Estas nubiũ pluuiosa fu
b Aprili ad Septembrem inclusiue, fere quottidie pluens. Anno præex/
Mos uiç mortuꝰ
presso in fine dierũ usualiũ mensis Nouem: Iwan Vassilouicz, quod sonat Io
annes Basilii, dux Moskouiæ, finẽ rebus suis p̃ mortem imposuit extremam
Hic fuit princeps frugi & utilis suis terris. Nam excussit iugũ Thartarorũ
& sua prudentia ac factiuitate, q̃bus prius tributũ soluit, soluere sibi subiu/
Bellicositas eiusdem.
gatos coegit, terras Scithiæ Asiaticæ, longissime ad orientẽ & Septemtrio/
nẽ porrectas, diuersaꝝ nationũ & linguarum, bellis cõpescuit, & sub iugum
obedientiæ misit. Sed & Nouogrod ciuitatẽ maximã atq; opulentissimam
de manibus Kazimiri regis Poloniæ tercii, tanq̃ neglectam eripuit & sibi ap
propriauit. Vicinasq; gentes Sweciæ ac Liuoniæ armis lacessiuit. Ducatus
autẽ Lithuaniæ septuaginta miliaria in longitudine, & tantundẽ in latitudi/
ne cũ triginta castris occupauit & possedit. In Mos kouia ebrietates & pota
Sobrietatis au ctor. Proles sua.
gia inebriantia prohibuit & aboleuit. Reliquit quinq; filios, primũ Vassil
Iwanouicz quod sonat Basilius Ioannis. Alterum Iurgi Iwanouicz & sonat
Georgius Ioannis. Terciũ Demetriũ. Quartũ ducem Szemyen. Quintum
ducẽ Andream. Assignauerat autẽ iste Iwan dux Mos kouiæ successorem &
heredem post se, Demetriũ nepotẽ suum, quem postea laniori usus consilio
in carcerẽ detrusit & in carcere tenens, filiũ suum maiorẽ natu Vassil Iwano
uicz in ducem Mos kouiæ sublimauit, q̃ usq; in hanc diẽ in solio paterno re/
sidet atq; principatur. Anno eodẽ 1505 feria secunda in uigilia Mathiæ apo
stoli, in conuentione generali Lublineñ rex Poloniæ Alexander, accipiens ex
narratione Ioanis Las ki Decani Wladisla: regni Poloniæ Cancellarii, q̃ fru
ctus, redditus, & prouentus Vicariorũ ecclesiæ Cathedralis Wladisla: sint
pauci & exiles, ut deuotius diligentiusq; in dicta ecclesia dño deo inseruirẽt,
Iuspatronatus ecclesię Gosti/ neñ wladisla impetratum.
Iuspatronatus eccle: parrochialis in Gostinyn dioceſis Ploceñ, q̃ de iurepa/
tronatus regis Poloniæ extitit, de consilio & cõsensu consiliarioꝝ regni, pre/
fatis Vicariis & Collegio ipsorũ, pure, libere, ac donatione ꝑpetua & irreuo
cabili contulit. Quam donationẽ Erasmus Czolek Episcopus Ploceñ aucto
ritate ordinaria cõfirmauit. Alii quoq; de regno Poloniæ uidentes fontes lar
Largitas Ale/ xandri.
gitatis in cõcessione petitorũ apertos, Abbaciã Thiniceñ, Prepositurã Mie
chouieñ, Item & Abbaciã Szuleouieñ cũ cæteris beneficiis Cancellariæ &
Vicecancellariæ regni. Item Archiepiscopatui Leopolieñ, & Episcopatibus
Russiæ, annumerare & inuiscerare instãtes, laborarũt. Verumẽ uero quia
monachi non ad regẽ, sed ad sanctam Romanã sedem ꝓuocarũt & miserunt
Pretermissis monasteriis, alia beneficia regiæ donatiõis acceptarũt. Et eccle
siã parrochialẽ in Szochaczow rege Alexandro donãte, ecclesiæ metropo:
Leopolieñ unierũt. Ecclesiã quoq; parrochialem in Biala episcopatui Chel/
meñ Russiæ, ecclesiã in Mszczonow Posnaniẽ: & ecclesiam in Nachelnicza
Preposituræ Lanciciæ iunxerũt, & ꝑpetua regis donatione incorporauerũt.
Anno dñi 1506, dñica Letare, & fuit. 22. mensis Marcii Ioannes de familia
Thurzonum

Thũrzonũm, senior natu, munus cõsecratiõis in Episcopũ Wratisl
pit. Ex Reuerendiss. patribus & dñis Stanislao Thurzone germano
niori, Pontifice Olomunceñ, & Ioãne Pop. fratre ordinis minorum de obs
uantia, olim Episcopo Varadieñ & Olomunceñ. Deinde die Mercurii .25.
Marcii, q̃ est anũciationis Mariæ, prefatus Ioannes Thurzo Wratisla: anti
stes, sic ut premissũ est nouiter consecratus, primã missam in ecclesia sancti
Ioannis Wratislauiẽsi Cathedrali, cũ indulgẽtiis a sede apostolica, omnib9
Indulgẽtię pri miciarũ suarũ
presentibus cõfessis & cõtritis a culpa & pœna concessis, cecinit. Et magnus
concursus Principũ atq; Baronũ fuit, prandiũ quoq; pro eis oppipare & lau
te constructum exhibitũ est. Hoc ãno 1506 Lithuani plurib9 incursionibus
Thartaroꝝ agitati & uexati, Vilnã ciuitatem eoꝝ capitalem muro circum/
dare cœperunt. Non totam in suo ambitu, sed quantũ uidebatur muro com
prehẽderũt & cinxerunt, reliqu pro suburbiis sine muro dimiserunt. Anno
prefato die Mercurii q̃ fuit kalendarũ Iulii, primus filius, sed proles secũda
Serenissimo Wladislao Hũgariæ & Bohe: regi, parũ ante meridiem natus
est. Qui in baptismo Lodouicus est nominatus. Anna uero regina Hũga: ge
Lodouici nati uitas.
nitrice huius Lodouici ex partu debilitata, dñica in die. s. Annæ, q̃ fuit .26. Iu
lii hora uespertinarũ uita functa extincta est. Eodẽ anno die Saturni. 15. mẽsis
Anna eius ma ter mortua. Miechow op/ pidũ exustum.
Augusti, q̃ fuit assumptiõis Mariæ uirginis, in nocte sequẽti, oppidum Mie
chow cũ conuentu, monasterio, & ecclesia insigni plumbo tecta, igne in toto
cõflagratũ periit, plaga dei fuit ista. Anno quo supra, circa festũ Michaelis
Exercitus stipendiariorũ Polonorũ, q̃si q̃tuor milliũ, sexingẽtos Valachos
Valachi pulsi.
de territorio Russiæ prope fluuiũ Nyestr p̃ eos in antea occupato & posses/
so eiecit. Post aliquot autẽ hebdomadas, ingenui adolescẽtes, & bello uiuida
uirtus, duo filii Strusz, ab exercitu Polonorũ separati, cum suis q̃nquaginta
equitibus, in multos Valachos gloriæ cupidi irruerũt, & a multitudine fusi
atq; prostrati sunt. Sczasni alias Felix unus ex filiis Strusz in loco duelli oc
Filij Strusz bello extincti.
cisus est, alter Georgius Strussouicz captus, corã Palatino Bogdano deca/
pitatus est. Et post eũ alii decollati sunt, isti, Iacobus Zamboreczki, Stanis/
Strenui Polo ni occisi.
laus Strelens ki, Girzik familiaris Strussonũ, Stanislaus Drab, Deras ins ki
Mirek, Iacub familiaris Zamboreczki, Thomas familiaris Kozuchows ki
In crastino huiusmodi conflictus Strussonũ, exercitus Polonorũ Valachos
prostrauit, & mortẽ Strussonũ ultus est, q̃ uixissent utinã reip. strennue uali
turi. Interfectus est eo prelio Capitaneus de Choczin. Copacz uero ductor
exercitus Valachi fuga dilapsus, saluus euasit. Eodem anno die Martis ter/
cia mensis Nouẽbris hora septima noctis precedentis, Nicolaus senior natu
Nicolaus dux Rathiborieñ mortuus.
dux Rathiborieñ, qui filiã Sbignei de Tanczin in uxorem matrimonialiter
acceperat fato interceptus & mortuus est. Is ægritudine præssus, & iamiam
moribũdus Graccouiã ad medendum ei adductus, sine profectu medicinæ
Ioannes quoq; frater eius.
uitam finiuit. Et reductus, sepulturã in Rathiboria accepit. Post quem ger/
manus ipsius dux Ioannes sequutus eum, breui mortuus est. Tercius
Valentinus nomine, gibbo & struma uiciatus, tamen discretione
& uirtute præstans, tanq̃ superstes, amborum possessionẽ
legitime percepit.

ORVM QVE INTER IMPRIMENDVM ERRATA SVNT. LIBRO PRIMO.

rſu 12 lege tutorē ꝑ tutatoré
uerſu 44 lege natiuitatem pro
uitatem.
ta 8 uerſu 8 lege lachymabatur ꝑ
lachrymabatur.
Carta 13 uerſu 35 lege cœleſti plagà per
cuſſos pro perculſos.
Carta 18 uerſu 3 lege Cornelius fuſcus
pro furcus.
Carta 18 uerſu 3 lege præfectus præto/
rii pro prætor. (manorum
Car: 18 uer: 43 le: Romanorū pro No/

LIBRO SECVNDO.

Carta 22 uerſu 26 lege lapidibus obru/
tis pro abrutis.
Carta 22 uerſu 28 lege baptiſabantur
pro batiſabantur.
Car: 28 uer: 6 le: prædicto pro ꝑdicto
Car: 33 ꝑ. 5 le: inſtinctu ſuo ꝑ inſtincto
Car: 45 ꝑ: 34 le: abſumpſit ꝑ aſſumpſit

LIBRO TERCIO.

Carta 58 uerſu 24 lege Milleſimo cente
ſimo pro ducenteſimo.
Carta 69 uerſu 15 lege palantes & ober
rantes pro pellantes.
Carta 75 uerſu 13 lege. M. centeſimo 27
pro Milleſimo 20 centeſimo ſeptimo
Carta 93 uerſu 18 lege cœnoſe uoragi/
nis proſcenoſe
Carta 137 uerſu 27 lege cum conſor
te ſua pro cum ſorte.
Car: 140 uer: 31 lege caput 42 pro 52
Carta 189 uerſu 2 lege funus ductū
eſt pro ducta eſt.

LIBRO QVARTO.

Car: 193 uer: 16 le: caput pro captu.
Car: 196 uer: 18 anno 1296 ꝑ 2296
Car: 197 uer 17: le: āno 1298 ꝑ 1208
Carta 216 uerſu 7 lege explebāt pro
explebebant. (immoraratus.
Car: 255 uerſu 7 lege imm atus pro
Car: 265 uerſu 5 lege odi & ſuſ
pectum pro ſuſpecto.
Carta: 267 uerſu 23 lege C neū
pro Capineum.
Carta 279 uerſu 30 lege Córa s d
Iuningen pro Vlricus.
Car: 280 ꝑ 35 le: Cór dus pro Vlri
Carta 281 uer: 43 lege palatinus ꝑ
palatitinus.
Carta 283 uerſu 41 lege cum fœm
marcida pro quom &c.
Carta 292 uerſu 28 lege ſalariū
ſolarium.
Carta 333 uer: 32 lege ſ
pro ſceleleratiſ
Car: 339 uer: 58 lege mulctaunt
molctanit.

Si quid in aliis erratum inuenies, tu bone & erudite lector corrige & boni conſule.

Excellentiſſimi & uenerabilis domini Mathiæ de Mechow artium & m cinæ Doctoris Canonicique Graccouien quarti libri hiſtoriarū regni P loniæ finis. Graccouiæ per Hieronymum Vietorem kalendis De/ cembris. Anno. M. D. XIX.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA JAGELLONICA